4. S. 17.
3. Vol.

MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K.K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

4.S.17. 3.Vol.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ANALECTA

SCEPUSII

SACRI ET PROFANI.

Digitized by Google



Digitized by Google

ANALECTA SCEPUSII

SACRI ET PROFANI

PARS I.

COMPLECTENS

BULLAS PONTIFICUM,

CÆSARUM, REGUMQUE DIPLOMATA,

ILLUSTRIUM VIRORUM EPISTOLAS, ALIAQUE MONUMENTA LITERARIA AD NOTITIAM SCEPUSII FACIENTIA.

COLLEGIT

ET NOTIS ILLUSTRAVIT

CAROLUS WAGNER

S. S. THEOLOGIÆ IN UNIVERSITATE TYRNAVIENSI DOCTOR.

K. K. HOFBIBLIOTHEK

VIENNAE,

TYPIS JOANN. THOMÆ NOB. DE TRATTNERN

SAC. CAES. REG. AVLAE TYPOGR. ET BIBLIOPOLAE.

1774.

4.S.17

1

Digitized by Google

BIBLIOTHECA NAAT.
VINDOBONENSIS.

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

DOMINO, DOMINO

JOSEP. CAROLO ZBISKO

DE KIS-KOLACSIN

EPISCOPO TINNINIENSI, PRÆPOSITO INSIGNIS COLLEGIATÆ ECCLESIÆ S. MARTINI DE SCEPVSIO, ARCHIEPISCOPATUS STRIGONIENSIS PER DISTRICTUM SCEPUSIENSEM IN PONTIFICALIBUS SUFFRAGANEO, IN SPIRITUALIBUS VICARIO, ET CAUSARUM AUDITORI GENERALI, E. M. S. CANONICO, S. C. ET R. A. MAJESTATIS CONSILIARIO, AC AD EXCELSAM TABULAM SEPTEMVIRALEM ASSESSORI,

DOMINO, ET PATRONO GRATIOSISSIMO.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMÆ PRÆSVL!

Etsi plurima sunt, quæ TIBI debeo beneficia, eo tamen cumprimis me devinctum tenes, quod oratus continuo assensisti, ut Historicos meos conatus TIBI inscribam. Sic enim & ego officium meum TIBI pro modulo rependi, & TV TVAM in me facilitatem, insignemque humanitatem planam feciſti. Non aliunde certe libro meo præsidium, quam abs TE petere, seu volebam, seu debebam. Multa quippe in eo sunt, quibus olim Præpositi Scepusienses famam, nomenque collegerunt: & quæ ad TE potissimum pertinent propterea, quod eorum muneri, titulisque succedis. Sacra deinde Instrumenta, quæ hinc, atque illinc se offerunt, quem alium respiciunt? quam TE: præcipuum videlicet Sacrorum, qua Scepusium patet, Antistitem. Quæ, & quanta demum, ut Opus hoc exigeretur, contuleris, TV TE optime nosti. Ingratus proinde omnino forem, si Magni TVI Nominis patrocinium solicitus non imploraſſem. Et vero simul petii, simul, ut liberalis animi es, conceſſisti: amas nempe, fovesque literas, & habent in TE, atque habebunt bonæ artes non Cultorem modo eximium, sed propensum etiam, effusumque Mecœnatem. Nullus

annus

annus labitur, quo TVIS auſpiciis libri non exeant, & Illuſtri TVO Nomine præla non deſudent. Cœtus Marianus, cui Tirnaviæ Rector quam optime meritus præes, qua pios libellos TVA beneficentia quotannis ſpargit, laudes TVAS, virtutesque prædicat, & quam excellentes habeas ingenii, judicii, conſiliique opes, quo item flagres Chriſtianæ Religionis, Divinæque gloriæ ſtudio, longe, lateque diffundit. Ultro id ego quoque agerem, niſi modeſtia TVA ſilentium imperaret, erit tamen (ſi fata voluerint) cum & me illud rumpere, ſingularesque animi TVI dotes, & eximia facinora proferre, rerum, quas exequor, ordo coget. TV interea hanc profundæ meæ in TE venerationis teſſeram facilis ſuſcipe, & quidquid hoc operæ eſt, benevolus, ut ſoles, complectere. Optimum Numen TE Patriæ, & Eccleſiæ quam diutiſſime incolumem eſſe velit. Ita vovet

Honori, ac Nomini TVO Illuſtriſſimo

Addictus inprimis, ac devotus
CAROLUS WAGNER E S. J.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

Anni complures ſunt, quod me, quum in Scepuſio voluntate Majorum agebam, nec paucæ, nec novæ offenderunt Tabulæ, Codicesque Manuſcripti. Id ſtudii genus uti mirifice jam ante deamaveram, ita occaſione, quam locus, & tempus aperuit, omnino utendum eſſe conſtitui. Ergo dum monimenta evolvo, dum alterum atque alterum excerpo, ea cogitatio ſubiit animum, uti quæ præcipua cenſebam, deligerem, lucique vulgarem. Conſilium hoc poſteaquam ad Amicos effluxit, non probabant modo, ſed urgebant etiam vehementer: uti quod inſtituiſſem, tædio victus, perſequi ne deſiſterem; quin quo ſunt in bonas literas amore, chartis, membranisque non avare ſuppeditatis, egregie adjutum ibant. Increvit ſubinde cum illorum facilitate, & liberalitate, tum privato meo ſtudio, atque induſtria adeo hæc ſuppellex, uno volumine ut ægre contineri poſſet. Quare ne turgeret, eam tres in partes diſpeſcere neceſſum habui.

Pars I. quam vides, complectitur Bullas Romanorum Pontificum, Cæſarum, Regumque Diplomata, Illuſtrium Virorum Epiſtolas, aliaque monumenta literaria, quæ ad notitiam Scepuſii faciunt. Altera exhibebit Scriptores Rerum Scepuſiacarum. Tertia dabit Præpoſitos, & Supremos Comites Scepuſienſes; Tabulas item Genealogicas Illuſtrium Familiarum, quarum potentia, authoritasque in Scepuſio ſpectata quondam erat. Univerſo huic Corpori quem titulum præfigerem, non diu, neque multum deliberavi. Analecta inſcribere placuit. Sunt micæ quædam Scepuſii veteris, &

Digitized by Google

fragmenta, quæ tineæ, blattæque nondum eroſerunt, & hoſtes, incendia, aliæque temporum acerbitates reliqua fecerunt.

Jam de utilitate Rei Diplomaticæ non eſt, quod hic multis diſputem: Quanto in pretio ſit apud Eruditos, ſatis ſuperque teſtantur tot, & tam ſpiſſa volumina, quæ Galli, Germani, Itali, Angli, Belgæ, aliæque gentes in dies edunt. Scilicet multa in rem literariam e Diplomatibus profluunt commoda, quæ P. Franc. Xav. Manhardt, quia paucis complexus eſt, ex uſu fuerit, ejus verba adferre, uti apud populares ſtudium tam utile majorem deinceps locum obtineat. Ita vero habet: (a) *Imperatorum, Regum, Ducum, Comitum, Illuſtrium Virorum; nec minus Pontificum, Archiepiſcoporum, cæterorumque Præſulum longiſſimo temporis tractu a nobis diſſitorum dignitatem, titulos, potentiam, & regiminis amplitudinem inde cognoſcimus: præclara eorum facta, pietatem in Superos, liberalitatem in Amicos, & bene meritos, fidei publicæ integritatem, aliosque mores Seculis illis priſcis, nempe argenteis, aureisve congenitos, grandibus veluti characteribus deſcriptos legimus: perſpicimus Regnorum, ditionum, ac latifundiorum fines, quousque ſe extenderint: Urbes, pagos, Caſtra, prædia, fundos, & poſſeſſiones, quas vocant fiduciarias, ad quos Dominos pertinuerint olim, quibusque iſta vel vendita, vel pleno jure donata, vel in feudum conceſſa fuerint: rationem quoque temporum diſcimus, qua ætatis, ac regiminis anni, indictiones, ſeries continua Dominorum, ac hæredum palam fiunt. Præterea innoteſcunt nobis Nobilium quarumque Familiarum origines, dignitates, munera, incrementa, viciſſitudines, & interi-*

(a) Biblioth. Domeſt. Tom. IV. Lib. VII. Cap. I.

Digitized by Google

teritiones: hæc omnia inquam facile intelligimus Diplomatum ope, quæ in marmoribus, & ære vetuſto fruſtra inquirerenmus. Grandia profecto & Hiſtoriæ, & Geographiæ, & Genealogiæ ſubſidia. Ita ille.

Atque hinc eſt, quod Hungari quoque, qui res Patriæ illuſtrandas hodie ſuſcipiunt, nec parce, nec ſine laude, hoc ornamento Hiſtorias amplificant, hoc adminiculo Annales fulciunt. Trita eſt hæc Eruditorum ſemita. Complures, quos percenſere longum eſſet, præ me iverunt. Itaque cum ipſe chorum (quod ajunt) minime ducam, extra invidiam fuero, ſi tot exterorum juxta, atque domeſticorum Scriptorum veſtigia premere non dubitem. Fallitur autem, quisquis me, quum Diplomata, vetuſtasque literas de ſcriniis protraho, aut aliena jura temere vulgare, aut foro patrocinari velle opinatur. Non aliud propoſitum erat, quam ut Scepuſio tenebras depellam, & lucem, quoad poſſem, affundam. Illud deinde curavi, ut ad Hungariæ hiſtoriam acceſſiones aliquas faciam. Sic enim ſemper habui, illam eo pleniorem, abſolutioremque fore, quo ſingulæ Regni Provinciæ in meliori lumine collocabuntur. Hinc liquido conſit, cur ad præſens opus adgreſſus ſim? curve collectanea hæc in lucem inferam.

Animus erat veterem ſcribendi rationem, quod plerosque ante me feciſſe video, tenere; ſed ſæpe feſtinans calamus, Autographorum alias inopia, itinera quandoque accelerata, non raro abrupta inſtitutum hoc interverterunt: fontes tamen, e quibus hauſi, adponendos putavi. Itaque ſingillatim adjicio, quæ ex libris typo jam expreſſis, quæ contra de autographis, aut apographis tabulis perſcripta ſunt. Qua methodo id me aſſecuturum rebar, ut omnem malæ fidei ſuſpicionem paulo

ſcrupuloſioribus etiam, ſi qui fortaſſe eſſent, demerem. Levia quidem nonnulla, quæ adfero, humiliaque apparebunt; verum ſi quem adverterit, quam arctis unius Scepuſii limitibus me circumſcripſerim, quoque loco ſint exteris vel minima fragmenta, nihil prorſus vile adduxiſſe videri potero: jure enim inficiari liceat in Diplomatibus quidquam vile, luceque indignum occurrere.

Ad ordinem, quod attinet, recte facturum me putavi, ſi loco principe ponerem Inſtrumenta publica Tractatuum, qui olim in Scepuſio Hungariæ Reges inter, ac Poloniæ coaluerunt: proximum vendicarent Diplomata, quæ ad Scepuſium univerſum pertinent: cætera literarum ſerie, ne huic, illive ordini, aut loco præjudicium fieret, digerenda exiſtimavi. Omnia fere Diplomatum nomine veniunt: quamvis probe noverim, non omnibus cum eo nomine reapſe convenire. Neque id facio ſine duce: ſequor exempla clariſſimorum noſtræ & ſuperioris ætatis Virorum, quos vocabulum illud promiſcuis quibusque literis indidiſſe video. Eadem eſt ratio de nonnullis vocibus, quæ ab aurea illa, terſaque latinitate diſſident: has pene ut in Documenta incurrunt, præ titulis ponere, religioni non habui; ecquis enim inter ſcruta, & veteramenta poſtulet, uti voces ſint quam caſtigatiſſimæ? rerum, & antiquitatis cura mihi potior: hinc nullum offendes ſeu fluentis, ſeu ſuperioris Seculi Diploma. Cauſa non una eſt: hæc & adſervantur melius, & leguntur facilius, & quem genium venturæ ætatis fore ſpes eſt, communicabuntur promptius. Ab noſtra memoria quam remotiſſima colligere ſtudui: quanquam num id ſatis affecutus ſim? alii æſtimaverint; primæ certe naſcentis Scepuſii membranæ, omnem veſtigantis diligentiam

luſe-

Digitized by Google

luſerunt. Sed commune id fatum eſt: Tartarorum rabies, quæ in Hungariam graviſſima incubuit, perpauca autographa reliquit.

Subjicio geminum indicem, Chronologicum alterum, alterum Onomaſticum: ille uno velut obtutu pandit, quid? quove anno in Scepuſio actum ſit? hic voces peregrinas, barbaras, obſcuras explanat. Notæ tamen & breviculæ fere ſunt, & raræ: nunquam arriſerunt, quæ non juſſæ in libros veniunt. Adjumento potiſſimum erat, Academicus Wirceburgenſis, qui adventitiarum ejusmodi vocum ſyllabum nuper pertexuit, & de plurium Authorum ſenſu interpretationem fecit. Ubi hunc conſulere non licuit, quod ſimilius veri apparebat: dixi: non ultra conjecturam quandoque emerſi; quod ſi nec huic locus erat, malui rem omnino prætermittere, quam incerta obtrudere.

Gratus animus demum poſtulat, ut eos, qui iſthuc ſymbolas liberaliter contulerunt, quique de me, & meis conatibus quam optime ſunt meriti, referam. Sunt autem ex Ordine ſacro:

Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. Joſephus Carolus Zbisko de Kis-Kolacſin Epiſcopus Tinniniens. Præpoſitus S. Martini de Scepuſio &c.

Reverendiſſimus D. Joannes Feja de Nagy-Rako, Præpoſitus B. M. V. de Lypto, Lector, & Canonicus collegiatæ Eccleſiæ S. Martini de Scepuſio &c.

Reverendiſſimus D. Emericus Okolitſányi de eadem, Cuſtos, & Canonicus ejusdem collegiatæ Eccleſiæ S. Martini de Scepuſio, hodie ad Metrop. Eccl. Strigon. Auguſtæ gratia translatus

Digitized by Google

R. P. Gabriel Kendraj.
R. P. Jacobus Wilhelmb. } e Societate Jeſu.
R. P. Stephanus Kaprinai.

Ex Equeſtri vero, ac Civili:

Illuſtr. D. Franciſcus Adamus Kollar Auguſtæ a conſiliis, & Palat. Vindobon. Bibliothecæ Cuſtos Primarius.

Spect. D. Franciſcus Jantsó de Eſztelnek Incl. Comit. Scepus. Vice-Comes.

Spect. D. Franc. Xav. Mariaſſi de Markusfalva Inclyt. Comit. Gömör. Vice-Comes.

Spect. D. Ladislaus Mattyaſſovſzki de eadem Incl. Sed. Sup. X. Lanc. Vice-Comes.

Spect. D. Samuel Székely de Doba Incl. Legion. Eſzterhazianæ Centurio emeritus.

Perill. D. Alexander Berzeviczi de eadem, & in Lomnitz.

Perill. D. Carolus Fejérvàri de Kereſztes.

Perill. D. Ricolphus Berzeviczi de eadem Incl. Com. Scepus. Vice-Notarius.

Cl. D. Joſeph. Benczur Scholæ Aug. Conf. apud Poſon. Rector.

Ampliſſimus denique Senatus, Liberæ, Regiæque Urbis Késmarkienſis, ac Leutſchovienſis; quin Caſſovienſis etiam non pauca ſuggeſſit. Quibus omnibus ab me, ab Hiſtoria, ab Orbe erudito ampliſſimæ gratiæ, quod bono publico, quod Scepuſii famæ, quod nepotum memoriæ tam præclare conſultum voluerint. Sequere horum veſtigia Lector benevole, & ſi tibi parte prima placemus, præſtolare alteri. Vale. Eperieſſini Kalend. Octobris Anno MDCCLXX.

Mon-

Digitized by Google

MONITUM.

Prima hæc Analectorum Scepuſii Pars ſemper ad Calcem adducta fuit A. MDCCLXX. quæ quo minus illico lucem videret, alii in cauſa fuere. Certe MS. opus biennio prope Viennæ adhæſerat, donec prælum impetravit. Qua temporis intercapedine, nonnullæ viciſſitudines paulo aliam Scepuſio faciem indidere. Imprimis XIII. oppida Scepuſienſia pignori olim Polonis locata Anno ſuperiore MDCCLXXII juribus S. Coronæ Hungaricæ reſtituta ſunt, dum vero Regni Aug. Mariæ Theresiæ Apoſtolicæ Hungariæ &c. Reginæ limites novis Regnorum Gallitiæ & Lodomeriæ acceſſoribus crevere, quæ ſuis locis inſerere ac ad poſterorum memoriam adnotare oportuit.

CON-

Digitized by Google

CONSPECTVS

PARTIS PRIMAE.

§. I.

Complectitur Inſtrumenta Publica Congreſſuum, Fœderum, aliorumque Tractatuum inter Reges Hungariæ, & Poloniæ in Scepuſio olim initorum. ..... pag. 1.

II.

Diplomata & literas ad Scepuſium univerſum pertinentes. 24

III.

Diplomata arcis Scepus, fata, & Viciſſitudines Continentia. 34

IV.

Diplomata res Urbis Kesmarkienſis illuſtrantia. 48

V.

Diplomata res Urbis Leutſchovienſis pariter illuſtrantia. Accedunt Leges Sodalitii ſanctiſſimi Corporis Chriſti. Anno 1402 ea in Urbe inſtituti. 80

VI.

Diplomata Nobilitatis Scepuſienſis vetuſtatem, præclara facta, remunerationes Regias, Tabulas ſupremæ voluntatis, & Cetera id genus exhibentia. 102

VII.

Diplomata Oppidorum Scepuſienſium. Ubi de Saxonibus, eorum Conditoribus, locis metallicis, aliisque arcibus & oppidis, quæ Jure pignoris tenebant Poloni. Accedit Jus municipiale, quo olim Saxones Scepuſienſes utebantur. 188

VIII.

Diplomata pertinentia ad Parochos & Eccleſias Parochiales in Scepuſio. 262

IX.

Diplomata rebus Præpoſituræ, & Capituli S. Martini lucem affundentia. 293

X.

Diplomata, Religioſorum Ordinum, qui olim in Scepuſio floruerunt, ortum incrementa & occaſum exhibentia. 389

XI.

Diplomata originem & incrementa nonnullarum Villarum in Scepuſio indicantia. 442

I.

INSTRUMENTA PUBLICA CONGRESSUUM, FOEDERUM, ALIORUMQUE TRACTATUUM, INTER REGES HUNGARIÆ, ET POLONIÆ IN SCEPUSIO INITORUM.

I.

Prælati, & Barones Regni Hung. pro futuro congreſſu, ſibi deſignant antiquam Villam, Polonis vero Schramovicze; promittuntque ſe daturos operam, ut lites, & diſſenſiones inter utrumque Regnum obortæ componantur. Datum Igloviæ Anno Domini 1411. Edidit P. Matthias Dogiel Schol. Piar. in Codice Diplom. Poloniæ Tomo I.

Nos Miſeratione Divina *Joannes Archiepiſcopus Strigonienſ. & Joannes Jaurin. Eccleſiarum Epiſcopus. Nicolaus de Gara Regni Hung. Palatinus. Styborius de Styboricz Vaivoda Tranſilvan. Comes Simon de Rozgony Judex Curiæ Regiæ; Nicolaus de Marczaly alias Vaivoda Tranſilvaniæ. Joannes de Pelſewcz Tavarnicorum Regalium Magiſter. Joannes de Marouth pridem Banus Machov. & Petrus de Peren nuper Co-*

Digitized by Google

mes Siculorum Regalium, ad univerſorum notitiam per hæc Scripta deducimus: Quomodo cupientes fines Hungariæ, & Poloniæ Regnorum pacatos reddere, & etiam diſplicentiarum, & injuriarum materias, ac fomites, inter Sereniſſimos Principes, & D. D. Sigismundum Hungariæ, & Uladislaum Poloniæ Reges, & eorum Regna hactenus ortas, & concurrentes ſuffocare, & ad ſtatum debitæ caritatis deducere, ita quod unicuique ipſorum, juſtitia æquo libramine miniſtretur, pro quibuscunque injuriis, & ex quibuscunque cauſis, ex prædictis Regibus unus alium poſſet, aut velleț impetere, de Mandato Sereniſſimi Principis Domini Sigismundi Regis Hungariæ prædicti; Domini noſtri gratioſiſſimi, ſpeciali poteſtate nobis in hac parte conceſſa, conventionem per Prælatos, & Barones Regnorum prædictorum, ipſo die S. Martini proxime affuturo, in Antiqua (a) Villa, Prælatis, & Baronibus Hungariæ; in Schramovicze Prælatis, & Baronibus Poloniæ Regnorum, Villis ſtatuimus, & condiximus infallibiliter celebrandam. Ad quam nos pro parte noſtra Prælatos, & Barones Regni Hungariæ bona fide promittimus comportare, ſub conditionibus infra ſcriptis, his videlicet: quod ad eandem conventionem Prælati, Barones Regnorum prædictorum debent venire cum plena, & omnimoda poteſtate Regum, Regnorumque prædictorum; ubi XII. ex Dominis Prælatis, & Baronibus de Hungaria ex una; & totidem XII. ex Dominis Prælatis, & Baronibus de Polonia, partibus ex altera, ad decidendum, ſopiendum, & finaliter concludendum omnium diſplicentiarum, cauſarum, & injuriarum, inter eosdem Reges, & Regna currentium, ut præfertur materias, debent per ambas partes dari, moderari, relegi, qui ſub fide, & onere juramenti, omnes cauſas, & facta diſſenſionum Regum, & Regnorum prædictorum, primo per modum concordiæ amicabilis videre, & temperare debent, ut ea recto tramite arbitrii planificarent, & unirent. In caſu autem, quo ipſi per concordiam complanare non poſſent, ex tunc judicialiter vigore juſtitiæ, ipſi diſcutient, planabunt, & decident; quin imo in rebus dubiis, quas proprio judicio diſcernere non poterunt, cauſas ad deciſionem Superarbitri, ſi ipſum tunc neceſſario unanimiter decreverint eligendum, debent remittere, per ipſum finaliter decidendas. Ubi autem Superarbiter ab utraque parte electus, onus hujusmodi ſuper ſe ſuſcipere recuſaret, aut morte vel alio legitimo impedimento præventus, etiam poſt acceptationem oneris præfati, non poſſet, aut nollet ulterius procedere in præmiſſis, tunc Prælati, & Barones prædicti, jurati ex utra-

(a) Hungaris Ofalu: locus in limitibus Poloniæ, nunc haud magni nominis, olim Hungarorum, & Polonorum congreſſibus celebris, cujus memoria frequens in his Diplomatibus erit.

Digitized by Google

utraque parte, ſi neceſſitas fuerit, eligendi alium, plenam habebunt facultatem. Item ante omnia prædicti XII. ex una, & alii XII. ex alia partibus eligendi, Sacramentum fidei, ſeu juramentum, ſub hac forma verborum facere debent, & præſtare tactis venerabilibus reliquiis, aut ſanctis Evangeliis: Juro, vel juramus, ad hanc Sanctam Dei evangeliam; ſic me, vel nos Deus, & Sancta Sanctorum adjuvent, quod definitis negotiis, cauſis, & injuriis, ex parte Sereniſſimorum Principum DD. Sigismundi Hungariæ, & Uladislai Poloniæ Regum, & ipſorum Regnorum, coram nobis proponendis, timore, favore, & odio cujuslibet Regum prædictorum, & ipſorum Regnorum ſemotis, & excluſis, ſolum Deum habentes præ oculis, meram juſtitiam, & rectum judicium, prout intellectus rationis noſtræ attingere, & comprehendere poterit, facere promittimus, dolo, & fraude quibuslibet procul motis. Ideoque nos ſupradicti, ſub fide, & honore noſtris promittimus, & ſpondemus, quod ea, quæcunque XXIV. prædicti Prælati, & Barones jurati, ex utraque parte electi, in factis eisdem concluſerint, deciderint, & determinaverint; rata, grataque manere debent, & inviolabiliter obſervari; ubi etiam omnia concluſa, determinata, & deciſa per XXIV. per utramque partem eligendos, litteris, & ſigillis Regum, Prælatorum, & Baronum, Nobiliumque prædictorum, debent roborari & firmari. Si autem aliquem Prælatorum, & Baronum ex ambabus partibus electorum, & Juratorum decedere contigerit, alter licite eligatur, & quoties neceſſe fuerit, ad juramentum, & numerum redigatur. Illo etiam addito principaliter, & expreſſo, quod prædicti XXIV. Prælati, & Barones, ex utraque parte Regum, & Regnorum eligendi pœnas propter obſervationem prævaricationis Sententiæ, & Decreti ipſorum, juridice, aut arbitrarie vallare plenam habeant poteſtatem, prout ipſorum expedire videbitur voluntati. In quorum omnium, & ſingulorum præmiſſorum teſtimonium, & rigorem, literas præſentes ſigillorum noſtrorum appenſione fecimus præmuniri. Datum in Iglovia, alio nomine Nova Villa, feria III. proxima ante Dominicam Ramis Palmarum. Anno Domini MCDXI.

Digitized by Google

II.

Conditiones Pacis, quam concluſerunt Prælati, & Barones Regni Hungariæ cum Prælatis & Baronibus Regni Poloniæ. Dat. in Schramovicze, (b) *Anno Domini 1411.* Edidit idem P. Mathias Dogiel Tomo citato.

Nos *Jacobus Dei Gratia Plocenſis, Albertus Poſnan. Nicolaus Vilnenſis, & Mathias Premislienſis Eccleſiarum Epiſcopi; Chriſtinus de oſtrow Caſtellanus Cracov. Joannes Ligcza Lancicienſ. Mathias de Wanſoſz Caliſienſ. Palatini; Georgius alias Sedigoth Conſiliarius Domini Alexandri alias Witoldow, Capitaneus Podoliæ, Joannes de Szczekociny Lublinens. Nicolaus de Blociſzkow Sanocenſ. Caſtellani; Joannes Cracocienſ. & Petrus Siradienſ.* Judices, ſignificamus tenore præſentium, quibus expedit, univerſis: Quod habito, & ſervato die conventionis, & termino placitorum per venerabiles in Chriſto Patres DD. *Nicolaum Gneſnens. & Nicolaum Chalicienſ. Archiepiſcopos; Chriſtinum Caſtellanum Cracovienſ; Joannem de Tarnow Cracov. Nicolaum de Michalow Sandomirienſ. Palatinos; Michaelem de Mogumilovicze Sandomiriens, Joannem de Zczekocini Lublinens. Caſtellanos; Sbigneum de Brzczie Mareſchalkum Regni Poloniæ, Zaviſſium de Oleſznicza Tribunum Lublinens* circa feſtum S. Martini nobis in Schramovicze; & Prælatis, & Baronibus Sereniſſimi Principis D. Sigismundi Regis Hungariæ videlicet: Domino *Ladislao Epiſcopo Tinnienſ. nec non Eccleſiæ B. M. V. in Scepuſio Gubernatore, Simone de Rozgon, Judice Curiæ Regni Hungariæ, Emerico de Peren Secretario Cancellario Domini Regis Hung. Petro de Peren, alias Comite Siculorum, Joanne de Rozgon, Stephano de Nana, Petro de Berzevicz Comite Scepuſ. Matthæo de Paloczi Comite de Borſchod, Caſtellano de Diosgewr, Joanne de Homonna, Stephano Filio Pauli de Somoſch, Benedicto Czudar, & Joanne Filio Jacobi de Nagymihály,* in antiqua Villa exiſtentibus, juxta tenorem litterarum, per eosdem in Iglovia, alio nomine in Nova Villa, confectarum ſtatuto, & præfixo, cum iisdem Prælatis, & Baronibus videlicet: *Ladislao Epiſcopo Tininnienſi, nec non Abbatiæ Eccleſiæ B. M. V. in Scepuſio Gubernatore, Simone de Rozgon, Judice Curiæ Regni Hungariæ. Emerico de Peren, Se-*

(b) Locus trans amnem Dunajecz in Polonia, Scepuſienſibus oppoſitus.

Digitized by Google

Secreto Cancellario Domini Regis Hung. Petro de Peren, alias Comite Siculorum, Joanne de Rozgon, Stephano de Nana, Petro de Brezovicz Comite Scepuſ. Mathews de Paloczi Comite de Borſod, Caſtellano de Diosgewr, Joanne de Homonna, ad eandem conventionem per Sereniſſimum Principem D. Sigismundum Regem Hungariæ &c. miſſis de ſpeciali, & expreſſo mandato, Sereniſſimi Principis D. Uladislai Regis Poloniæ, Domini noſtri gratioſiſſimi, ad hunc finem devenimus, & hoc in eadem conventione concluſimus: Primo, & principaliter, quod Treugæ (c) Pacis per Sereniſſimos Principes DD. Sigismundum Hungariæ &c. & Wladislaum Poloniæ Reges, Regnaque, & D. Alexandrum, alias Witoldow, & Subditos, & Coadjutores ipſorum firmiter, inviolabiliterque, ac Chriſtianice, a die datæ præſentium usque ad feſtum Aſſumptionis B. M. V. glorioſæ proxime affuturum debent teneri, & ſervari ita, quod interim ipſis ſtatuitur, ac firmiter obſervatur, pro firmanda pace, perpetua, prædicti Sereniſſimi Principes, & DD. Sigismundus Hung. &c. & Wladislaus Poloniæ &c. Reges, ipſo Dominico (d) Carnis privii proxime affuturo, quo in Eccleſia Dei: *Eſto mihi*, decantatur, aut alia die, ſi quam eis aptiorem invenerint, ipſe D. Sigismundus Hung. in Kesmarg; vel in Lubowla; & D. Wladislaus Rex Poloniæ in Sandecz, debent conſtitui, & ibi demum de Perſonali conventione per ipſos facienda, die, & loco aptis provideri; ad quam utrique quilibet ipſorum Regum veniret, niſi infirmitate, aut alio aliquo notabili, & legitimo impedimento eſſet impeditus; quod utrinque impedimentum, ſi occurrerit, unus alteri ſignificando declarabit. Si autem, quod abſit, habita conventione, ut præmittitur, Perſonali, ipſi Domini Sigismundus Hung. & Wladislaus Poloniæ Reges perpetuam inter ſe non fecerint unionem; ex tunc ad feſtum SS. Jacobi, & Philippi Apoſtolorum proxime affuturum, juxta ſeriem literarum in Iglovia, alias in Nova Villa, confectarum, Prælati, & Barones Domini Sigismundi Regis Hung. &c. in antiqua; & Prælati, ac Barones D. Wladislai Regis Poloniæ, in Schramovicze Villis, ad idem faciendum proficiſci, & devenire debent. Item convenimus, omnes diſplicentias, ac injuriarum materias, inter eosdem DD. Sigismundum Hung. & Wladislaum Polon. Reges occurrentes, & exortas, per modum concordiæ, aut judicialiter, ſeu rigore juſtitiæ, prout in literis prædictis in Iglovia, ſeu in Nova Villa deſcribitur, deinde rectificare, & complanare. Quæ quidem literæ per

(c) Treuga, vel Treugæ: vox apud Scriptores mediæ, & infimæ latinitatis perfrequens pacem, vel inducias ſignificat. Vide Hagiographos Belgas Tomo II. Aprilis.

(d) Seu Dominica Quinquageſimæ, quam vernum jejunium conſequitur.

Prælatos, & Barones in Iglovia, alio nomine in Nova Villa, pro perpetua unione, inter prædictos DD. Sigismundum Hung. & Wladislaum Poloniæ Reges factæ, confectæ, & conſcriptæ, non obſtantibus his Inſcriptionibus, quas ad conventiones per DD. prædictos Sigismundum Hung. & Wladislaum Poloniæ Reges habendas, & Treugas, quas ad feſtum Aſſumptionis B. M. V. proxime affuturum, ſervandas conficimus, & faciemus, præſentibus in omnibus earum clauſulis, Articulis, Punctis, conditionibus, & ſententiis debent inviolabiliter obſervari, & teneri, ac etiam in ſuo robore permanere; illo etiam addito ſpecialiter, & expreſſo, quod ipſe D. noſter Wladislaus Rex Poloniæ, Cruciferos de Pruſſia per gverras, (e) & contentiones gverrarum notabiles, & publicas non invadet, nec perturbabit; ſed juxta tenorem literarum quarumcunque, inter ipſum D. Wladislaum Regem Poloniæ, ejusque Fratrem D. Ducem Witoldum ex una; & ipſos Cruciferos parte ex altera, quomodolibet confectarum, facta ſua cum ipſis diſponet. Si autem ipſe D. Wladislaus Rex Poloniæ, Dominus noſter gratioſus eos, quod Deus auferat, per Guerras manifeſtas, ut præmittitur, moleſtaret, contra inſcriptiones proprias, ſuper unione perpetuæ pacis inter ipſum, & eosdem Cruciferos confectas, ex tunc D. Sigismundus Rex Hung. ad ſervandas pacis treugas, quas a die datæ præſentium ad prædictum feſtum Aſſumptionis B. M. V. proxime affuturum ſtatuimus, & fecimus, non debet eſſe adſtrictus, ſeu ligatus. Si autem ipſi Cruciferi ex adverſo, inſcriptiones ipſi D. Wladislao Regi Poloniæ factas violarent, & eas, ſicut præmittitur, comtempnerent, tunc ipſe D. Sigismundus Rex Hung. debet recedere ab ipſis Cruciferis, & nulla penitus ipſis auxilia, ſubſidia, conſilia, præſtare tenebitur, adverſus D. noſtrum Regem Poloniæ, & Fratrem ipſius D. Alexandrum, alias Witoldum, & ipſorum Coadjutores in litera unionis, contentos, & conſcriptos, publica, vel occulta. Promittimus bona fide, ſine dolo, & fraude, quod præſentes literas D. Wladislaus Rex Poloniæ prædictus, Dominus noſter gratioſiſſimus, in omnibus earundem articulis, clauſulis, & conditionibus tenebit, & ſervabit, & literas ſuæ Majeſtatis ſigillo confirmabit, quas in caſtro (f) Czorſtenſi, ipſo die Epiphaniæ Domini, prædictis Prælatis, & Baronibus, cum quibus has inſcriptiones fecimus, tradendas, & dandas reponemus, eo etiam non omiſſo, quod mercatores de Regno Hungariæ ad Regnum Poloniæ juxta tractatum, & diſpoſitionem in Iglovia, alio nomine in Nova Villa, habitam, cum eorum mercibus, libe-

(e) Guerra: bellum, ſeu inimicitia.
(f) Schorſtin caſtrum Polonicum, edito colli pone fl. Dunajecz impoſitum.

Digitized by Google

liberam tranſeundi, & redeundi, ac facta eorum diſponendi, habebunt facultatem. Harum, quibus ſigilla noſtra ſunt appenſa, teſtimonio literarum. Datum in Schramovicze, feria V. ipſo die S. Eliſabeth. Anno Domini MCDXI.

III.

Literæ Fœderis inter Sigismundum Hungariæ, & Wladislaum Poloniæ Reges icti. Datum Liblyo, Anno Domini 1412. Edidit Joannes Dlugoſſus Hiſt. Polon. Libr. XI.

Sigiſmundus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galiciæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque Rex. Ad certitudinem præſentium & memoriam futurorum. Inter bonas ſolicitudines curasque multiplices, quæ miniſterio Regiæ dignitatis incumbunt, de pacifico, & ſalubri ſtatu Regnorum noſtrorum, ſolicite cogitare nos convenit, ut regnis ipſis, ac ſubditis noſtris, vigeat tranquilla beatitudo, quietis, & ſolidæ pacis gratia muniatur. Summopere igitur eſt occurrendum, ut non creſcant jurgia, ſed juxta Magiſtram bonorum omnium caritatem, quæ nihil ſapit extraneum, nihil aſperum, nihil confuſum, imo æquitate nutrit concordiam, diſſociatos conjungit, pacem, & unitatem conſolidat. Cupientes itaque omnium diſplicentiarum, odiorum, injuriarum, damnorum, & Guerrarum materias, & fomites inter nos ab una, & Sereniſſimo; ac Prælatos, Principes, Dominos, Wladislaum Regem Poloniæ, & Alexandrum, alias Withawdum Ducem Magnum Litvaniæ, Fratrem ejusdem Regis Wladislai, partibus ab altera, ac Regna, & Subditos cujuslibet noſtrum, quoquo modo hactenus exortas, & attentatas tollere, & ſuffocare, ac ad ſtatum debitum mutuæ caritatis, & Fraternitatis, unione laudabili, deducere, ad hujusmodi connexionis, pacis, Fraternitatis, & concordiæ, inconcuſſe duraturam devenimus unionem. Primo nempe ex certa ſcientia noſtra, & in virtute fidei Catholicæ perfectæ, & puro corde, ac verbo Regio, accedente etiam ad hoc Prælatorum, & Baronum, Procerumque Regni noſtri Hung. conſenſu pariter, & aſſenſu, aſſumimus, & pollicemur; quod ab hoc die, & hora in antea, (g) puram, veram, & ſinceram Fraternitatem, eisdem Wladislao Regi, &

(g) In antea, Latinis deinceps.

& Alexandro Duci, pro quo Præfatus Wladislaus Poloniæ Rex nobis fecit cautionem, quod idem Dux Alexander vice verſa; nobis eandem Fraternitatem jugiter obſervabit, & per ſuas autentias, & privilegiales literas firmabit, exhibebimus, & ſervabimus, ipſosque contra omnem hominem viventem, eos hoſtiliter invadere molientem, totis noſtris viribus adjuvabimus, & quod auxilium, vel conſilium nunquam dabimus, nec conſentiemus, contra ipſorum ſtatum, ſeu Perſonas, neque in periculum, ſeu necem Perſonarum ipſorum, per nos, & per alium, ſeu alios aliquatenus machinabimur, aut machinari volentibus conſentiemus, ſed potius conſervationem ſanitatis, & vitæ ipſorum utriusque, honores quoque eorum, pro poſſe procurabimus. Et quod de Regno, Ducatu, terris, Dominiis, Vaſallis, & ſubditis ipſorum nullo unquam tempore quidquam attentabimus. Damnum quoque, & periculum ſtatus, Perſonarum, & honoris ipſorum avertemus. Proditoribus, & rebellibus, ipſorum non conſentiemus, imo Fraternitates eorum in talibus, ubi ſciverimus, præmuniemus, eis intimando defendemus, ac ipſis aſſiſtemus, ac alia omnia, & ſingula; erga eorum Fraternitates, Generaliter, & ſpecialiter attendemus, & efficabiliter obſervabimus, quæ veræ, & ſinceræ Fraternitatis vinculum exigit, & quæ in præſentibus literis noſtris, per diſtinctiones, & continentias earundem, in ſuis punctis, clauſulis, & articulis, ſententiis quoque, & capitulis univerſis comprehenduntur, promittimus inviolabiliter, & effectuabiliter attendere, & tenere, prout præfati DD. Wladislaus Rex, & Withawdus Dux, Fratres noſtri chariſſimi, vicaria, & reciproca viciſſitudine, hæc nobis tenenda, & obſervanda repromiſerunt. Verum quia ſuper terris Ruſſiæ, Podoliæ, Moldaviæ inter nos, & ipſum D. Wladislaum Regem Poloniæ, & occaſione earundem, inter cætera diſſenſionis materia vertebatur; in facto itaque Terræ Ruſſiæ, inter nos, & præfatum D. Wladislaum Regem concordatum extitit hoc modo: ut vita nobis: & ſibi inſimul Comite, uſque ad diem obitus unius ex nobis, quem videlicet prius, nutu Divino ex nobis eximi contingat, ab humanis, inter nos, & ipſum D. Wladislaum Regem, nec non præfatum Withawdum Ducem pacis, & Treugarum fœdera habeantur, & inconcuſſe obſerventur, modo infra ſcripto: quibus treugis durantibus præfatus D. Wladislaus Rex Poloniæ, Terram ipſam Ruſſiæ pacifice teneat, prout tenet, ſine impedimento noſtro, vel Regni, aut ſubditorum noſtrorum aliquali. In terra vero Podoliæ, promittimus eundem D. Wladislaum Regem per nosmetipſos non impedire, nec per noſtros ſubditos facere impediri, neque alicui ad illam impediendam conſilium, favorem, vel auxilium præſtare, treugis durantibus infra ſcriptis. Item in caſu, quo nos Regem Sigismundum memorato D. Wladislao Regi, Fratri noſtro, vocatione Divina præmori contingat, ex tunc poſt obitum noſtrum prædictæ treugæ infra quinque annos immediate ſequen-

quentes debent perdurare. Et e converſo, ſi prædictum D. Wladislaum Regem prius nobis decedere accidat, fœdera hujusmodi treugarum, ſimiliter intra quinquennium inter Poloniæ, & Hungariæ Regna, poſt hujus deceſſum debent firmiter obſervari, & infra prædictos quinque annos treugarum, videatur de juſtitia, & jure partium, ſecundum ſeriem, & continentiam literarum alias per Prælatos, & Barones utriusque Regni Hung. videlicet, & Poloniæ, primum in Iglo, alio nomine in Nova Villa, & altera vice in Antiqua Villa, confectarum, quarum contenta, habentes hic ſufficienter pro inſertis, quoad hæc, in ſuo robore volumus permanere. Præterea de terra Moldaviæ, ut ſequitur, inter nos, & eundem D. Regem Poloniæ, Fratrem noſtrum chariſſimum eſt mutuo concordatum: ex quo enim magnificus Alexander, pro nunc Vaivoda Moldavus, ad beneplacita, & mandata ipſius D. Wladislai Fratris noſtri, ſe dignoſcitur obligaſſe; quam obligationem nos Sigiſmundus Rex prælibatus, ob amorem puræ, & ſinceræ Fraternitatis præfati D. Wladislai Regis nolentes turbare, vel impedire, ideo diſpoſitum extitit, & firmatum, ut quotiescunque Turcæ, & infideles, Terras Regni Hung. cum valido exercitu hoſtiliter invaderent, ac easdem depopulari, & devaſtare molirentur, aut quandocunque, nos Sigiſmundus præfatus Rex, contra præfatos Turcas, & infideles mille lanceas, vel plures armaremus, & contra ipſos in expeditionem, extra fines Regni noſtri Hung. deſtinaremus, ex tunc ad noſtram intimationem, & ſignificationem, idem Rex Poloniæ, Frater noſter Chariſſimus, mandare debet ſupradicto Moldavo, ut ipſe propria in Perſona cum ſua tota potentia, nobis, & noſtro exercitui ſuccurrat, & obſequia præſtet, fideliter, & conſtanter; ſalvo, ſi Moldavus ipſe infirmitate notabili, & gravi tunc eſſet præventus. Quo caſu nihilominus potentiam ſuam, cum Rectore exercitus ſui idoneo transmittere debebit, vel ſi ſaltem in ſervitio memorati D. Wladislai Regis Fratris noſtri Chrariſſimi, cum ſua potentia pro tunc foret præoccupatus. Qui ſi de mandato memorati D. Wladislai Regis, ut prælibatur, in ſuccurſum contra Turcas, vel infideles perſonaliter venire, vel infirmitate præveniente, mittere potentiam ſuam recuſaret; ex tunc nos ambo, videlicet: Sigismundus, & Wladislaus Reges ſimul debebimus terram Moldaviæ, non obſtante prædicta obligatione, potenter invadere, & ipſum Vajvodam Moldavum ab eadem removere, & Ditioni noſtræ ſubjugare; obtentamque, inter nos Reges dividere, & per limites, ſeu terminos infra poſitos diſtinguere, & celebrari tali modo: quod Silvæ majores Bukovina dictæ, incipiendo a montibus, ſeu Alpibus Regni Hungariæ inter eandem terram Moldaviæ, & terram Sepenyecenſem ſituatæ, penes Sereth protendentes ſe ad aliam ſilvam minorem Bukowina dictam, uſque ad fluvium Pruth, debent per medium dividi, ſeu dimidiari; & quod forum Jaſznaſather, in ſiniſtra parte ſitum maneat, pro eodem D.

Wladislao Poloniæ Rege: forum vero, seu villa Berleth, in dextra parte sita, maneat nobis Sigismundo Regi, & Regno nostro Hung. transcenso autem fluvio Pruth, residuæ silvæ, directe procedendo per campos desertos usque ad mare, pari modo cum eisdem campis desertis, per medium dividantur. Itaque Tejervar, alias Belegrod cum æquali medietate, pro suprascripto D. Wladislao Rege Poloniæ; & (h) Kilia cum alia æquali medietate pro nobis Sigismundo Rege, & Regno Hung. maneant taliter dimidiatæ, & divisæ; & pars illa, quæ ex divisione cedet D. Wladislao Regi prædicto, remaneat in manibus ejusdem sub forma pacis, & treugarum, super terra Russiæ sæpius expressarum. Ubi autem præfatus Moldavus constanter, & fideliter mandata per præfatum D. Wladislaum Regem sibi injungenda in nostrum subsidium, & succursum adimplebit; tunc prædicta totalis Terra Moldaviæ remanebit apud eundem, etiam post obitum alterius nostrum Regum prædictorum, ad quinquennium, sub fædere Treugarum prædictarum salvo jure partis utriusque. Item si aliquis, vel aliqui ex subditis cujuscunque nostrum, alterius Regnorum nostrorum, aut Terrarum aliquas vastationes, prædas, rapinas, vel incendia, vel quæcunque maleficiorum genera in regnis, & terris alterius commiserit, vel commiserint; quod per hoc treugæ præmissæ non infringantur, sed quod iidem malefactores, ad satisfactionem judicialiter impellantur ita, quod damna per ipsos facta de bonis eorum resarciantur, & si judicio parere contemnerent, uterque nostrum ipsos tanquam maleficos persequi, & impugnare tenebitur, & debebit. Et ut prælibatur, nullo dissensionis, displicentiæ, controversiæ, & maleficii genere superveniente, & accidente interrumpi possit, & debeat quomodolibet, vel dissolvi fœdus treugarum, vel inscriptionum prædictarum, sed ut in talibus delicta non remaneant impunita, dispositimus, ut undecunque contingat in talibus delingui, aut excessum fieri, recurratur, & intimetur per injuriam, & damnum patientem, ad alterius oppidum, utpote de incolis Regni Hung. ad oppidum Sandecz, & de incolis regni Poloniæ ad oppidum Levocze; quæ quidem oppida teneantur Judicibus, hinc inde ex utraque parte deputatis, & deputandis, casum, delictum, & excessum intimare, & ipsos invocare, ut in termino competenti Judices quatuor numero, videlicet: Comites Comitatuum de Szarisz, Scepusienſis, Uyvarienſis, & Zemplinienſis pro tunc constituti & per nos deputati, ad instantiam, & querelam incolæ de Polonia, in Antiqua Villa: ex adverso totidem Judices, per præfatum Wladislaum Regem

(h) Kilia, Belegrod, Berleth &c. prostant in Bessarabiæ & Moldaviæ tabulis; unde patet, quam olim in orientem late pertinuerit Regnum Hungariæ.

Digitized by Google

gem conſtituti, & in literis ſuis nominatim expreſſi, utpote Sandeczenſis, & Voyniczenſis Caſtellani, Judex, & ſuccamerarius Cracovienſis, etiam pro tempore conſtituti, in Villa Schramovicz, aut in eisdem locis, minor pars Judicum eorundem, prout rei qualitas depopoſcerit, conveniant, ac judicium; & juſtitiam faciant, ſimpliciter, de pleno, nec non ſubterfugiis ceſſantibus in delinquentes digne animadvertant, & in corroborationem, fidem, & teſtimonium cautellæ uberioris, ſigilla prælatorum, Baronum, & Procerum Regni noſtri, quorum Nomina ſingulariter inferius deſcribuntur, penes ſigillum noſtrum Regale præſentibus ſunt appreſſa. Nos quoque miſeratione Divina *Joannes Archiepiſcopus Strigon. Comes perpetuus in Strigon.* & (i) *Colocz Provinciis, Primas, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, ac aulæ Romanorum Regis Cancellarius, Stiborius Agriens. Stephanus Tranſilvan. Joannes Jawrienſis. Philippus Vaciens, & Ladislaus Tinninienſ. Epiſcopi;* nec non *Hermannus Comes Ciliæ, Nicolaus de Gara Palatinus Regni Hung. Stiborius de Stiborzicze Wojevoda Tranſilvan, Comes Simon de Rozgon Judex Curiæ Regiæ. Philippus de Ozora Comes Themeſſ. Joannes Bebek de Pelſewcz Tavernicor. Joannes Filius Joannis Janitor. Joannes filius Gregorii Pincernar. Petrus Czech Agazon Magiſtri; Nicolaus de Cſak, pridem Wajvoda Tranſilvan, Petrus de Peren, pridem Comes Siculor, Zuborius Theſaurar, Paulus Biſſenus Banus, Nicolaus Trewtel de Newna, Philpes de Chorogh, Nicolaus Hederwar. Janitor, Georgius de Ilswa, filius Palatini Pincernar. Deſew de Gara Agazon. Reginal. Magiſtri; David Lachk de Zanthow, Petrus Filius Henrici, Comes Scepuſ. Joannes de Homonna, Matthæus de Paloucz, Caſtellanus de Diosgewr, Comes Ujvarienſ. Stephanus Compolth, Joannes Rozgon, Comes de Sàrus. Ladislaus Frank Vajvoda, Petrus Bebek, filius Detrici Palatini, Georgius Comes de Bozin, Bartholomæus Fanti, Gallus de Zeech, alias Comes Zoliens, Benedictus Zudar, Nicolaus filius Beke de Velike, Petrus filius Porze, Michael filius Pauli de Kerzkeghaz, Joannes Jank, Wladislaus Theuteus, Dionyſius filius Bani de Loſſoncz, Nicolas, Sigismundus, & Joannes de*

(i) Num Joannes Archiepiſcopus Strigon. fuerit comes perpetuus in Colocenſ. etiam Provincia, incertum eſt, quod ea ſuper re monumenta domeſtica tacent. Sane locum hunc corrupiſſe videtur Dlugoſſus, quemadmodum & Perſonarum, & Dignitatum Hungaricarum nomina; quæ nos ad fidem aliorum Diplomatum exegimus, &, qua licuit, emendavimus. Niſi fortaſſe in Strigon. & Coloc. Provinciis Primas, ut reapſe Archiepiſcopus Strigonienſis eſt, intelligatur; quem ipſum tamen ejus titulum diſtincte appoſitum in aliis Diplomatibus non lego.

Digitized by Google

Chetnek, Joannes filius Jacobi de Nagymichdli, Michael Zakach de Kuzal, Stephanus filius Pauli de Somus, Emericus filius Joannis de Derenchen, Joannes filius Rikalf de Tharkii, & Ladislaus filius Mathiæ; bona fide, & Chriſtianice noſtris, & Fratrum, Regnicolarumque univerſorum vice, & nominibus aſſumimus, pollicemur, & fidejubemus, quod omnia, & ſingula ſuperius ſcripta, & expreſſa; præfatus D. noſter Sigismundus Rex attendet, & ſervabit, nosque attendemus, & ſervabimus; ſuam quoque ſerenitatem toto conamine ad inconcuſſe obſervanda, pro poſſe inducemus, dolo, & fraude, in præmiſſis omnibus procul motis. Datum Liblio Anno Domini MCDXII. XV. die Martii. Regnorum noſtrorum Hungariæ XXV. Romanorum vero II.

IV.

Formula Jurisjurandi, quod præſtitit Sigismundus Rex Hung. Wladislao Regi Poloniæ, cum Sponſione Procerum Hung. quod velint adniti, ut illud Sigismundus inviolatum obſervet. Datum in Liblio Anno Domini 1412. Edidit P. Mathias Dogiel Schol. Piar. Cod. Diplom. Tomo citato.

Sigismundus Dei Gratia Rex Romanorum ſemper Auguſtus, ac Hung. Dalm. Croat &c. Rex recognoſcimus, & tenore præſentium profitemur, Sereniſſimo Principi, & DD. Wladislao Regi Poloniæ, Fratri noſtro Chariſſimo, fidem puram, & perfectam ſervandam, nos per votum juramenti, ſigno crucis vivificæ per nos tacto corporaliter præſtiti, obligatum, & adſtrictum, quandoquidem juramentum, ſeu fidei Sacramentum ſibi fecimus, & præſtitimus per formam verborum infraſcriptam:

Ego Sigiſmundus Rex Romanorum ſemper Auguſtus, & Hung. Rex &c. juro, quod nunc fidem ſervabo D. Wladislao Regi Poloniæ &c. Fratri noſtro chariſſimo, & ipſum ſemper proſequar ſinceris favoribus, & liberos ſuos legitimos, ac Hæredes, bonum ſtatus, & honoris ipſius procurando, & commoda, ac profectus ejus ordinando ubiſſbet; nec unquam ad opprimenda bona, Regna, Terras, Principatus, & Dominica, quæ nunc habet, & in futurum habiturus eſt, volo attendere, aut ad perimendam, aut perdendam vitam ejus, ſeu mortem ſibi procurandam quomodolibet aſpirare, aut cogitare, ſed ubicunque mali, ſeu ſiniſtri de ipſo ſcivero, audivero, & ſenſero, ipſum

Digitized by Google

ipſum fideliter præmuniam, & ſibi contra inſidias omnium inimicorum ſuorum, firmiter, toto poſſe aſſiſtam, dolo, & fraude quibuslibet procul motis; eumque, ac liberos ſuos legitimos, & Heredes nunquam deſeram; imo pro honore, & ſtatu ejus, bona, profectus, & commoda ipſius, tanquam propria, procurabo, ordinabo, & diſponam, quamdiu vitam duxero in humanis. Sic me Deus adjuvet, & Sancta Crux. Sanctaque Maria, Mater Chriſti, & OO. SS.

Et ut major caritas, fortitudo, atque ſecuritas inter prædictos Seremiſſimos Principes DD. Sigiſmundum Romanorum, & Hungariæ; ac Wladislaum Poloniæ Reges augeatur, & concreſcat: Nos *Joannes miſeratione Divina Archiepiſcopus Strigoniens*, *Hermannus Comes Ciliæ*, *Zagoriæ*, *Nicolaus de Gara Palatinus Regni Hung.* Promittimus, & ſpondemus, quod Sereniſſimum Dominum D. Sigiſmundum Romanorum, & Hungarorum Regem, D. noſtrum gratioſiſſimum, ad hoc tenebimus, & noſtris adhortamentis inducemus, quod juramentum ſuum, prædicto D. Wladislao Regi Poloniæ, cum matura, & bona deliberatione factum, & præſtitum, in omnibus Articulis, clauſulis, & conditionibus tenebit, ad tempora ſuæ vitæ conſtanter, & ſervabit; nec unquam prædicto D. Sigiſmundo Regi Romanorum, & Hung. noſtro D. gratioſo huic contrarium conſulemus. Præterea nos Sigiſmundus prædictus Romanorum, & Hung. Rex promittimus, quod præſentes litteras ſigillo Majeſtatis noſtræ faciemus ſigillare, quando ſculptum fuerit, & paratum; hoc etiam adjungentes, quod literis illis, in quibus poſt mortem alterius noſtrum Treugæ V. annorum ſunt deſcriptæ, infra quos videri debet de juſtitia, & jure partium, pro Terris Ruſſiæ & Moldaviæ ſecundum ſeriem literarum, per Prælatos, & Barones utriusque regni Hung. videlicet, & Poloniæ, primo in Iglow, alio nomine in Nova Willa, & ſecundo in Antiqua Villa confectarum, præjudicare nolumus, aut in aliquo derogare per præſentes. Harum, quibus ſigillum noſtrum, quo utimur, una cum ſigillis prædictorum, Venerabilis Archiepiſcopi Strigon. & Magnificorum Comitum Ciliæ, ac Palatini Hung. eſt appenſum, teſtimonio literarum. Datum in Liblio, alias Lubowla, feria IV. proxima poſt Dominicam Lætare. Anno Domini MCDXII.

Digitized by Google

V.

Literæ Sigiſmundi Regis Hung. quibus innovat pacem, cum Wladislao Poloniæ Rege, olim Lubloviæ confectam. Datum in Kiesmarck. Anno Domini 1423. Edidit idem P. Mathias Dogiel Schol. Piar. Tomo citato.

Sigiſmundus D. G. Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Hung. Bohem. Dalmatiæ &c. Rex; notum facimus tenore præſentium univerſis. Altitudo Divitiarum, Sapientiæ, & Scientiæ Dei, cuncta diſponens numero, pondere, & menſura, qui etiam corda tenet Regum, & illa, quo voluerit, ſua voluntate deflectit, nos cum Sereniſſimo Principe, Domino Wladislao Rege Poloniæ, Fratre noſtro Chariſſimo, convenire diſpoſuit, ut inter nos mutuis hinc inde Tractatibus, Colloquiis & placitis habitis, & obſervatis, inter nos ab una, & præfatum Wladislaum Regem Poloniæ, nec non Illuſtrem Principem Alexandrum alias Witoldum, Magnum Ducem Lithuaniæ, Fratres noſtros chariſſimos parte ab altera; ſuper omnibus aliis diſplicentiis, rancoribus, diſcrepantiis, læſionibus, damnis, injuriis, & offenſis, poſt perpetua pacis fœdera, dudum in Liblio inter nos utrinque ſubortis, ſuſcitatis, & occaſione quacunque, a quacunque parte transgreſſis, mutua caritas, & rediviva Fraternitas oriretur, omnium rancorum, odiorum, diſplicentiarum, diſſenſionum, damnorum, injuriarum, offenſarum, diſcrepantiarum, Spiritus nos ſancti gratia dirigente, amotis prorſus fomitibus, & incentivis peremptis, pax perpetua, & tranquillitas reſtaurentur; quia non niſi in pacis tempore, bene colitur Auctor Pacis, idcirco non per errorem, aut improvide, ſed animo deliberato, ſano Prælatorum, Principum, Baronum, & Procerum noſtrorum fidelium accedente conſilio, hujusmodi pacem, unionem, & Fraternitatem reſtauravimus, reduximus, reſtauramus, & reducimus ad fraternæ, & priſtinæ caritatis perfectionem, quæ per quædam incommoda damnorum, injuriarum, & offenſarum prædictarum, fuerat aliquanto tempore intercepta, ita quod ad ea mala nunquam de cætero ſub fide, & honore, & pondere præſtiti juramenti inſtantibus, ſeu obviantibus ſuggeſtionibus, perſvaſionibus, & ſuſurris quorumcunque, & quomodolibet revertemur, nec eorum ullo unquam tempore, nos, & hæredes, & ſucceſſores noſtri, inter nos in malo debebimus nec volumus reminiſci, ad animum revocare, innovare, vel movere, ex novis, vel aliis quibuscunque cauſis, & caſibus emergentibus in futurum, in quocunque ſtatu, vel dignitatis emi-

Digitized by Google

eminentia, dirigente Altiſſimo, fuerimus ſublimati; ſed dictos Fratres noſtros Wladislaum Regem Poloniæ, & Alexandrum Ducem Lithuaniæ, mutuis favoribus, & amoris vinculo proſequi tenebimur, ac ſi nunquam inter nos & eos diſſenſiones, odia, damna, & injuriæ hujusmodi contigiſſent, ipſosque vera, & perfecta, Chriſtianica, & indubitata caritate complecti juxta literas, & Inſcriptiones inter nos, in Liblio editas, & ſub fidei puritate, & juramento firmatas. Inſuper promittimus pro nobis; Hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris, ac ſub fide, & honore noſtris puriſſimis pollicemur, pro nobis, Terris, & ſubditis noſtrorum Regnorum noſtris, & ipſorum nominibus, univerſas, & ſingulas literas, Inſcriptiones, Privilegia, contractus, pactiones, & munimenta omnia inter nos, & dictum Wladislaum Regem, & Alexandrum Ducem, Fratres noſtros chariſſimos, & eorum ſubditos inita, concepta, edita, facta, & finita, ſub quacunque forma verborum, ſeu tenore, quocunque tempore, & in quibuscunque locis, & præſertim literas prædictas in Liblio juramento firmatas, quas hic habere volumus pro inſertis, ſervabimus; nec ratione, & occaſione hujusmodi odiorum, diſplicentiarum, injuriarum, damnorum, læſionum, & perturbationum inter nos, & dictos fratres noſtros, forte ſvadente Seminatore Zizaniæ ſuſcitatarum, ullam inſtantiam, læſionem, damnum, præjudicium, & jacturam quomodolibet faciemus; ſed ſemper hujusmodi concepta Fraternitas pacta, fœdera, & caritatis vinculum in ſolida, perfecta, continua, & firmitate peupetua in eo ſtatu, & vigore, in quibus a Primariis eorum exordiis fuerant, debebunt inviolabiliter remanere, & jugiter priorem effectum, & efficaciam obtinere: easdem literas, Privilegia, & contractus præfatos innovantes, ratificantes, gratificantes, roborantes, & de noſtra certa ſcientia confirmantes. Et nos *Georgius Epiſcopus Pataviens. Almæ Strigonien. Eccleſiæ Adminiſtrator, Aulæ Romanæ Regiæ Cancellarius; Thomas Agrienſis. Et Petrus Korbaw. Epiſcopi; Stephanus Regni Raſciæ Deſpotus, Hermannus Ciliæ, Zagoriæque Comes, Nicolaus de Gara Regni Hung. Palatinus. Nicolaus de Chaak Vajvoda Tranſilv. Comes Petrus de Peren Judex Curiæ Regiæ Majeſtatis, Petrus* (a) *Henrici Magiſter Tavarn. Pipo de Ozora Comes Temes. Deſew de Gara Banus Machov. Joannes de Gara. Joannes de Maroth Banus, Joannes Gregorii de Alſam, Paulus de Ezdege Banus. Jacobus de Zantho Vajvoda, & Joannes de Rozgon Summus Theſaurarius Regiæ Majeſtatis, Mathæus de Polowcz Borſodienſ. & de Beregh Comitatuum Comes, Nicolaus de Peren Marſchalcus, Henricus de Thamaſſy Magiſter Curiæ, Stephanus de Bathor Magiſter Dapif. Ladislaus de Kompolth*

(a) Subſtitue: filius Henrici; uti & infra: Joannes filius Gregorii de Alſam.

Digitized by Google

polth Magiſter Pincern. Regiæ Majeſtatis, Joannes Jakch de Kuzal, Stephanus de Rozgon Junior C. Poſonienſ. Michael filius Stephani Comes Neugrad. bona fide, & Chriſtianica, noſtris, & fratrum, Regnicolarumque univerſorum nomine, & nominibus aſſumimus, & pollicemur, quod omnia, & ſingula ſuperius ſcripta, & expreſſa D. noſter Sigiſmundus Rex attendet, nos perpendemus, & ſervabimus, ſuamque Serenitatem ad inconcuſſe obſervanda inducemus; dolo, & fraude in omnibus, & ſingulis præmiſſis, procul motis: præſentium ſub noſtræ Majeſtatis, ac etiam Prælatorum, Principum, & Baronum prædictorum, ſigillorum teſtimonio literarum. Datum in Oppido Kiesmarck. Anno Domini MCDXXIII. feria III. poſt Dominicam Ramis palmarum, Regnorum noſtrorum Anno Hung. XXXVII. Romanorum XIII. Bohemiæ vero III.

VI.

Fœdus Pacis Perpetuæ, inter Mathiam Hungariæ, & Caſimirum Poloniæ Reges ſancitum. Datum in Antiqua Villa. Anno Domini 1474. Edidit idem tomo citato.

Nos *Gabriel Albenſis, Tranſilv. Oſwaldus Zagrabienſis Eccleſiarum Epiſcopi. Emericus de Zapolya, Comes Perpetuus Scepus. Joannes Pangracz de Dengeleg, alias Vajvoda Tranſilv. Capitaneus Generalis Exercituum Regalium; Georgius Quinque-Eccl. Proto-notarius Apoſtolicus, & Caſpar S. Martini de Scepuſio, Eccleſiarum Præpoſiti;* ad perpetuam rei memoriam ſignificamus, quibus expedit univerſis: Qualiter Sereniſſimus Princeps, & Dominus Dominus Mathias, Dei Gratia Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Dominus noſter gratioſiſſimus, una cum DD. Prælatis, Baronibus, præfati Regni Hungariæ, Præceſſorum ſuorum, Sereniſſimorum Regum, & DD. Prælatorum, & Baronum veſtigiis inhærentes, cupientesque, potius adverſus impios Chriſtianæ religionis hoſtes, vires ſuas extendere, quam differentiis, cum quibuſcunque Chriſtianis incumbere; nos cum pleno, libero, & ſufficienti mandato, ac omnimoda facultate ſuffultos, ad locum hunc ab antiquo pro celebrandis inter ſe Dietis conſuetum, ad conveniendum cum DD. Prælatis, Baronibus Regni Poloniæ transmiſerunt, cum ipſisque ea omnia tractandi, diſponendi, definiendi, concludendi, firmandi, & roborandi, quæ ad conſervationem, continuationem, ſtabilimentum, & robur mutuæ amicitiæ, bonæ fraternitatis, & perpetuæ pacis, inter ipſa duo Re-

Digitized by Google

Regna. Inclytos Reges, & ſacras Coronas ad præſens, & in perpetuum facere viderentur, & poſſent, prout in ipſo mandato, ſub appendenti ſigillo præfati Sereniſſimi D. noſtri Regis, ipſis DD. Prælatis, & Baronibus Regni Poloniæ, per nos ad manus tradito, clarius continetur. Cum quibus quidem Prælatis, & Baronibus dicti Regni Poloniæ, videlicet: *Reverendiſſimis in Chriſto Patribus, ac Magnificis, Jacobo Archiepiſcopo Gneſnenſi, Joanne Cracovienſi Epiſcopo; Dobeslao Kmita de Wiſnicze. Caſtellano Lublinenſi, & Joanne de Rythwiany, Regni Poloniæ Marſchalco;* fraterne, & amicabiliter convenientes, poſteaquam pari bona voluntate, & diſcuſſione ea, quæ pacem ipſam conſervare, aut perturbare juxta curſus temporum deinceps poſſent, pertractavimus, ipſo pacis Auctore concedente, præſente in omnibus, & approbante, Venerabili, & Egregio D. Bartholomæo de Malla, Decretorum Doctore vice, & nomine Reverendiſſimi in Chriſto Patris D. Marci Tit. S. Marci S. R. E. Cardinalis, Patriarchæ Aquilejenſis, & Apoſtolicæ ſedis Legati, in ſequentes concluſiones, & Articulos devenimus, mutuoque conſenſimus, tanquam in proviſiones utiles, neceſſarias, & ſalutares, pro conſervatione dictæ pacis, amicitiæ, & bonæ Fraternitatis.

Inprimis itaque diffinitum eſt, & concluſum, quod deinceps, & in perpetuum pax ſtabilis, firma, & inviolata perſeveret, inter hæc duo Inclyta Regna ſcilicet Hungariæ, & Poloniæ, nec non ipſos Sereniſſimos Principes, & DD. Mathiam Dei gratia prætacti Regni Hungariæ &c. Regem, ac Caſimirum eadem gratia præfati Regni Poloniæ Regem; nec non omnes Reges futuros, Prælatos, Barones, ac Incolas dictorum Regnorum, & quaslibet Provincias, Principes, Dominos, & Incolas ad ipſas ſacras Coronas qualitercunque pertinentes, ſeu adhærentes ita, & taliter, quod una pars in alterius partis offenſam, ex altero ipſorum Regnorum, aut ex Terris vel Provinciis ad ipſa Regna, pertinentibus; in alterum, aut Provincias, & loca ad id pertinentia, nullo modo, neque quovis quæſito colore procedat, ſed fraterne, & amicabiliter perſeverent, ſine omni dolo, & fraude. Secundo concluſum eſt, quod fiat proclamatio publica in utroque Regnorum, & Provinciis ad ea pertinentibus, ne qui homines, cujuscunque ſtatus, & conditionis exiſtant, de altero Regno, proprio motu, vel quacunque occaſione, in unum convenire, vel in alterum cauſa nocendi, & hoſtiliter intrare, ac in confinibus, ſeu intra confinia utriusque Regni, vel alterius ſe ponere, vel fortalitia erigere, prædas in altero, vel utroque Regno committere audeant, & præſumant. Si qui vero hujusmodi prohibitionis contemptores reperti fuerint, ex tunc nulla excuſatione admiſſa, tales homines in utroque Regno pro hominibus infamibus, & rebellibus, diffidatisque hoſtibus habeantur, bona ipſorum ex nunc publico Fiſco ſint applicata; & nihilominus Capitanei Confiniorum utriusque Regni, hinc inde

Digitized by Google

requiſiti tenebuntur bona fide, quaſi unus homo, contra tales homines conſurgere, & ſe mutuo juvare, usque ad extirpationem eorum. Præterea ſi qui homines reperti fuerint, talibus prædonibus ſcienter, & ſponte receptacula dare, & loca, ac munitiones aperire, easdem pænas tanquam ſcelerum participes ipſo facto incurrent, & ſimiliter puniantur. Item ſi aliquæ res per hujusmodi homines raptæ & impulſæ, vel importatæ ad quaſcunque munitiones, Oppida, vel Villas, ſuſciperentur, Capitanei locorum (a) aviſati, in continenti ſine omni dilatione debitam, & exactam juſtitiam, damnum paſſis adminiſtrare tenebuntur, & debeant. Item ſi qua differentia orta fuerit, inter aliquos Regnicolas utriusque Regni, cujuscunque conditionis exiſtant, aut illata aliquibus injuria: non propterea pax ipſa violata intelligatur; ſed hi, qui in talibus differentiis ſunt, & qui ſe læſos putaverint, ſive pro hæreditatibus, ſive pro injuriis, ſpoliis, damnis, vel rebus quibuscunque, coram Judicibus ordinariis illius, ſeu illorum, quem vel quos inculpaverint, jure mediante cauſas ſuas proſequi tenebuntur, illis vero deficientibus, & non ſatisfacientibus, coram Capitaneis confiniorum. Si vero res ita ardua fuerit, quod merito ad Regias celſitudines deduci debebit, ex tunc ambo Reges, aliquos probos Viros ad certum locum deſtinabunt, qui litibus hujusmodi, & differentiis finem imponant, & læſis juſtitiam ſine dolo & fraude adminiſtrare debeant, & teneantur. Item ſimiliter pro debitis ſervitiis, & obligationibus quibuscunque, juſtitia requiratur & per Ordinarios Judices rei, ſine dolo & fraude, ac in debita fatiga (b) adminiſtretur. Pro ſtipendiis vero Regalibus, aut obligationibus quibuscunque Rex, qui fuerit debitor, ſi ſatisfacere Creditoribus, aut noluerit, aut diſtulerit, tunc alter Rex ipſum admonebit, ut vel exolvat, vel concordet: vel mittet ad aliquem locum utrique parti congruentem aliquem, ſive aliquos: qui cum eo vel illis, quos & ipſe mittet, de rebus illis cognoſcant, & quod juſtum fuerit, decernant cum effectu, & uterque Rex ad hoc tenebitur, præſentis Articuli per vigorem. Item ſi caſu aliquo contigerit, aliqua ſpolia, vel furta occulta, vel manifeſta committi per Incolas utriusque Regni, in bonis, & rebus Incolarum alterius regni; tunc Capitaneus illius Regni, & confinium, unde damna commiſſa fuerint, tenebitur damnum paſſis meram juſtitiam adminiſtrare, & damnificatores hujusmodi, juxta demerita ſua punire. Item quod nullo modo deinceps areſtationes illegitimæ rerum, bonorum, & Perſonarum ab aliqua parte fiant, & præſertim mercatorum: ſed quicunque alium inculpare vellet, coram ſuo Ordinario Judice illum requiret, juſtitia mediante, quam ordinarius

(a) Aviſatus: admonitus, certior redditus.
(b) Fatiga: fatigium, labor, moleſtia.

Digitized by Google

rius ipſe adminiſtrare debeat, & teneatur. Si vero contigerit aliquem, de tali judicio non contentari, non propterea faciet aliquas areſtationes, guerras, vel injurias contra aliam partem; ſed tolerabit patienter, quousque Capitanei utriusque partis, coaſſumptis Judicibus illis, de quorum Judicio adverſarius contentus non extiterit, aliisque idoneis hominibus, utriusque partis, Judicium illud videant, & diſcutient, pro qua re Capitanei ipſi tenebuntur convenire ſimul, ad aliquem locum, & diem utrique parti competentem. Item quod Mercatores utriusque Regni, cum ex uno ad alterum, cum mercantiis ſuis intrant, proficiſci debeant, & teneantur per ſtratas, & vias ab olim conſuetas. Item ſi quando inter Reges, vel Regna ipſa orta fuerit aliqua differentia, ſive ſuper juribus alicujus Provinciæ, vel rebus quibuscunque, aut ſi alter Regum ab altero ſive Regnum, aliquid ſibi deberi putaverit, ſi per internuncios, & literas mutuas concordare non potuerint, tunc more veteri, & Præceſſorum Regum, Prælatorum, & Baronum utriusque Regni conſuetudine Dieta in his locis conſuetis teneatur; in qua Prælati, & Barones utrinque conveniant, & bona fide, juribus, & rationibus utriusque partis inſpectis, amicabiliter concordent.

Quas quidem concluſiones, ſeu Articulos, & proviſiones: nos Prælati, & Barones ſupradicti nomine, & vice ipſius Sereniſſimi D. noſtri Regis, Dominorumque Prælatorum, & Baronum Regni Hungariæ, ac totius Sacræ Coronæ fecimus, munivimus, firmavimus laudando, & approbando concluſimus; facimus, munimus, firmamus, laudamus, approbamus, & concludimus per præſentes. Promittentes nihilominus ſub bona fide, & honore, ac humanitate noſtris, præfatos Articulos, ſecundum omnia capitula, clauſulas, & puncta ipſorum, nos firmiter obſervare, quodque literas præfati D. noſtri Regis, ipſos articulos, & concluſiones, ſine ulla diminutione in ſe continentes, & penitus acceptantes, & approbantes, ſub appendenti ſuo Regali ſigillo, quo ut Rex Hungariæ utitur, usque ad decem integras dies proxime venturas, in caſtro Schorſtin præſentabimus, ſeu præſentari faciemus, omni fraude, & dolo ſemotis; ac etiam ſimiles literas potiorum Prælatorum & Baronum dicti Regni Hung. (a) cum pendentibus eorum ſigillis, usque ad numerum vigenarum, ad diem, & feſtum Pentecoſtes proxime venturum, in præfato loco, ſimiliter præſentabimus, ſeu præſentari faciemus, in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuscunque. In quorum omnium fidem, & robur, & teſtimo-

a) Utrumque præſtitum eſt: Mathias Rex confirmavit has literas Barthſſæ die dominico proximo poſt feſtum B. Mathiæ; ordines vero Regni Hungariæ Budæ 23. Aprilis anno eodem 1474.; ambæque Polonis transmiſſæ. Eas, ſi placet, legere poteris in toties citato codice diplomatico Regni Poloniæ Tomo I.

Digitized by Google

ſtimonium, præſentes literas fieri, & ſigillis noſtris appendentibus communiri, de certa noſtra ſcientia, & libera voluntate fecimus, & mandavimus. Dat. in Antiqua Villa, feria II. proxima ante feſtum Cathedræ B. Petri Apoſt. A. Domini MCDLXXIV.

VII.

Reſponſum Ferdinandi Regis Hung. ad Nuncium Regis Poloniæ, quod pro tollendis litibus, inter utriusque Regni ſubditos obortis, Comiſſarios ad Capitulum Scepus mittere velit A. D. 1548. Edidit idem loco citato.

Sacra Majeſtas Regia, D. noſter clementiſſimus, intellexit ea, quæ ſereniſſimus Princeps, D. Poloniæ Rex Magnus Dux Lithuaniæ &c. Sacræ Regiæ Majeſtatis Filius, & Conſanguineus chariſſimus, ſuæ Majeſtati medio veſtri nunciavit. Ad quæ ſua Majeſtas Regia, quod ad commemorationem fœderis antiqui, amicitiæ, & fraternitatis, quæ inter Majores ambarum Majeſtatum, & inter eas quoque jam dudum interceſſit, attinet, inprimis reſpondet, ſuam Majeſtatem non eſſe immemorem ejus, quæ Sereniſſimus D. Rex Poloniæ commemorat, fœderis, amoris, & neceſſitudinis antiquæ, quæ inter Majores Majeſtatum ſuarum, & easdem jam a multis annis fraterne coaluit; & hanc ob rem Majeſtatem ſuam Regiam, ejus ab initio Imperii ſui fuiſſe animi, & conſtantis propoſiti, ut ipſa inter ſuas Majeſtates, Regnaque Hungariæ, ac Poloniæ jam dudum inita conjunctio, neceſſitudo, ac familiaritas non modo non violetur, ſed potius ſtabiliatur, obſervetur, & augeatur; cujus propoſiti ſua Majeſtas Regia, nunc quoque ſe eſſe, & in poſterum quoque futuram reſpondet, Sereniſſimumque Regem Poloniæ eo, quo decet, amore, & benevolentia paterna, ſemper proſecuturam, & curaturam, ut inter ſubditos quoque ambarum ſuarum Majeſtatum quies, & pax mutua ſemper colatur, atque obſervetur. Quod autem ad querelas eas ſubditorum, Sereniſſimi Regis Poloniæ attinet, de quibus ſua Serenitas, Majeſtati huic Regiæ nunc nunciavit; ſua Regia Majeſtas Baronibus, & ſubditis ſuis præſentibus, contra quos querelæ ipſæ eisdem audientibus ſunt depoſitæ, querelas easdem proponi juſſit, mandavitque, ut ad eas diluendas reſponderent; qui ad Majeſtatem ſuam Regiam reverſi, eorum facta partim excuſantes, partim ſimiles, & majores querelas de ſubditis Sereniſſimi ipſius Regis Poloniæ, coram facientes ſupplicarunt,

ut

Digitized by Google

ut eos, & etiam alios ſubditos Regios, Partium illarum Superiorum Regni Hungariæ, qui nunc abeſſent, ex Officio ſuo Regio, in eorum limitibus, juribus, & Privilegiis conſervare dignaretur. Proinde ſua ſacra Majeſtas paterne reſpondet, Sereniſſimo Regi Poloniæ; ut quemadmodum ſua Serenitas pro ſubditorum ſuorum libertatibus conſervandis, uti decet, ſummo agit ſtudio; ita Majeſtas quoque hæc Regia, ex officio ſuo tenetur, ſubditorum ſuorum juribus, & libertatibus proſpicere. Quum itaque querelæ, ab ambarum Majeſtatum ſubditis non leves ſint, de limitibus rectificandis, de Privilegiis, & aliis immunitatibus, & juribus obſervandis, negotia que hæc non minimi ſint momenti; Sacra Majeſtas Regia deliberavit, & concluſit, ſe ad primam diem Maji proxime venturi, ſpeciales ſuos Commiſſarios (a) ad Capitulum Eccleſiæ S. Martini in Scepuſium miſſuram, cum plena facultate; ad quem diem, & locum, Sereniſſimus etiam D. Rex Poloniæ, ſuos mittere velit Commiſſarios, cum omnimoda poteſtate, qui univerſas differentias, quæ vel finium, vel limitum, vel aliarum rerum quarumcunque ratione, inter ſubditos ambarum Majeſtatum ortæ ſunt, revideant, cognoſcant, & determinent, ut ſic compoſitis rebus omnibus, amor, benevolentia, & mutua fraternitas inter Majeſtates ſuas non modo conſervetur, ſed etiam in poſterum augeatur, inter ſubditos vero quies, pax, & bona amicitia ſervetur. Datum Poſonii XVI. Novembris Anno MDXLVIII.

VIII.

Inſtructio Commiſſariis Polonicis, ad conventum Scepus delegatis, a ſuo Rege data; die 16. Aprilis. Anno Domini 1549. Edidit idem, qui ſuperiora.

Cum venerint Commiſſarii noſtri in Scepuſium, primum cum Commiſſariis Sereniſſimi, & Excellentiſſimi D. Romanorum Regis conſtituent, in quem locum convenire debeant, de quo non multum contendent, poſteaquam

(a) Non videntur hoc anno miſſi, cum nulla eorum fiat memoria in Articulis Conventus Poſon.; fit vero Art. 41. Anni 1550., ubi hæc leguntur: Ad Scepuſium in montem S. Martini, ad primum diem menſis Maji, proxime futuri, delecti ſunt: DD. Epiſcopi Quinque Eccleſ. & Vaczienſis; D. Revaj. ac Egregii Georgius Vernerus ac Georgius Rabolechy, & penes eos pro intereſſe Regiæ Majeſtatis, & Coronæ Director Cauſarum ſuæ Majeſtatis. Num tamen reapſe cum Polonis coierint, quidve effecerint, perſpicuum non eſt.

Digitized by Google

vero cum Commiſſariis Sereniſſimi D. Regis convenerint, gratia noſtra Regia illis nunciata, ac literis redditis, hortabuntur illos noſtro nomine, ut in eam rem diligenter incumbant, quo omnia ea, quorum cauſa conventum cum Sereniſſimo, & Excellentiſſimo D. Romanorum Rege conſtituimus, ita conficiantur, ut ſublatis inter Vicinos populos diſſidiorum, & odiorum cauſis, benevolentia mutua innovetur. Deinde agent de finibus inter noſtra, Subditorumque noſtrorum, ac Regni Hung. bona conſtituendis, de que injuriis, ſubditis noſtris a Sereniſſimi D. Romanorum Regis ſubditis viciſſimque Sereniſſimi D. Romanorum Regis ſubditis a noſtris illatis; qua in re utentur conſilio illorum, quos Magnificus Petrus Kmita Comes in Wiſnice, &c. peritos rerum Hungaricarum, earumque rerum, de quibus controvertitur, deſignaverit. Quod ſi quid difficilius incideret, de quo inter illos, & Sereniſſimi D. Romanorum Regis Commiſſarios convenire non poterit, ad nos referant; dabunt autem omnem operam, ut omnes controverſiæ, quæcunque ſunt inter noſtros, ac Sereniſſimi, & Excellentiſſimi D. Romanorum Regis ſubditos, amice tranſigantur, ita tamen, ut nihil admittant, quod cum incommodo, & indignitate noſtra conjunctum eſſet, hoc inprimis agentes; ut Commiſſarii ipſi intelligant, & nos, & Commiſſarios noſtros pacis, & bonæ vicinitatis retinendæ, cum Sereniſſimi, & Excellentiſſimi D. Romanorum Regis ſubditis eſſe ſtudioſos. Si quid Commiſſarii Sereniſſimi D. Romanorum Regis de moneta proponere voluerint, dicent fuiſſe apud nos, atque etiam nunc eſſe Oratorem Sereniſſimi D. Roman. Regis, qui hac ipſa de re nobiſcum egit, nomine Majeſtatis illius, poſtulavitque, ut monetam noſtram, cum Moneta Majeſtatis illius coæquaremus; verum nos reſpondiſſe, non licere nobis in ea re aliquid ſtatuere, niſi in Conventu Regni, quem cum edixerimus, agemus diligenter cum Senatoribus regni noſtri, ut id de re monetaria conſtituatur, quod ad commodum utriusque noſtrum ſubditorum pertinebit. In quo reſponſo noſtro non dubitamus Sereniſſimum D. Romanor. Regem conquieturum. Quamobrem eo adducere Commiſſarios Majeſtatis illius conabuntur, ut & ipſi diſceptationem de moneta in id ipſum tempus prorogent, eamque rem ad noſtrum, & Sereniſſimi D. Romanorum Regis arbitrium rejiciant. Nos vero per nuncios, pro noſtra filiali in Majeſtatem illius obſervantia, facile cum ejus Majeſtate conſtituemus, quod ex dignitate utriusque noſtrum, & commodo ſubditorum noſtrorum futurum putabimus. Dicent præterea, intercedere nobis pacta cum Sereniſſimo D. Romanorum Rege, univerſaque domo Auſtriæ, ac Regno Hungariæ, per quæ neutri liceret aliquid agere, quod in detrimentum alterius, ſubditorumque ejus cedere deberet, ſed ſi quid ejusmodi eſſet, de eo amice inter nos convenire debere. De ſale noſtro in Hungaria interdicendo, impedient Commiſſarii noſtri, ne interdictum hoc promulgetur, efficere que conabuntur, ut in ea re ve-

Digitized by Google

vetus consuetudo observetur, liberaque potestas permittatur omnibus, utendi sale nostro in Hungaria. Quod si commercia interdicta nostris hominibus in Hungariam causabuntur, dicent Commissarii nostri interdictum hoc Commerciorum esse, jam propemodum antiquatum; quod nihilominus nostri homines libere in Hungariam commeant, hocque jam nos agere cum Sereniſſimo D. Romanorum Rege per nuncios, ut abrogetur. Hæc quidem breviter perscripta sunt, quæ agenda in eo Conventu putavimus. Ceterum Commissarii nostri in his, & aliis rebus, si quæ nova a Commissariis Sereniſſimi D. Romanorum Regis proposita fuerint, consilium e re nata capient, omniaque facient, quantum dignitas nostra, subditorumque nostrorum commodum permittet, quæque ad retinendam mutuam benevolentiam, ac bonam vicinitatem inter nostros. Sereniſſimique D. Romanorum Regis subditos pertinere putabunt, cavebuntque diligenter, ne conventum rebus infectis solvendi præbeant occasionem. Quæ omnia fidei, & prudentiæ eorum committimus.

II.

Digitized by Google

II.
DIPLOMATA ET LITERÆ AD SCEPUSIUM UNIVERSUM PERTINENTES.

I.

Emericus Rex Hungariæ donat Archiepiſcopo Strigonienſi decumas Tributorum Terræ Scepuſienſis, ac Poſonienſis; item Domum Regalem in Caſtro Strigonienſi. Dat. Anno Domini 1198.

DX APOGRAPHO.

In Nomine S. Trinitatis, & Individuæ Unitatis. Emricus Dei gratia Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ Rex omnibus notificamus, quod quia Sanctiſſimus Rex Stephanus, & Beatus Ladislaus Rex Ungariæ Reges, noſtri Patres, & Prædeceſſores ordinaverunt recepto Apoſtolico mandato, ut de omnibus proventibus Regalibus nunc habitis, & quoquomodo & nomine habendis, atque ampliandis Rex Ungariæ, quicunque fuerit a Deo coronatus per ſedem Strigonienſem, in ſignum Catholicæ fidei decimam ſolvere deberet Archiepiſcopo Strigonienſi, a quo fidem baptizmatis, & coronam receperunt. Nos eadem fide, qua ipſi, ſalvari volentes in perpetuum ſtatuimus, quod de omnibus proventibus Regalibus Archiepiſcopus Strigonienſis decimam ad plenum recipere debeat, prout ſemper receperunt. Item decimam tributorum in terra Scypiſienſi, & in Poſonio ipſi Domino Archiepiſcopo Strigonienſi in perpetuum pro Menſa ſua, ſicut per Sanctos Reges erant donatæ (a).

Item

(a) Hinc ſatis reſellitur Cromerus, aliique Poloni Scriptores, qui Scepuſium ante Annum Chriſti 1108. ſuæ ditionis fuiſſe contendunt, nec niſi per connubium Stephani II. quod cum Boleslai Ducis Poloni filia iniiſſet, in Hungarorum jus veniſſe aſſeverant. Quomodo enim ſeu Stephanus, ſeu Ladislaus Sanctiſſimi Hungariæ Reges, qui ante annum 1103. vixerunt, in alieno ſolo, decumas Archiepiſcopo Strigonienſi donare potuiſſent? quod tamen Rex Emericus diſerte affirmat. Certe nuptiæ illæ ſi non fictæ, dubiæ ſunt admodum; tum quod eo Anno, ad quem conſignantur, Stephanus nondum maturus iis fuerit; tum quod Patrii Scriptores unam ei Conjugem Roberti Guiſcardi Filiam, & longe ſerius nuptam attribuunt. *V. Thuroczium Cap. LXIII. Bonfinium Decade II. Libr. VII. aliosque.* Deinde ſi

quod

Digitized by Google

Item pro ſalute noſtra, & diſcordia vitanda exemplo Sanctorum Regum donavimus in perpetuum domum Regalem in Caſtro Strigonienſi, quæ nondum fuit opere conſumata, eidem Strigonienſi Archiepiſcopatui; tamen tempore neceſſitatis noſtræ ipſe Dominus Archiepiſcopus nos in eadem recipere teneatur. Datum per manus Domini Katapatani Epiſcopi Agrienſis, Aulæ noſtræ Cancellarii. Anno ab Incarnatione Domini MCXCVIII.

II.

Ladislaus IV. Rex Hungariæ decumas Tributi Scepuſienſis reddit Archiepiſcopatui Strigon. Dat. prope Fuen Anno D. 1289.

EX APOGRAPHO.

Nos Ladislaus Dei Gratia Rex Hungariæ memoriæ commendantes ſignificamus, quibus expedit univerſis præſentium per tenorem. Quod cum Venerabilis Pater Lodomerius, Dei Gratia Archiepiſcopus Strigonienſis, perpetuus-

quod tandem connubium fuit, in errorem Poloniæ Scriptores impuliſſe videtur vox *Spiſz*, quam apud Boguphalum Epiſcopum Poſnanienſem, & ejus Continuatorem Paskonem legerunt, ex quo, niſi fallor, totam hanc de nuptiis narrationem traduxerunt. Ita autem ille apud Fridericum Wilhelmum de Sommersberg in Siles. Rer. Scriptor. Tomo II. pagina 36. non ſine mendis habet: Iſte Boleslaus Filiam ſuam de Ruthenia genitam Colmanno (*Colmanni*) Regis Hungarorum Filio matrimonialiter copulavit. Qui nomine Dotis Caſtellaniam de Spiſz, quoad viveret, poſſidendam aſſig avit. Quem Colomannum (*Colomanni Filium*) una cum Rege Hungarorum Halicienſibus in Regem præfecerunt, ipſum coronari facientes. Cujus coronationem Rex Boleslaus, prout erat credulus, per Regem Hungariæ doloſe circumventus, Caſtellaniam de Spiſſz, & loco ejusdem Caſtellaniam Przmislienſem nomine dotalitii filiæ ſuæ recepit. Verum Spiſszienſis Præfectura, cujus Boguphalus meminit, male detorta eſt a cæteris Scriptoribus in noſtrum Scepuſium, tametſi hoc quoque Slavis nomine Spiſszy veniat. Nam ſi quod Spiſszium Stephano II. datum fuit, illud non in Regno Hungariæ, ſed Haliciæ quærendum eſſet, quo nomine hodiedum in Tabulis Geographicis proſtat locus in Pocutia, quæ aut tractum veteris Haliciæ occupat, aut ei proxima eſt. Innuere iſtud videtur ipſe Boguphalus, dum Præfecturam Przmislienſem cum Spiſzienſi conjungit, utramque haud magno quidem ab Halicia; at longiore intervallo ab Scepuſio remotam, alioquin ſi Scepuſium reapſe illud Spiſszium eſt, a morte Judithæ Boleslai Filiæ, cui ad dies vitæ ſolum conceſſum erat, Polonis reddi debuiſſet, ut verba Boguphali indicant, quod factum neutiquam legimus. Plura de hoc Cl. Joſephus Benczur in Hungaria ſemper libera pag. 65. & 66.

Digitized by Google

petuusque Comes Loci ejusdem dilectus, & fidelis noſter ab eo tempore, quo per ordinationem, ſeu proviſionem Apoſtolicam in Strigonienſem Eccleſiam eſt translatus, apud noſtram Excellentiam diutius inſtitiſſet, ut decimam totius Tributi noſtri de Scepus de jure communi & approbata conſuetudine Regni noſtri Archiepiſcopatui Strigonienſi debitam, & per nos hactenus denegatam aſſignare in perſona ipſius Venerabilis Patris, Archiepiſcopatui Strigonienſi perpetuo integraliter dignaremur. Nos quibusdam minus ſana ſapientibus, & injuſta, communique juri, & generali conſuetudini Regni noſtri contraria malitioſe ſuggerentibus, aſſignationem ejusdem decimæ diſtuliſſemus per tempora longiora; tandem urgente nos conſcientia in convocatione & Parlamento publico Regni noſtri per Venerabilem Patrem J. (a) Dei gratia Archiepiſcopum Colocenſem, & complures Epiſcopos, Barones, & Nobiles Regni noſtri de jure ipſius Archiepiſcopi, & Eccleſiæ Strigonienſis, quantum ad prædictarum debitum decimarum ſufficienter edocti fuiſſemus, ipſam decimam totalis telonei, ſeu tributi noſtri de Scepus, ipſi Archiepiſcopo, ipſiusque ſucceſſoribus contulimus, tradidimus, dedimus, & aſſignavimus in præſentia totius Congregationis Regni noſtri integraliter, & irrevocabiliter percipiendam perpetuo, pleno jure. Datum prope Fuen, in Vigilia B. Joannis Bapt. Anno Domini MCCLXXXIX.

III.

Literæ Capituli Scepuſienſis, e quibus patet Provincias Scepuſienſem, & Saroſienſem, olim fuiſſe Ducatus titulo inſignes. Dat. Anno Domini 1352.

EX APOGRAPHO.

Sereniſſimo Domino ſuo Stephano, Dei gratia Duci de Scepus, & de Sárus. Capitulum Eccleſiæ B. Martini de Scepus, orationes in Domino, perpetua cum fidelitate. Literas ſerenitatis Veſtræ reverentiſſime recepimus in hæc verba:

Stephanus Dei gratia Dux de Scepus, & de Sárus (b). Fidelibus ſuis Capitulo Eccleſiæ Scepuſienſis ſalutem, & gratiam. Fidelitati veſtræ firmiter

(a) Intellige Joannem; qui coronato ſubinde Wenceslao, Wenceslai Regis Bohemiæ Filio, Budæ extinctus eſt. Vide Turoczium Part. II. Chronic. Cap. LXXXIV.

(b) Fuit hic Stephanus, Ludovici I. Regis Hungariæ Frater. Alias etiam titulo Ducis Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ, item Tranſilvaniæ uſus legitur. Mortuus eſt Anno

Digitized by Google

miter præcipiendo mandamus; quatenus veſtrum mittatis hominem, pro teſtimonio fide dignum, coram quo Synka filius Beke de Bayor, aut Jacobus filius Johannis de Frichke, alias etiam homo noſter citet Nicolaum de Peren, Stephanum, & Nicolaum filios ejusdem, contra Laurentium de Vytéz, ad noſtram præſentiam, ad terminum competentem, & poſt hac diem, & locum ipſius citationis, nomina citatorum, cum termino aſſignato nobis fideliter reſcribatis. Datum in Suburbio (c), ſyenſi feria quinta proxima ante feſtum S. Demetrii Martyris. Anno Domini MCCCLII.

Nos igitur præceptis veſtræ Serenitatis humiliter, ut tenemur, obedientes, noſtrum miſimus hominem, pro teſtimonio fide dignum, videlicet: Johannem Subdiaconum chori noſtri, una cum Synka filio Beke, homine veſtro prænotato, ad præmiſſam citationem exequendam. Qui demum ad nos reverſi, nobis concorditer retulerunt, quod in Vigilia feſti Beatorum Symonis, & Judæ Apoſtolorum proxime præteriti, idem homo veſter, dicto teſtimonio noſtro præſente, Nicolaum de Peren, & Stephanum, ac Nicolaum filios ejusdem, in poſſeſſione ipſorum Iordan Vagaſſa vocata repertos, contra Laurentium de Vytéz antedictum, in veſtram præſentiam evocaſſent eosdem, ad octavas feſti S. Martini Confeſſoris proxime venturas. Datum Die Dominico proximo, ante feſtum D. Martini Confeſſoris prædictum, Anno Domini prænotato.

Anno Domin 1355. & Zagrabiæ in Eccleſia Principe, nullo exſtante Epitaphio, ſepultus. Cæterum Ducis Scepuſienſis titulum, & ab Eliſabetha Ladislai Cumani Matre, & ab Colomanno Belæ IV. Regis Fratre uſurpatum fuiſſe, vetuſta documenta produnt.

(c) Scepuſienſi fortaſſe, quo nomine Varallya, Arci ſubjectum oppidum veniebat, ut complures & Præpoſitorum literæ, & ſynodus Scepuſienſis Anni 1460. quam P. Carolus Péterffi Tomo I. Concilior. Eccleſiæ Hungariæ edidit, oſtendunt.

Digitized by Google

IV.

Ludovicus I. Rex Hungariæ, concedit liberam invectionem Salis Polonici usque ad Civitatem Sárus, & Lypto (a). *Datum Budæ Anno Domini 1354.* Edidit P. Mathias Dogiel in Codice Diplomat. Poloniæ. Tomo I.

Ludovicus Dei gratia Rex Hungariæ, fidelibus noſtris univerſis Prælatis, Baronibus, Comitibus, caſtellanis, Nobilibus, & aliis cujusvis ſtatus, & præeminentiæ hominibus, quibus præſentes oſtendentur, ſalutem, & gratiam. Noveritis, quod nos ad caritativam, & fraternalem inſtantiam Excellentis Principis Domini Kazimiri, eadem gratia Regis Poloniæ, fratris noſtri chariſſimi annuimus, ut ſales Domini Regis Fratris noſtri, de Polonia usque Civitatem noſtram Sárus, & Liptovienſem per Hungaros, Polonos, & alterius cujusvis idiomatis homines Mercatores libere, & ſine omni contradictione, ac impedimento adducantur venditioni exponendi. Igitur fidelitati veſtræ, firmo & dicto Regio præcipientes mandamus, quatenus prædictos Mercatores, cujuscunque nationis exiſtant, prædictos Sales de Regno Poloniæ in Regnum noſtrum: ſcilicet usque civitatem noſtram Sarus importantes, nullo modo præſumatis impedire; ſed eosdem libere incedere admittatis, aliud obtentu noſtræ dilectionis facere non audentes; & hoc volumus ubique in illis finibus palam facere, & proclamari. Datum Budæ in feſto Converſionis S. Pauli Anno Domini MCCCLIV.

V.

(a) Vix dubium eſſe poteſt, quin edicto hoc Scepuſium etiam incluſum fuerit, utpote quod Saroſienſes inter, & Lyptovienſes medium eſt.

Digitized by Google

V.

Literæ Prælatorum, & Baronum Regni Hungariæ, ad Nicolaum Decanum Cracovienſem Romæ Oratorem, quibus inter alia perſcribunt, quomodo Scepuſium hæreſi Huſſitarum infectum ſit. Datum Feſthini Anno Domini 1449. Edidit Mathias Belius Tomo II. Scriptorum Rer. Hung. ex Joannis de Zredna Epiſtola 44.

Venerabilis Frater noſter dilecte. Habuimus nuntium Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ, Fratrem Valentinum, Pænitentiarium Apoſtolicum, per quem ſanctitatis ſuæ intimata, vel potius mandata intelleximus, & diſcuſſimus, e veſtigioque, uti nunc videbatur, ſuccincte reſponderi fecimus, ut in copia his incluſa videbis contineri; cum autem tu conſcius ſis intentionis, deliberationis, ac voluntatis, item neceſſitatis, ac opportunitatis noſtræ, & etiam Domini Gubernatoris noſtri, requirimus: ut viſa ipſa copia, aliisque informationibus tibi datis, non immemor provideas opportune rebus noſtris apud Apoſtolicam ſedem, providerique procures, ſolicitando expeditionem tuam bono tempore; ita tamen ut effectum nobis, non ſpem reportare videaris, vel ſaltem finem huic exſpectationi noſtræ, fatigæ plenæ. Plura de intentione, & ſtatu, noſtris ex ſcriptis privatis intelliges. Cæterum noveris inſurrexiſſe in partibus ſuperioribus Regni Bohemos latrones, qui inter alia, quæ gravius ferimus, induxerunt ſecum, & inducunt hæreſim Huſſitarum; ita, ut in Comitatibus Scepuſienſi, & de Sáros plurimæ reperiantur Parochiæ, in quibus jam defacto, ſub utraque ſpecie communicatur, contra quos, ut nunc fieri potuit, providebitur bello. Vide igitur, & exponas ſanctiſſimo Domino noſtro, & hanc unam non parvam occaſionem eſſe optandi ſubſidii Apoſtolici; quo quidem non ad reparanda damna rerum, ſed jacturam fidei propulſandam, ex utroque latere neceſſario indigemus, itaque ſi noſtri tædet, ſaltem fidei curam non retardet. Datum in Congregatione noſtra Peſthienſi XXIV. Junii Anno Domini MCCCCXLIX.

Digitized by Google

VI.

Literæ Comitatus Scepuſienſis ad Gregorium Bornemiſza, Præpoſitum Scepuſienſem; ne ſe, ſuosque adigat ad recipiendum Calendarium Gregorianum. Dat. Leutſoviæ. Anno Domini 1584.

EX APOGRAPHO.

Reverendiſſime Domine, & fautor nobis obſervandiſſime, & confidentiſſime. Poſt ſervitiorum noſtrorum paratiſſimam commendationem. Productæ ſunt nobis literæ Reverendiſſimæ Dominationis Veſtræ, quas ad fraternitates, & Paſtores in iis manentes ſcribit, ut Calendarium illud novum ſub pæna duplicata recipiant, & cerimonias, atque conciones ſuas ſecundum curſum novi Calendarii peragant, atque faciant. Novit autem Dominatio Veſtra Reverendiſſima nos eſſe Patronos noſtrorum Paſtorum, & decimas ſolitas quoque nos, & ſubditos noſtros dare. Quare Dominationi Veſtræ Reverendiſſimæ, tanquam Domino, & fautori noſtro in eo ſupplicamus; dignetur ita benigne affici erga noſtros Paſtores, ſicut ab antiquo ſemper fuit affecta. Credat hoc vere Reverendiſſima Dominatio Veſtra, quod nos novum illud Calendarium non recipiemus, neque per noſtros recipi faciemus interim, donec ſua Cæſarea Majeſtas, cum Dominis Regnicolis, in Generali eorum conventu deſuper concluſerit (a); quia nos cum reliquis Comitatibus idem ſervare volumus, eſſet enim novum hoc Calendarium Juribus, & libertatibus noſtris contrarium; imo Dominationem Veſtram Reverendiſſimam rogamus, ut etiam Dominis Capitularibus gratioſe velit demandare, ut executiones, & datum literarum illegitimo hoc modo non extradent: ne Domini Regnicolæ contra Capitulum Scepuſienſe, & Dominationem veſtram Reverendiſſimam, publice in Generali eorum ſynodo conquerantur. Sciat Reverendiſſima Dominatio Veſtra, nos ſemper ad ſerviendum fuiſſe magis inclinatos, quam ut qualicunque in re peccare ſtuduiſſemus; prout & nunc inſervire ſtudemus. Eandem

(a) Factum id eſt Anno 1587. in Comitiis Poſonienſibus. Declarant enim illic ordines Artic. 28., ſe nullius, niſi Regis ſui authoritate moveri, ut novum Calendarium recipiant. Multi tamen, teſte Réwajo, per mulctas, & ſeveras animadverſiones ad id cogi debuerunt. A Scepuſienſibus interea longe ſerius ſatisfactum eſt, menti Cæſaris, ut patet, vel ex Epiſtola Mathiæ Archiducis ad Leutſchovienſes data, quam vide inter Diplomata illius Urbis Num. XVI.

Digitized by Google

dem Reverendiſſimam Dominationem Veſtram valere optamus. Datum Leutſchoviæ, in ſede Nobilium die XV. Junii. Anno MDLXXXIV.

Reverendiſſimæ Dominationis Veſtræ.

Servitores
Univerſitas Nobilium Comitatus Scepuſ.

VII.

Epiſtola Sebaſtiani Tökölyi ad Sebaſtianum Lubomirſzky, qua poſteaquam deſcripſit pugnam Kereſzteſſienſem, orat eundem, ut neceſſitate ferente XIII. Oppidanos arma ſumere contra Turcas jubeat; quod & ſe cum reliquis Scepuſienſibus facturum recipit. Datum ex Arce Kesmark Anno Domini. 1596.

EX APOGRAPHO.

Spectabilis, ac Magnifice Domine, Affinis obſervandiſſime. Precor Magnificæ Dominationi veſtræ a Deo optimo, Maximo omnia fauſta, & felicia, cum ſervitiorum meorum parata commendatione. Quoad ſtatum meum, qui, ut M. D. V. cum hic eſſet, animadvertere potuit, valetudine nondum confirmata, ne communi ſaluti deeſſem, ad caſtra me contuli, propter concuſſionem in difficili per montes itinere, quanta potui celeritate continuato, & propter ſubſecutos labores in caſtris, denuo in morbum incidi, ut difficulter domum redire potuerim. Nihilominus tamen in lecto decumbens, hæc qualiacunque ad M. D. V. perſcribenda duxi. Quod ſi me adverſa valetudo domum non retraxiſſet, nullo modo fuiſſem reverſus; ſed omnibus viribus in id incubuiſſem, ut infelici caſu Exercitus diſſipatus colligeretur, & omnibus iſtarum partium ad gerenda arma idoneis viritim conſurgentibus, belli alea tentaretur. Ad publicas autem res quod attinet, non arbitror neceſſe eſſe, ut multa verba faciam de primo conflictu: quando duo Baſſæ, Czaffer, & Haſſam a Turcico Imperatore, cum adhuc ad Agriam degeret, ad tentanda caſtra noſtra, vel ſaltem ad impediendum noſtrorum ulteriorem progreſſum, cum majore Exercitus parte expediti, a noſtris in fugam acti, iisque tormenta, quæ ſecum habuerant, adempta ſunt. Nam M. D. V. ſervitor Petrus Horvath, qui circa id tempus in caſtris fuit, de omnibus M. D. V. edocere potuit. Poſtquam autem duo illi Baſſæ in fugam verſi, Imperatori, quæ acciderunt, expoſuiſſent; Imperator Turcarum cum toto ſuo exercitu movens, XXIV.

Octo-

Digitized by Google

Octobris ſecundum novum Calendarium, qui tunc erat dies Jovis, caſtra ſua exiguo milliari a noſtris poſuit. Tunc cum in propria perſona Turcarum Imperator in caſtris eſſet, & prope caſtra noſtra ad Kereſztes locata ad ripam uliginoſæ paludis, per quam non ubique propter lutum ſatis commode cum equis tranſiri poterat, paulo ante veſperam adveniſſet; non exiguam Exercitus ſui partem, ad tranſitum loco præſertim inferiore tentandum ablegavit, adductis etiam tormentis aliquot, ſed & illi, qui in eo Exercitu fuerant, a noſtris repulſi ſunt, & tormenta, quæ ſecum habuerant, in noſtram poteſtatem devenerunt. Unus autem eorum, qui aliquando Chriſtianus fuit, noſtros præmonuit, ſequenti nocte diligenter advigilandum eſſe; quod nimirum hoſtibus propoſitum eſſet, noſtros noctu adoriri, tota ergo nocte illa in armis fuimus, illorumque adventum expectavimus. Tandem adhuc, antequam ſequens dies nimirum XXV. Octobris illuceſceret, adventantis totius Turcici Exercitus ſtrepitum audivimus; paulo poſt ipſe Exercitus in conſpectum noſtrum venit, & ad incutiendum nobis terrorem, ex adverſo noſtri caſtra metatus eſt, ut inter hoſtium, & noſtra caſtra, ne dimidium quidem Milliare intereſſet. Cum jam ad ripam paludis ventum eſſet, hoſtes tormenta ſua contra nos direxerant, non pauci etiam ex ipſis in aliquot locis paludem trajeciſſent — — noſtrum, nempe ſuperiorem iſtarum partium Ungariæ agmen, quod ea die in prima acie collocatum erat, adorti, ſemper a noſtris repulſi ſunt. Interea etiam Tartari quandoque a latere, quandoque a tergo nos agreſſi fuerant; quibus cum ſtrenue reſiſteremus, non exſpectarunt, ut juſta aliqua pugna cum illis iniri poſſet: ſed ſemper repulſi, & in fugam verſi, more ſuo hinc inde vagati ſunt, ut merito non pro Militibus, ſed pro prædonibus habendi ſint; atque tota illa dies tranſacta fuit variis velitationibus, & tormentorum ex utraque parte ejaculationibus, & multis utrinque cadentibus: donec tandem nox ſuperveniens pugnam diremit, utraque parte in caſtra ſua ſe referente. Poſtera die, quæ erat XXVI. Octobris, & dies Sabbati, magna hoſtilis Exercitus pars, qua ex inferiore parte tranſitus patebat, paludoſum rivulum mane tranſivit, nobis non prohibentibus. Cum jam acies ordinatæ eſſent, ex noſtra parte nomen JESU alta voce inclamatum eſt; hoſtibus more ſuo: Ala Alahi vociferantibus. Cum jam aliquamdiu acriter utrimque dimicatum eſſet, hoſtes tandem cedere cæperunt: quibus ultra fluvium rejectis, tormenta, quæ in ripa collocarunt, in noſtrorum manus venerunt, dum noſtri illos inſecuturi rivum tranſmittunt, interea hoſtes ſuos fugientes ſiſtere, aliaque tormenta e caſtris educere, noſtrisque opponere moliuntur: noſtris autem ſtrenue urgentibus, hoſtes tunc non modo nihil effecerunt, ſed etiam terga vertentes caſtra ſua, in quibus pedites cuſtodiendis impedimentis relicti fuerant, deſeruerunt. Et ſic potentiſſimus ille Turcarum Imperator, contra quem Domini Poloni nomen DEI omnipotentis, & fideles Domini

Je-

Digitized by Google

JESV Chriſti, ut defenderent, hactenus adduci non potuerunt (cujus rei gravis ratio eis aliquando reddenda erit) una cum Baſſis ſuis ſalutem quæſivit; noſtri, qui uſque in hoſtium caſtra penetraverunt, ad prædam importuno tempore converſi, quæcumque obvia habuerunt, rapuerunt: ipſum quoque Magnificum Dominum Paulum Nyari, Affinem noſtrum, quem in ſupremi Baſſæ Vezirii Ibrahimi tentorio invenerant, liberarunt. Conglobati autem Turci pedites, qui in caſtris degebant, Germanos præſertim pedites caſtra diripientes adorti ſunt, & eo adegerunt, ut retrocedere cogerentur; quin & equites, cum viderent ſe ſuis armis propter loci anguſtiam in caſtris hoſtilibus non ſatis commode uti poſſe, ipſi quoque retrocedere coacti ſunt: quod quia quandam fugæ ſpeciem habebat, exorta eſt inter priores Ordines trepidatio. Acceſſit & alius error, quia in ſuperiori paludis parte, qua rivus paludoſus equis pervius erat, hoſtes aliquot equitum agmina ordinaverant, quibus e noſtra quoque parte tum Hungari, tum Germanici Equites oppoſiti fuerant, Turcæ viſa ſuorum fuga, ipſi quoque terga verterunt. Iis fugientibus, cum noſtri transmiſſa palude verſus caſtra Turcica contenderent; fuerunt e noſtratibus, qui exiſtimarunt Turcas eſſe, qui in Exercitum noſtrum impetum facere vellent. Hinc exorta fuga, poſtea ſiſti non potuit; licet præter paucos Tartaros, & quidem magno intervallo ſequentes, non apparerent Equites Turcici, qui fugientibus inſtarent; nec quisquam e Turcis, Tartarisque tota nocte ſequente ad caſtra noſtra pervenit, vel ſaltem paludem tranſivit; quandoquidem Turcæ omnes, qui in conflictum egreſſi ſunt, fugerant, neque quidquam de noſtrorum fuga ſciverunt; imo & ii, qui in caſtris Turcicis remanſerant, exiſtimarunt noſtros tantum in caſtra rediiſſe, non tamen caſtra dereliquiſſe; atque ita caſtra noſtra tota illa nocte ab hoſtibus illæſa manſere, abeuntibus, qui abire volebant. Ego poſtquam omnis jam Exercitus abiiſſet, quia propter concuſſionem ſatis commode equitare non poteram, Eſſedo vectus, poſt medium noctis diſceſſi, & paulatim procedens, ne minimum quidem impedimentum a quoquam expertus ſum. Interea morbo quotidie aucto, non ſine magna moleſtia, heri tandem domum reverſus ſum. Sic ergo DEVS, cum nos Victores feciſſet, neque eſſet externa talis vis, quæ nobis nocere potuiſſet; tantum ſic merentibus peccatis noſtris, arcano ſuo conſilio, mirabili modo in fugam nos convertit; quandoquidem Turcæ, qui noſtros e caſtris ejecerunt, millenarium numerum non attigerunt; qui quidem, cum pedites tantum fuerint, Equites noſtros aſſequi non potuerunt; ſed tantummodo peditum partem aliquam carpſerunt, ut ex Equitibus præter eos, qui inter tormenta ſeſe implicarunt, ibique perierunt, in fuga vix ullus, hoſtium manu interierit. Hinc cum magnum periculum Univerſæ huic Regioni imminere facile videri poſſit, ſi ad id avertendum ſeria cogitatio ſuſcipienda erit, eo tandem deſcendendum erit; ut omnes iſtarum par-

Digitized by Google

tium Inhabitatores viritim conſurgant; quod ut fiat, ſi modo valetudo mea paulo magis confirmabitur, ſumma ope, omnique conatu enitar. Cum ergo M. D. V. ſubditi in tredecim oppidis, & aliis iſtarum partium locis in hoc Regno ſiti ſint, ſi neceſſitas ita poſtulaverit, ut ipſi quoque una cum aliis inſurgant, interpoſita authoritate ſua, ad promovendum bonum publicum, ipſis mandaturam ſpero. Et quod reliquum eſt, Magnificam Dominationem Veſtram cum ſuis omnibus Divinæ protectioni commendatam bene, feliciterque, ex animo valere cupio. Ex arce Keſmarkienſi. Die V. Novembris. Anno Domini. MDXCVI.

III.

DIPLOMATA ARCIS SCEPUSIENSIS FATA, ET VICISSITUDINES EXHIBENTIA.

Ladislaus IV. Rex Hungariæ Arcem Scepuſienſem, ab Lorando filio Marci occupatam, virtute Comitis Polani, & Ricolphi Fratrum recuperat. *Vide Diplom. Nobil. Scepuſ. Num. VI.*

I.

Fragmentum Diplomatis Coroli I. Regis, ex quo patet Arcem Scepuſienſem, quam Wenceslaus Wenceslai Regis Bohemiæ Filius per ſuos occuparat, ab eodem Rege expugnatam. Datum prope Czegled Anno Domini 1308.

EX APOGRAPHO.

— —In obſeſſione, & expugnatione Caſtri noſtri Scyps per homines Wenceslai, quondam filii Regis Bohemiæ, & inimici noſtri capitalis, qui tunc falſo, & inique pro Rege Hungariæ ſe gerebat, occupati; ſub quo quidem Caſtro idem Magiſter Kokoſſ (a) nobis, & Regni noſtri Majoribus viden-

(a) Kokoſs, Kakaſs, ſeu Gallus: de gente Berzeviczia Heros clariſſimus; cujus in Regem integritatem, in res ſacras liberalitatem, fortitudinem, cæterasque virtutes plures literæ commend... V. Diplom. Nobil. & Religioſ. Scepuſ.

Digitized by Google

dentibus ſuorum Cognatorum, & proximorum, ac ſervientium cædem horrendam, & ſanguinis effuſionem copioſam pro nobis ſuſtinuit, ac ſubiit ab hominibus filii Regis Bohemiæ Wenceslai prædicti — — Datum prope Czegled (b) per manus Diſcreti Viri Magiſtri Joannis, Albenſis Eccleſiæ Præpoſiti, Aulæ noſtræ Vice Cancellarii, & Archidiaconi de Küköllö. Anno Domini. MCCCVIII. Regni autem noſtri Anno ſimiliter VIII.

II.

Bohemi Gyskræ addicti Arcem Scepuſienſem capiunt, & Inſtrumenta Literaria, quæ in eam translata erant, occupant. Datum Agriæ Anno Domini 1447.

EX APOGRAPHO.

Nos Capitulum Eccleſiæ Agrienſis memoriæ commendamus, quod Honorabilis Dominus Nicolaus de Karatſonmezew, Canonicus Eccleſiæ Scepus. in perſona Honorabilis Capituli dictæ Eccleſiæ Scepus. noſtram perſonaliter adiens præſentiam, per modum proteſtationis nobis ſignificari curavit in hunc modum: Quod dum in Anno Domini. MCDXLIII. circa Feſtum Aſſumptionis Mariæ, Reverendus in Chriſto Pater Dominus Simon de Rozgon Epiſcopus Eccleſiæ noſtræ, una cum aliis Baronibus, & Proceribus Regni pro defenſione partium ſuperiorum, exercituantium more contra Æmulos Regni videlicet: Gyskram, & alios Bohemos complices ipſius, ad Comitatum Scepuſienſem, & alias partes ſuperiores aſcendiſſent; tunc literalia Inſtrumenta factum poſſeſſionum tangentia dicti Capituli, ac Eccleſiæ S. Martini ſcepus. nec non univerſorum Nobilium Regni in Sacriſtia, & conſervatorio dictæ Eccleſiæ S. Martini repoſita ob cautelam, & tutam cuſtodiam, dictus Dominus Simon Epiſcopus Eccleſiæ noſtræ antedictæ, ad Caſtrum ſcepus, vocatum apportari feciſſet: quod Caſtrum poſtmodum per incautam cuſtodiam Petri de Básk Caſtellani ipſius Caſtri, per dictos Bohemos fuit furtive receptum, quod & nunc iidem Bohemi tenent, & poſſident, ubi tam dicta literaria Inſtrumenta ipſius Capituli ſcepus. quam Nobilium Regni ſunt deperdita, & ab Eccleſia S. Martini

(b) Czegled: vaſtum, & frequens in Provincia Peſthienſi Oppidum, 4. Milliaribus Kerskemetino in Septemtrionem divulſum.

Digitized by Google

tini alienata. Qua proteſtatione ſic facta, præſentes a nobis petitas prænominato Capitulo Scepus, duximus concedendas. Datum feria quinta proxima, poſt feſtum B. Michaëlis Archangeli. Anno Domini. MCDXLVII.

III.

Joannes de Zapolya Rex Hungariæ Hieronymo de Lasko Palatino Siradienſi confert Caſtra Scepus, Késmark &c. cum dignitate Perpetui Comitis Scepuſienſis. Datum in Arce Tarnovienſi. Anno Domini 1528.

EX APOGRAPHO.

Nos Joannes Dei gratia Rex Hungariæ &c. Marchio Moraviæ, ac Luſatiæ, & utriusque Sileſiæ Dux &c. memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit univerſis: Quod cum nihil magis deceat Regiam Celſitudinem, quam virtutes, & merita nedum ſubditorum ſuorum, quibus non tam præeſſe, quam prodeſſe debet; verum etiam omnium honorem, & commoda Regia fideliter, faventer, ac virtuoſe procurantium, Regia liberalitate proſequi: ut hi, qui multa facinora illuſtria peregerunt, præmiis condignis remunerati ad plura, majoraque aggredienda reddantur alacriores, & torpentes quoque, ac deſides animi ad virtutem, gloriæque zelum, & amorem accendantur, cupiditateque honoris, & gloriæ impulſi, ac præmiis obſequiorum allecti ad obeunda ea, quæ clarum nomen ſunt eis paritura, fiant animoſiores. Itaque cum poſt interitum, ac miſerandam, ac toti orbi Chriſtiano dolendam cladem Sereniſſimi olim Domini Ludovici, hujus Inclyti Hungariæ Regni Regis, Prædeceſſorisque noſtri, in ſucceſſorem ejusdem felicis memoriæ Regis, & in Regem Regni iſtius per univerſos (c) Principes, Prælatos, & Barones

(c) Id qui dicere potuerit Zapollus, non video? Nam ii omnes, qui Mariæ Ludovici II. Viduæ a conſiliis erant, eamque Poſonium conſectati ſunt, Zapolianæ electioni nec interfuerunt, nec conſenſerunt. Juvat ſingulos percenſere ex Ferdinandi Diplomate, quod anno 1526. Viennæ, Die ultima Menſis Novembris in eorum gratiam dedit. Sunt autem: *Stephanus de Báthor Regni Hungariæ Palat & Judex Cumanorum, Thomas Veſprim. Stephanus Brodericus Syrmienſ. Epiſcopus, & Cancellarius Regius, Franciſcus de Batthyan Regnorum Dalm. Croat. & Sclav. Banus, Ale-*

nes, & Communitates tam Militares, quam Urbanas non equidem nobis poſcentibus; ſed Dei Omnipotentis, & communis populi gratia eligeremur, & incoronaremur, Sereniſſimoque Principe Domino Ferdinando Bohemiæ Rege, nobis hoſtilitates publicas in hoc ipſo Regno noſtro, quominus ejus moderamina pacifice geramus, inferente, ſeque per corruptos (d) a ſe quosdam ſubditos noſtros, in noſtrum tamen, & juris noſtri Regii legitima, & libera electione, coronationeque aſſecuti præjudicium, ad hoc ipſum Regnum noſtrum coronante: nos cum pro noſtra, & Regni noſtri liberatione eſſemus ſoliciti, debitum, ut decet, reſpectum habentes ad præclaram fidem, & fidelitatem, ac gratiſſimorum Servitiorum cumulatiſſima merita fidelis noſtri Magnifici, & vere præclari Viri Domini Hieronymi de Laszko Palatini Siradienſis, quæ ipſæ Sacræ primum Regni hujus noſtri Hungariæ Coronæ, deindeque Majeſtati noſtræ pro locorum, & temporum varietate, in diverſis rebus fidei, & induſtriæ ſuæ per nos commiſſis, & creditis: ſignanter vero in obeundo noſtræ legationis munere apud Sereniſſimos, & Excellentiſſimos Principes DD. Franciſcum Chriſtianiſſimum Francorum, & Henricum Angliæ Reges, Orator per noſtram Majeſtatem pridem ad ejusdem Regni noſtri, noſtras quoque calamitates, nedum ab immaniſſimo, & potentiſſimo Turcarum Imperatore; ſed etiam ab ipſo Bohemiæ Rege, nobis, Regnoque eidem noſtro inflictis exponendas, & pro conſiliis, ac auxiliis conſequendis deſtinatus, omni dexteritate, animique integerrima conſtantia, pro voto noſtro non minus utiliter, quam laudabiliter exhibuit, & impendit; tandemque eo ipſo termino illis noſtris apud Chriſtianos illos Principes negotiis, & legationibus per nos ſibi commiſſis ſtrenue, laudabiliter, & egregie obitis, incolume ad nos redeunte, cum videremus ab hoſte illo potentiſſimo Turcarum Imperatore, omnes arces finitimas eſſe expugnatas, & popularium animos perterritos, ac prope deſperatæ vitæ eſſe, majorem-

---

Alexius Thurzo de Betlém-falva Magiſter Tavernicorum Regiorum, Joannes Tahy Gubernator Prioratus Auranæ, Caſpar Horváth de Vingart Magiſter Dapiferor. Regiæ Majeſtatis, Ladislaus de Macedonia Præpoſitus Quinqueeccleſ. & Conſiliarius. Nicolaus de Gherend Cuſtos Albenſis, Thomas Nadasdy, Nicolaus Olah Archidiaconus Strigonienſ. Secretarii. Emericus Magnus de Varjas Vice-Palatinus, Franciſcus de Rewa Protonotarius Palatinalis &c. Hi inquam omnes a Comitiis aberant, cum apud Tokajum Zapolya in Regem eligeretur, & Albæ corona incingeretur. Aberant præterea Provinciarum vicinarum Auſtriæ Legati. Ex Illyrico vix quisquam adfuiſſe memoratur.

(d) Ita locutus eſt, ut Regis titulum jure videretur uſurpare. At enim, corrupitne Hungaros Ferdinandus? cum eos veterum pactorum commonefecit, hortatusque eſt, ut Tractatibus, quos Anno primum 1463. tum 1515. cum Auſtriacis inierant, ſtarent. Certe Stephanus Bathori Prorex, cujus ea in re Primum ſuffragium erat, prudens, volensque coronam Ferdinando detulit.

Digitized by Google

remque partem Regni ferro, ac flamma devaſtatam; cæde, & crudelitate omnia permixta, nobis quoque imo verius nedum nobis, qui in tanta calamitate gubernacula rerum Hungaricarum ſuſceperamus; ſed nemini quidem uni Principum Chriſtianorum etiam viribus integris eam felicitatem eſſe datam, (e) ut hoc inclitum Hungariæ Regnum, a tanta tam potentis dominationis Turcarum ſcilicet Tyranide poſſet defendere, videntes etiam ex parte præfati Sereniſſimi Principis Ferdinandi Bohemiæ Regis, tanquam in favorem potentiæ Turcicæ nobis non ſolum hoſtilitates, ut diximus, publicas inferri; ſed etiam extremis nos adverſitatibus premi: ut neceſſario extra Regnum noſtrum proprium, ad Inclytum Poloniæ Regnum ſalutis noſtræ, & capeſſendæ commoditatis gratia, conſulendi pro ſalute ejusdem Regni noſtri ſecederemus, eſſemusque ſoliciti, quo pacto Regnum hoc noſtrum priſtinæ felicitati reſtituendum foret? perpendentesque inter nos diſcrimina, unicam eſſe penitus viam, ad ſalutem Patriæ præſervandam; ſi ab hoſtilitatibus præfati Sereniſſimi Bohemiæ Regis liberari poſſemus, quod etiam modis Chriſtiano Principe dignis obtinere voluimus, & conati ſumus; ſed eum ab ea infeſtatione (f) æquis conditionibus avertere non valuimus. Dei Omnipotentis miſerationi, & noſtræ juſtitiæ confidendo, ad conſilia pacis, & concordiæ cum Imperatore Turcarum ineundæ veniendum duximus. Quod cum & nobis, & cæteris Prælatis, Baronibus, & Regni noſtri prædicti Proceribus utriusque ſtatus ſumme placuiſſet, quæreretur, quis ad tantum negotium tranſigendum idoneus, ad Turcarum Imperatorem mitti poſſet? quem alioqui adeundi nulla ſecuritas, nulla quoque ſpes pacis conficiundæ ſe offerret; ipſe Hieronymus extitit, qui vitam ſuam pro nobis, & ſalute Patriæ, Regnique noſtri omnibus occurrentibus periculis exponeret, & munus hujus oneroſiſſimæ legationis ultro ſuſciperet: quo præter omnem opinionem tanto conſilio, tantaque prudentia functus eſt, ut non ſolum fœdus cum Victore ſolertiſſimo, ac populo bellicoſiſſimo; ſed pacem perpetuam inter nos, ac Excellentiſſimum illum Principem Dominum Solymanum, potentiſſimum Turcarum Imperatorem, ac inter utrosque populos honeſtiſſimis conditionibus confecit, nobisque ſua induſtria miſeram, ac calamitoſam Hungariam

ex

(e) Multa hic congeſta ſunt, quæ ad elevandam Turcicæ Societatis invidiam num ſufficiant? alii viderint. Zapolyus ſane, ut delicti hujus maculam elueret, Franciſci Galliarum Regis exemplo tueri ſe conſueverat, quemadmodum poſt Iſtuanffium Timon, aliique memorant.

(f) Reſpondere nempe poterat Ferdinandus Zapolii Legatis, quod olim Alexander M. Darii Nunciis; ſi fecundus, & non par mihi vellet haberi, facerem forſitan, quæ petit. Curt. Libro IV.

Digitized by Google

ex imminenti ſervitute liberavit (g). Ut igitur hæc, & alia ſua egregia, & fortia facinora dignum meritorum præmium a nobis; imo ab hoc ipſo calamitoſo Regno habeant, & apud poſteros quoque evidenti argumento innoteſcant, eundem Hieronymum, poſterosque ſuos legitimos de Regiæ noſtræ poteſtatis plenitudine, in verum, liberum, perpetuumque Comitem Scepuſienſem creandum, præficiendum, ac inſtituendum, & titulo noſtro proprio hæreditario, quo antequam ad Regale faſtigium Divino munere evecti fuiſſemus, utebamur, decorandum, inſigniendumque; & inſuper prælatione, qua nos, Prædeceſſoresque noſtri ejusdem Comitatus Perpetui ratione in Regno eodem noſtro, ejusdemque conventibus, conciliis, & Comitiis Regiis, & Regni, Regum quoque electionibus, cæterisque placitationibus publicis, atque privatis uſi ſumus, & gaudere conſuevimus, quoque noſtri Prædeceſſores uſi fuere, gaudebantque ab initio, & ſpecialiter loco Domicilii ſpecialis, ac Perpetui noſtri hæreditarii, Progenitorumque noſtrorum Caſtro ſcilicet Scepus tum ædificiis, tum Natura loci munitiſſimi condonandum, & remunerandum duximus; imo creamus, præficimus, & inſtituimus, decoramus, ac remuneramus, & in hujus ſignum, atque indicium, ipſum Caſtrum noſtrum Scepus hæreditarium: præterea alia caſtra noſtra pariter hæreditaria, Késmark cum civitate murata ſimiliter Késmark appellata, nec non Rychno, Gelniez — — — memorato Hyeronimo de Laſzko, ſuisque hæredibus, & poſteritatibus — — dedimus, donavimus, & contulimus — — Datum in Arce Tarnovienſi (h) ſecundo die feſti Beati Michaëlis Archangeli. Anno Domini MDXXVIII. Regnorum vero noſtrorum prædictorum anno II.

IV.

(g) Luxit enimvero hujusmodi libertatem Hungaria, non modo quoad vixit Zapolyus; ſed a morte etiam ejus pene ſesqui altero ſæculo, dum victricibus demum Leopoldi Cæſaris armis jugo Turcico eriperetur.

(h) Tarnow: Arx minoris Poloniæ in Palatinatu Sandomirienſi, decem milliaribus Cracovia Jaroslaviam verſus disjuncta; atque hic Zapolyus exulabat, cum Regno depulſus eſt ab Ferdinando.

IV.

Reſcriptum Capituli Scepuſienſis ad Pacificatores Regios Owarini conſtituendos; quo eis ſignificat, Mathiam Loboczky, nomine Hieronymi de Laſzko, nolle cedere bonis ad Arcem Scepuſienſem pertinentibus — —

EX APOGRAPHO.

Reverendiſſimis, Reverendis, Spectabilibus, Magnificis, ac Generoſis Dominis Locumtenenti, Commiſſariis, & Conſiliariis utrorumque Principum in oppido (i) Owar conſtituendis, Dominis ſuis honorandis, Capitulum Eccleſiæ Scepuſ. continui honoris incrementum. Veſtræ noverint Dominationes, quod nos ad requiſitionem Egregii Nicolai Ipolthffi Caſtellani, ac Proviſoris Caſtri Scepuſ. in perſona Spectabilis, ac Magnifici Domini Alexii Thwrzo de Bethlemfalva, Comitis perpetui Terræ Scepuſ. ac Judicis Curiæ Regiæ &c. vigore Articulorum modernorum per Veſtras Dominationes editorum, Venerabilem Magiſtrum Matthæum, Plebanum Warallyenſ. fratremque, & Concanonicum noſtrum, una cum Nobile Mathia de Rechte in Civitatem Kesmark, ad Magnificum D. Mathiam Loboczky Locumtenentem Spectabilis, &Magnifici Domini Hieronymi de Laſzko, Palatini Syradienſ. & Wajvodæ Tranſilvan. &c. in Civitate Kesmark conſtitutum, pro repetitione univerſorum bonorum, & jurium poſſeſſionariorum, hoc eſt: Oppidorum, Villarum, ac Thelonei in Lutschywna conſtituti, ad Caſtrum Scepuſ. pertinentium; quæ, & quas præfati D. Hieronymus Laſzky, ſive Locumtenentes, aut Officiales ſ[illegible] poſt exitum proximarum induciarum, pro feſto videlicet B. B. Philippi, & [illegible]cobi Apoſtolorum noviſſime transactarum, ad præfatam Civitatem Késmark o[illegible]cupaſſent, & violente uſurpaſſent, miſimus; qui tandem exinde ad nos reverſi, nobis conſcientioſe uniformiter retulerunt eo modo: quomodo ipſi feria quinta proxima ante feſtum Converſionis B. Pauli Apoſtoli proxime prætereritum

(i) Ita enim in oppido Megyer Anno 1532. die 30. Decembris concluſum eſt, ut ad diem 7. Februarii Anni ſequentis, Legati utriusque Principis, Ferdinandi nempe, & Joannis de Zapolya rurſum Owarini convenirent; & quæ nondum deciſa, compoſitaque eſſent, illic expedirent, quod ex Analector. Scepuſ. Parte II. ubi Georgii Molleri Hiſtoriam dabimus, clarius patebit.

Digitized by Googl

ritum, ad præfatum Mathiam Loboczky in Civitatem Kesmark acceſſiſſent, ibidemque eadem die eundem perſonaliter repertum admonuiſſent, ut dicta bona, & jura poſſeſſionaria modo præmiſſo occupata, vigore articulorum ipſorum remitteret, & manus ſuas ex eisdem prorſus reciperet. Qui Mathias Loboczky eisdem noſtro, & præfato Mathiæ Rehtkej hominibus taliter reſpondiſſet: Quod quamvis præfata bona, & jura poſſeſſionaria ad caſtrum Scepuſ. ſpectarent, & jure pertinerent, & modo per Officiales de Kesmark occupata tenerentur; eſſent tamen eadem bona hæreditaria Sereniſſimi Principis, & Dni. Dni. Johannis Regis Hung. &c. Domini ſui Clementiſſimi, & ob id ſine conſenſu ſuo Regio, Commiſſariorumque utrorumque Principum in Owar conſtituen. ubi ipſe una cum dicto D. Jeronymo Laſzky Fratre ſuo, perſonaliter ſeſe conſtitui velle dixit, nulla bona, & jura poſſeſſionaria occupata remittere ſeſe, & reſtituere poſſe aſſeruit; ſancte, quidquid per præmiſſos Conſiliarios, & Commiſſarios deliberatum, & concluſum fuerit; id ipſe inviolabiliter ſeſe obſervaturum velle aſſeruiſſet. Et ſubjunxit: interim, inquit, Nulla bona, & jura poſſeſſionaria Caſtri Scepuſ. ut præmittitur, occupata reſtituere valemus; ex quo XI. Oppida ad Caſtrum Scepuſ. pertinentia, Nicolao Koſztka homagium, & juramentum tempore expugnationis Késmark, annis præteritis factæ præſtitiſſent.

V.

Reſcriptum alterum ejusdem Capituli Scepuſienſis ad eosdem Pacificatores, quo eis ſignificat reſponſum Franciſci Bebek de Pelſewez, in negotio oppidorum Metallicorum ad Arcem Scepuſienſem pertinentium. Datum Anno Domini 1533.

EX APOGRAPHO.

Reverendiſſimis, Reverendis, Spectabilibus, Magnificis, ac Generoſis Dominis Locumtenenti, Commiſſariis &c. Veſtræ noverint Dominationes, quod nos ad requiſitionem Egregii Nicolai Ipolthfi Caſtellani, & Proviſoris Caſtri Scepuſ. in perſona Spectabilis, ac Magnifici D. Alexii Thwrzo de Bethlemfalva, Comitis Perpetui Terræ Scepuſ. & Judicis Curiæ Regiæ, vigore Articulorum modernorum per Veſtras Dominationes confectorum, Venerabilem Magiſtrum Salomonem de Eperies, Fratrem, & Concanonicum noſtrum, ac Nobilem Ladislaum de Gergew Comitatus Scepuſ. homines, ad

Digitized by Google

Reverendum, ac Magnificos DD. Emericum de Pelſewcz Præpoſitum Albenſem, & Franciſcum Fratrem ejusdem Comites perpetuos Comitatus Gewmerienſis, pro repetitione univerſorum bonorum, & jurium poſſeſſionariorum, ac Civitatum montanarum, puta: Ruda bania, Zomolnok, Gelnecz, Swedler, ac Villarum Remethe, Henczman, Koyſſo, ac pertinentiarum ejusdem, & earundem in iſto Comitatu Scepuſ. exiſtentium, habitarum ad præſcriptum Caſtrum Scepuſ. de jure, & ab antiquo ſpectantium, & pertinere debentium, quæ, & quas iidem dicti Emericus, & Franciſcus Bebek, poſt exitum proximarum induciarum feſti BB. Philippi, & Jacobi Apoſt. noviſſime præteritarum, pro Seipſis violenter occupaſſent, & uſurpaſſent, miſimus. Qui tandem exinde ad nos reverſi, nobis uniformiter retulerunt eo modo: Quomodo ipſi in feſto Converſionis B. Pauli Apoſtoli proxime præterito, ad Oppidum Roſno (k) vocatum acceſſiſſent, ibidemqne præfatum Franciſcum Bebek perſonaliter; præfatum vero Emericum propter abſentiam ſuam, in qua apud Regiam Majeſtatem Johannem Budæ conſtitui dicebatur, minime repertum admonuiſſent; ut præfatus Franciſcus Bebek prædicta univerſa bona, & jura poſſeſſionaria, ac Civitates Montanas, ſimul cum Villis ad easdem ſpectantibus, modo præallegato occupatas, vigore Articulorum præmiſſorum, prædicto Caſtro Scepus. remitteret, & reſtitueret, ac manus ſuas ex eisdem prorſus exciperet. Qui præfatus Franciſcus Bebek præfatis noſtro, & comitatus iſtius hominibus taliter reſpondiſſet: Boni, inquit, Domini ſcitote, quod ego nulla bona, & jura poſſeſſionaria, ſive Civitates Montanas ad Caſtrum Scepus. pertinentes occupavi; ſed D. Emericus Bebek Frater meus, qui nunc apud Regiam Majeſtatem Joannem agit, ipſe easdem, & eadem occupavit; ſpero eundem in brevi adventurum: poſtquam advenerit, ego ſolus inducam eundem, illique ſuadebo, quod ipſe prædicta bona, ac Civitates Montanas, ſimul cum pertinentiis earundem, modo præmiſſo occupatas, juxta contenta Articulorum remittere, & reſignare velit, & quod ipſe D. Emericus Bebek prædictus Frater meus, conſtitutioni Articulorum modernorum non contradicet; ſicut & ego eisdem neque ad minimum obſtare volo: nam pœnam in Articulis prædictis expreſſam lego, & Frater meus non libenter impeteretur. Interea autem Nicolàus Ipolthffi habeat patientiam in præſcripto negotio, quousque Frater meus advenerit. Tali relatione præſcriptos noſtrum, & Comitatus hominem dimiſiſſet; ſed tandem feria quinta proxima poſt feſtum Converſionis Pauli Apoſtoli proxime præteritum, præſcripti noſter, & iſtius Comitatus homines, in

(k) Roſno vel Roſhavia: Provinciæ Gömörienſis Princeps Oppidum; & jam ab Anno 1291. juribus Archiepiſcopi Strigonienſis obnoxium.

Digitized by Google

in redeundo a prædicta executione in Zomolnok cauſa refocillationis, & quietis pauſaſſent; ibidemque quendam Ambroſium Literatum, Officialem præſcripti Emerici Bebek, literas ejusdem ad Civitates Montanas deferentis reperiſſent; habitaque mutua & viciſſitudinaria collocutione, inter alia verba per prædictos noſtrum, & Comitatus homines, ob quam cauſam ipſe ad Civitates Montanas miſſus eſſet? ſupra quo coram præfatis noſtre, & iſtius Comitatus hominibus, ſic dicere habuiſſet: Ego, inquit, defero literas D. Emerici Præpoſiti, quas miſit de Buda Civitatibus Montanarum, quodamodo deinceps Civitates Montanarum, ac pertinentiæ Earundem nullum cenſum, ſtrenia, aut proventus quoscunque ad Caſtrum Scepuſ. adminiſtrare, exhibereque, ac præſtare audeant. Quas quidem recognitiones, & reſponſiones nos tandem ad faſſionem noſtri, & iſtius Comitatus hominum, veſtris Dominationibus duximus reſcribendas. Datum — — prænotatis MDXXXIII.

VI.

Conditiones Pacis ab Ferdinando Rege, cum Iſabella Joannis de Zapolya Vidua initæ, quas inter, ut Arx Scepuſienſis Joanni Duci Filio Iſabellæ; ab hac vero Corona Hungarica Ferdinando reſtituatur. Datum Albæ Juliæ Anno 1542. Edidit P. Mathias Dogiel Scholarum Piar. Codice Diplom. Polon. Tomo. I.

Iſabella Dei Gratia Regina Hungariæ &c. memoriæ commendamus, & profitemur tenore præſentium ſignificantes, quorum intereſt, univerſis. Cum Reverendos, Devotos, ac Spectabilem, Magnificum ſincere nobis dilectos: Fratrem Georgium Epiſcopum Varadinenſem Theſaurarium, Joannem Statilium Epiſcopum Tranſyl. & Petrum Petrowich Comitem Temes. Partiumque Inferiorum Regni noſtri Capitaneum Generalem ex eo, quod illorum medio Sacratiſſimus, & Sereniſſimus Princeps D. Ferdinandus Divina favente clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus &c. Affinis, & conſanguineus noſter charilſimus, una cum Magnifico Caſpare Seredy, Partium Superiorum ejus Majeſtatis Capitaneo, certis quibusdam oblationibus propoſitis, nobiſcum concordiæ tractatus inire in animum induxerat; in Commiſſarios, negotiorumque geſtores noſtrorum, vigore literarum noſtrarum plenum mandatum continentium feciſſemus, ordinaſſemus, & conſtituiſſemus, & cum præfato Magnifico Caſpare Se-

Digitized by Google

redy Nuncio, & Commiſſario præfati Sereniſſimi Domini Ferdinandi Regis, Tractatus quosdam ob bonum publicum, Regnique Hungariæ, & Chriſtiani Orbis conſervationem iniremus; cumque iidem Reverendi, Devoti, Spectabilis, & Magnificus: Frater Georgius Epiſcopus Varadinenſis Theſaurarius, Joannes Epiſcopus Tranſylvanienſis, & Petrus Petrowich Comes Temes. literarum vigore pleni mandati noſtri, quas ipſis in Civitate noſtra Lippa, XVIII. die Menſis Decembris Anno Domini MDXLI. dedimus, colloquio inter præfatum Sereniſſimi Domini Ferdinandi Regis Comiſſarium, & eosdem Fratrem Georgium Epiſcopum Varadi. Joannem Statilium, & Petrum Petrovich Mandatarios noſtros, interveniente, habita utrinque pacis publicæ, & concordiæ fraternæ, qua Regna firmantur, ratione. ad certas pacis conditiones nomine noſtro cum illo devenerint. Quarum quidem conditionum tenor hic ſequitur, & eſt talis:

Quod Sacratiſſimus Dominus Ferdinandus Rex nobis, & Illuſtriſſimo Domino Joanni Duci, Filio noſtro chariſſimo, Arcem Scepuſ. cum omnibus Civitatibus, Oppidis, Villis, Vectigalibus, teloneis, fodinis minerarum, & pertinentiis quibuslibet ad Arcem Scepuſ, de jure, & ab antiquo ſpectantibus, ad manus noſtras, & Illuſtriſſimi Ducis Joannis, Filii noſtri chariſſimi, ſemoto quolibet impedimento inprimis aſſignet; & ſingulis annis, quoad concordia finalis finita, concluſa, & ſtabilita fuerit, 12. millia flor. Hung. ſuper certis, & oportunis locis perſolvenda ſtatim deputet; viciſſim autem nos quaslibet Civitates, & Arces ad Coronam Regni Hungariæ in Hungaria, & Tranſyl. exiſtentes, & pertinentes, inque manibus noſtris, & fidelium noſtrorum habitas, Sereniſſimo Domino Regi Ferdinando aſſignamus: reſtituta tamen prius Arce Scepus. cum univerſis pertinentiis ejusdem in manus noſtras, & Illuſtriſſimi Joannis Ducis, filii noſtri chariſſimi. Hoc quoque expreſſe declarato, ne mora aliqua tandem in Civitatibus, & Arcibus ad Coronam Regni Hung. pertinentibus, in manibus noſtris, & fidelium noſtrorum exiſtentibus reddendis intercurrat. Coronam autem Sacram, qua Reges Hung. legitime electi coronari ſolent, ſecundum Hungaricæ nationis veterem, & Regni approbatam conſuetudinem, poteſtati Sereniſſimi Domini Ferdinandi Regis aſſignamus. Præterea quod Sereniſſimus D. D. Ferdinandus Romanorum, Hung. &c. Rex nobiscum, & cum Illuſtriſſimo Domino Joanne Duce, Filio noſtro, infra ſpatium duorum annorum paterne, amice, benigneque ſuper aliis quoque rebus, & negotiis tam nos, quam Illuſtriſſimum Joannem Ducem, Filium noſtrum concernentibus, hoc eſt: tam patrimonio ejusdem Filii noſtri chariſſimi, quam de bonis pro contradote nobis inſcriptis, & obligatis, remotis exteris arbitris, concordiam ineat; quæ ſi nullo modo intervenire poſſet, aliquibus cauſis intervenientibus: tunc negotia omnia, quæ inter nos, & Illuſtriſſimum Joannem

Digitized by Google

nem Ducem Filium noſtrum; & Sereniſſimum Dominum Ferdinandum Regem dirimenda ſunt, referantur ad Invictiſſimum Principem D. Carolum Imperatorem Romanorum ſemper Auguſtum, ac Sereniſſimum Principem D. Sigismundum Regem Poloniæ &c. Patrem noſtrum amantiſſimum; qui, quidquid ſuper negotiis, & controverſiis communi judicio, & deliberatione decreverint, tali judicio, & deliberationi tam nos, & Illuſtriſſimus Joannes Dux Filius noſter chariſſimus; quam Sereniſſimus D. Ferdinandus Rex parere, acquieſcere, & modis omnibus obtemperare debeamus. Sin autem Divina providentia Imperatoria Majeſtas, & Sereniſſimus D. Sigismundus Rex Poloniæ, Pater noſter amantiſſimus, intra biennium vita defungeretur, eam cum morte mutando: tunc liberum ſit tam nobis, loco Sereniſſimi Sigismundi Regis Poloniæ Patris noſtri, & Illuſtriſſimo Joanni Duci Filio noſtro; quam Sacratiſſimo Regi Ferdinando loco Invictiſſimi Domini Caroli Imperatoris, aliquem alium, quem voluerimus, eligere: qui negotia, ſuper quibus concordia intervenire non potuit, dirimat. Et hæc quoque controverſia infra ſpatium eorumdem duorum Annorum, a die Contractus initi, ceſſante qualibet exceptione finiatur. Si autem (ut ſunt cuncta humana caduca, fluxa, mortique obnoxia) & nos e vivis excederemus, tum Sereniſſimus D. Sigismundus Rex, Pater noſter amantiſſimus, præfatum Contractum in omni ejus parte implere, & exequi teneatur, & ſit obligatus infra ſpatium eorundem duorum Annorum.

Nos itaque præfatis Contractibus, pro Bono publico, & Regni ſalute acquieſcentes, eaque omnia, quæ dicti Frater Georgius, Joannes Statilius, & Petrus Petrovich Mandatarii, & commiſſarii noſtri vigore pleni Mandati noſtri, cum prælibato Sacratiſſimi Domini Ferdinandi Regis Comiſſario, Caſparo Seredy deſuper pleno Mandato ſuffulto, ratione concordiæ ineundæ, & pacis ſtabiliendæ egerunt, & concluſerunt, rata, grata, valida, & firma habentes: præmemoratas conditiones in omnibus punctis, clauſulis, & Articulis ſuis ratificandas, probandas, & confirmandas duximus; imo ratificamus, probamus, & confirmamus per præſentes: promittentes in verbo noſtro Reginali, quod quæcumque nobis, vel noſtris in illis ipſis conditionibus initæ concordiæ aut præſtanda, aut exequenda incumbunt, ea omnia ſincere, & integre præſtari, & exequi: nec contra ea, vel eorum aliquid directe, aut indirecte, quovis nomine, modo, colore, & ingenio agere, dicere, favere, vel venire volumus; dolo, & fraude poſtpoſitis penitus, & ſemotis. Harum noſtrarum vigore, & Teſtimonio literarum ſigilli noſtri impreſſione, & manus noſtræ ſubſcriptione munitarum. Datum Albæ Juliæ, die XXVI. Menſis Julii. Anno Domini MDXLII.

Digitized by Google

VII.

Joannes Thurzo de Bethlemfalva concedit ſuis hominibus, plenam facultatem Arcem Scepuſienſem recipiendi, ab hominibus Andreæ de Báthor. Datum Leutſchoviæ Anno Domini 1550.

EX APOGRAPHO.

Nos Joannes Thurzo de Bethlemfalva, L. B. in Wolau, (l) Steinau, & Baymotz &c. fatemur, & recognoſcimus literis noſtris præſentibus: Quod nos Egregiis D. D. Franciſco Farkaſs de Beſſe præſentium Exhibitori, Conſiliario noſtro, Caſparo Kropach dicti Caſtri noſtri Baymocz Caſtellano, & Petro Feygel Sacratiſſimæ Romanorum &c. Regiæ Majeſtatis in Arce Murany Præfecto &c. haſce literas noſtras plenipotentiales, cum plenaria authoritate, omnimodaque facultate, ac poteſtatis plenitudine, ea lege, atque ratione dedimus, & conceſſimus, ut iidem cum Egregiis D. D. Ludovico de Gerbed Præfecto, Benedicto de Zolnok Proviſore, & Franciſco Ketzer Caſtellano Spectabilis, ac Magnifici D. Andreæ de Bathor, Comitis Comitatuum Szatmar, & de Zabolcs, Magiſtri Tavernicorum Regalium, & Supremi Regni Hungariæ Capitanei, in Arce Scepus. ratione ejusdem Caſtri Scepus (m) omniumque ad idem ſpectantium, & annotatarum pertinentiarum, aliarumque in præfatæ Majeſtatis Regiæ D. noſtri — Clementiſſimi literis, apud eosdem habitis, clarius expreſſarum, ac ſpecificatarum, noſtro nomine, & in perſona libere, ac plene agere, loqui, tractare, & concludere, ipſamque Arcem ſimul cum uni-

(l) Wolau, Steinau: urbes in Wolavienſi Sileſiæ Ducatu. Parebat utraque Joanni Thurzo uſque ad Annum 1524, quo eas Friderico II. Duci Lignicenſi vendidit; retento ſibi tamen ad dies vitæ, ut apparet, titulo. Literas venditionis quære, ſi placet, inter Diplomata Nobil. Scepus. Num. XXXV.

(m) Alexius Thurzo Judex Curiæ Regiæ, Arcem Scepuſienſem, quam ab Ferdinando I. indeptus erat, ſupremis Tabulis Joanni Fratri ſuo legaverat. Nihil hic non egit, in ejus poſſeſſionem ut veniret. Sed acriter obſtabat Andreas Bathori, Alexii gener. Totum itaque Septennium lis tenuit; donec repetitis Ferdinandi literis compulſus Bathorius, victas manus dedit, arceque ceſſit Anno 1550. Tenuerunt eam deinde longa ſerie Thurzones, quoad ultimus gentis Michaël Anno 1637. extinctus eſt. Succeſſere Cſaky, qui hodiedum, & loco, & Perpetuorum Comitum dignitate potiuntur.

Digitized by Google

universis bonis. pertinentiis, possessionibus, oppidis, Villis, Juribus, portionibusque possessionariis, & aliis quibuslibet ad eandem de jure, & ab antiquo spectantibus, ac pertinere debentibus, ad manus suas recipiendi, tenendique, ac possidendi; imo etiam necessario quietandi eosdem, & absolutos reddendi, ac expeditos pronunciandi: non secus, ac si nos ipsi præsentes essemus, & ea puncta perageremus, & expediremus; promittentes bona fide, honoreque ac humanitate nostra, præsentium per vigorem ratum, firmumque omnibus modis habituros nos fore, ac servaturos: quidquid ostensores præsentium plenipotentiales nostros cum dictis D. D. Ludovico de Gerbed, Benedicto literato de Zolnok, & Francisco Ketzer actum, factum, & conclusum, & expeditum fuerit, in rebus, & negotiis prænotatis, sine omni dolo, & fraude; imo promittimus harum nostrarum Sigillo, manuque nostra propria communitarum, & roboratarum vigore, & testimonio literarum mediante. Datum Leutschoviæ tertia Mensis Maji Anno Domini MDL.

IV.

Digitized by Google

VI.

DIPLOMATA RES URBIS KESMARKIENSIS ILLUSTRANTIA.

I.

Immunitates Kéſmarkienſium. Dat. Anno Domini 1269.

EX AUTOGRAPHO.

Bela Dei Gratia Hung. Dalm. Croat. Ramæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Comaniæque Rex. Omnibus Præſens Scriptum inſpecturis, Salutem in omnium Salvatore. Ad Univerſorum Notitiam tenore Præſentium Volumus pervenire: Quod nos Supplicationibus Hoſpitum noſtrorum de Kaszmark in Scepis inclinati, hanc eis libertatem duximus concedendam: ut Villicum (a), inter ſe eligant de communi voluntate, qui omnes cauſas eorundem decidere debeat, juſtitia mediante; exceptis quibusdam cauſis, furti, videlicet; decimarum, ſanguinis, & monetæ, quas Judex noſter pro tempore conſtitutus judicabit, & decidet; & tertiam partem judicii habebit Villicus, duas vero partes Judex noſter ſibi de jure vendicabit. Item ordinavimus, ut nobis pro cenſu, ſeu terragio ſingulis annis (b). Marcas ſolvere teneantur; quarum duas partes ſolvent in argento (c). Finno, tertiam vero partem in denariis, ſicut alii Hoſpites Noſtri Saxones ſolvere conſveverunt: cujus quidem pecuniæ medietatem ſolvent in Feſto S. Georgii, & aliam medietatem in feſto S. Michaelis. Præterea eisdem forum liberum ſolito more duximus concedendum. Item decimas in campis ſolvent more Saxonum aliorum. Ad hæc Eccleſiam cum Cimiterio, quantum nos contingit, dimittimus eis liberam ratio-

(a) Villici dicebantur Villarum Proviſores, aut potius Prætores, Judices, qui hominibus in Villis commorantibus præerant.

(b) Marca Pondus eſt auri, vel argenti, quo utuntur omnes ii, qui appenſas merces venditant. *Duſreſne Gloſſar.* Apud diverſas Nationes diverſa eſt. Hungaris Marca auri appendit 72. flor. Tripartit. Parte II. Tit. LXXIII. Argenti vero ſi gravis eſt ponderis flor. 4. Tit. XXVIII. ſin levioris, florenum Unum. Tit. LXXXII.

(c) Finnum, finniſſimum ex Germanico Fein, de auro, & argento infecto potiſſimum dicitur, quod probum eſt, & ab heterogeneo Metallo depuratum.

Digitized by Google

ratione humandi, ſeu ſepeliendi mortuos, quemadmodum antea dignoſcuntur habuiſſe. Cæterum volumus, quod terras ſuas ſine præjudicio juris alieni pacifice teneant, ſicut hactenus tenuerunt. - - In cujus rei memoriam, & perpetuam firmitatem præſentes dedimus literas duplicis figilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus M. Demetrii, Præpoſiti Albenſis, Aulæ Noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti, & fidelis Noſtri Anno Domini MCCLXIX. Regni autem Noſtri Anno XXXIV.

II.

Sigiſmundus Rex remittit in XII. annos cenſum a Kéſmarkienſibus pendi ſolitum Dat. Kéſmarkini Anno Domini 1404.

EX AUTOGRAPHO.

Nos Sigiſmundus Dei Gratia Rex Hung. &c. memoriæ commendamus per præſentes: Quod non eliminantes a noſtra memoria, ſed ſedulius penſantes multifarios caſus periculoſos, & inopinatos, quos Noſtri fideles, & ſpecialiter dilecti Cives, populi, ac Hoſpites Civitatis noſtræ Keſmarkt, pro obſervanda nobis, & S. Coronæ intemerata fidelitate ſubire non pertimuerunt, ſed finceritate fidelitatis leviter patiendo, quæ grandiſſima eis incubuerunt; ut puta ſumptus, & expenſas, imo his elapſis diſturbiorum temporibus vigilias noctium, cuſtodias dierum, & alia indicibilia incommoda, tam multifarie impendendo, quod utique eosdem, tanquam nimis oppreſſos oneribus, non indigne conſpeximus pii ſublevaminis brachio merito conſolandos: præſertim ut ipſa Civitas, quæ pro majore ſui parte ignis incendio combuſta, & cremata exiſtit, refici, reformari, & commodis ſuis reædificari valeat, præfatis Civibus, populis, & Cohabitatoribus in dicta Civitate Keſmarkt hæreditarie conſtitutis, cenſus collectos, quos iidem Majeſtati Noſtræ Anno futuro, ut puta de Anno Domini MCCCCV. in medio Quadrageſ. incipiendo, & usque XII. Annorum revolutiones ſolvere tenerentur, taliter relaxandum duximus, & gratioſius remittendum, ut puta: Quod eosdem cenſus, ſeu collectas VI. annorum continuo ſubſequentium ad reformationem muri, foſſatorum, & aliorum locorum ipſius Civitatis, ubi magis opportune expedierit, impendere, & cum evidenti teſtimonio, quo Nobis realem rationem reddere poſſint, expendere debebunt, & tenebuntur. Reſiduis vero VI. annis præmiſſa libertate, & gratioſa relaxatione gaudeant illibate, & potiantur. Quocirca firmiter committimus, & mandamus vobis omnibus, & quibuslibet Exactoribus eorundem

Digitized by Google

censuum, & Collectarum, quatenus præfatos Cives, Populos, & Habitatores de Kesmarkt contra præsentis Nostræ gratiosæ relaxationis gratiam in prætactis censibus, & collectis nullatenus impedire debeatis, nec quomodolibet aggravare, sed ipsos occasione prævia liberos permittatis penitus, & quietos. Præsentes insuper infra præfixi temporis spatium erga dictos Cives Nostros semper volumus remanere. Datum in prætacta Civitate Kesmarkt feria VI. proxima ante Dominicam Judica (d). Anno Domini MCCCCIV.

III.

Sigismundus Rex Hung. mandat Palatino, & Judici Curiæ, ut Comitem XXIV. Oppidorum Scepus. coerceant, & non hic, sed Senatus Kesmarkiensis Civium causas judicet. Dat. Constantiæ Anno Domini 1417.

EX AUTOGRAPHO.

Sigismundus Dei Gratia Roman. Rex semper Augustus, ac Hung. Dalm. Croat. &c. Rex Fidelibus Nostris Magnificis Nicolao de Gara Regni Nostri Hung. prædicti Palatino, & Petro de Peren Judici Curiæ Nostræ Salutem, & gratiam. Fidelium Nostrorum dilectorum providorum Universorum Civium Civitatis nostræ Kezmarg propositam querelam accepimus continentem: Quod quanquam Judex, & jurati Cives ejusdem Civitatis Kezmarg pro tempore constituti certorum Privilegiorum, & Libertatum dudum, & ab Antiquo ipsis gratiose concessarum vigoribus universas, & quaslibet causas in eadem Civitate coram eisdem Judice, & juratis Civibus motas, & movendas, demptis duntaxat tribus causis in eisdem Privilegiis expressis judicandi, & finaliter decidendi plenam, & omnimodam habeant facultatem, tamen XXIV. Civitatum Nostrarum Terræ Scepus. Comes (e) Terrestris plus lucra pecuniaria, quam com-

(d) Dominica *Judica* est quinta verni jejunii, quæ quatuordecim diebus Paschati præit.

(e) Comes Terrestris Terræ Scepus, vel Comes Saxonum de terra Scepus, Cyps, item Comes Terranorum Saxonum &c. patria Lingua Landgravius erat ille, cui summam rei apud se Saxones Scepus. in XXIV. Civitatibus, seu oppidis Regalibus, & ditione ad ea pertinente commiserunt administrandam. Nonnunquam Judex Regius vocabatur ut ex superiori Belæ IV. Regis Diplomate perspicuum est.

Digitized by Google

communem Noſtrorum fidelium utilitatem ſitiens, prælibatæ Civitatis Kezmarg Judicem, & Juratos Cives per ipſius propriam tyrannicam temeritatem ab omnibus, & ſingulis judicandis, & judicialiter decidendis, præterquam a quibusdam pecuniariis cauſis ad XX. Denarios ſe extendentibus, per ſuas excogitatas pœnas, gravamina, & comminationes graviſſimas prohibuiſſet, & prohiberet, & eosdem, niſi prius, quibus certarum pecuniarum quantitatibus, vel copioſis muneribus a prætactæ Civitatis Judice pro tempore conſtituto habitis, & acceptis, nullas penitus præterquam antedictas pecuniarias cauſas ad XX. denar. ſe extendentes permitteret judicare in ipſorum Privilegiorum, & Libertatum præjudicium multum grave. Pro quorum parte Majeſtati Noſtræ Regiæ humiliter exſtitit ſupplicatum, ut ipſis providere dignaremur de remedio opportuno; & quia fruſtra Regia Excellentia Privilegia ſuis ſubditis daret, & concederet, niſi ea inviolabiliter obſervaret. Igitur ſæpe nominatis Noſtris Fidelibus Civibus de Kezmarg contra præmiſſa de remedio, ut tenemur, providere volentes, fidelitati veſtræ, & veſtrum cujuslibet firmiſſimo Noſtro Regio ſub edicto præcipimus, & mandamus, aliter habere nolentes, quatenus dum per ſupradictæ Civitatis Kezmarg Judicem fueritis requiſiti, aut alter veſtrum fuerit requiſitus, ſi in Privilegiis pro ſæpe nominatæ noſtræ Civitatis Kezmarg parte, ſuper præmiſſis emanatis, quæ in ſpecie coram Vobis produci volumus, ejus Judicem, & Juratos Cives Univerſas, & quas libet cauſas exceptis ſolummodo tribus cauſis, ut præmittitur, judicandi facultatem, & authoritatem repereritis, ex tunc Civitati Kezmarg harum majori ſub ſigillo Noſtro, quo uti Rex Hungariæ utimur, apud Venerabilem Dominum Joannem Præpoſitum Baachienſem, dicti Noſtri Regni Hungariæ Vice-Cancellarium habito, ut amodo, & deinceps omnes, & ſinguli ipſorum Judices, & jurati Cives pro tempore conſtituti Univerſas, & quaslibet cauſas coram ipſis in eadem Civitate Kezmarg movendis, demptis duntaxat præmiſſis tribus cauſis in Literis ipſorum conceden. exprimen. judicare, & finaliter decidere valeant, poſſint, atque debeant, Authoritate Noſtra Regia dari, & emanari faciatis, contradictionibus dicti Comitis, & aliorum quorumcunque non obſtantibus quibuscumque, ſalvo tamen eo, ut hi, qui ſe per eosdem Judices, & juratos Cives contra Deum, & juſtitiam opprimi ſenſerint, poſſint relevationis, & conſecutionis juſtitiæ gratia, ad præſentiam dicti Comitis libere appellare. Præſentes etiam poſt earum lecturam reddi volumus præſentanti.

eſt. Reliquæ Scepuſienſi Provinciæ juſſu Regis, qui præerat, Comes Comitatus Scepus, Comes Provinciæ de Scepus, Comes de Scepus audiebat. *Godefridus Schwartzius in floribus ſparſis &c. pag.* 20.

Digitized by Google

Datum Conſtantiæ (f) in feſto B. Margarethæ V. & Mart. Anno Domini MCCCCXVII. Regnorum Noſtrorum Anno Hungariæ XXXI. Romanorum vero VII.

IV.

Keſmarkienſes ab Huſſitis in Captivitatem abſtracti cavent ſuis Vadibus de indemnitate Dat. in Hib. Anno 1433.

EX AUTOGRAPHO.

Nos Martinus Judex, Juratique, nec non tota Communitas de Civitate Keſmargkt Tenore præſentium publice profitemur, ac recognoſcimus, quod ſicut Nobiles DD. Dominus Abraham de Gozlicze & Dominus Wlodko de Brzina ſtant in cautione fidejuſſoria pro nobis erga ſtrenuiſſimos Bellatores Thaborenſes campeſtres, ut manifeſtiſſime Litera capitalis enodat, qualiter fidejubuerunt pro tribus millenariis flor. Ungaricalium inſuper XLVII. florenis pro noſtra liberatione captivitatis, quam Literam capitalem præfati DD. Thaborenſes campeſtres habent. Nos vero præfati Cives, virtute hujus Literæ prædictis Dominis, Domino Abraham, & Domino Wlothko promittimus etiam ſub noſtra bona fide, ac ſub honore noſtro proprio, eosdem absque omni damno extrigare de præfata fidejuſſoria cautione, omni excuſata poſtergata (g), & ſi ſecus per nos foret factum, ex tunc præfatis Dominis plenam Authoritatem damus Nos in viis captivare, ubique areſtare, noſtra bona recipere, igne devaſtare, & omnibus damnoſis modis Nos ad hæc adſtringere, & compellere quibuscunque modis potuerint tamdiu, quousque de præfata fidejuſſoria cautione eosdem non extrigaremus, imo quicunque de eorum bona voluntate propter non extrigationem nos captivaret, bona noſtra deſtrueret, & omnibus deſtructionibus, ſeu devaſtationibus nos impediret, contra illa ullo jure poterimus loqui. In cujus rei Teſtimonium Sigillum Noſtræ Civitatis huic Literæ eſt ſubimpreſſum. Datum feria VI. ipſo die Stanislai, in ipſa (h). Gyba Anno Domini MCDXXXIII.

Si-

(f) Ubi tunc Sigiſmundus agebat, exſtinguendo Schiſmati quod Eccleſiam per plures Annos exercuerat, intentus.

(g) Seu omni excuſatione ſepoſita, ſemota, & quaſi poſt tergum rejecta.

(h) Gyba vel Geyb Germanis, Slavis Hib, Oppidulum ditionis Hradekienſis in Provincia Lyptovienſi; ad hunc usque locum abſtracti ſunt Primores Urbis Kéſmarkien-

V.

Sigiſmundus Rex Hung. mandat Scepuſienſibus, ut muros Urbis Keſmarkienſis reparent potius, quam diruant. Dat. Ferrariæ A. D. 1433.

EX AUTOGRAPHO.

Sigiſmundus Dei Gratia Romanorum Imp. Semper Auguſtus, ac Hungariæ &c. Rex Fidelibus Noſtris Providis Comiti Terreſtri, nec non Judicibus, Juratis, cæterisque Civibus, & Hoſpitibus, ac toti Communitati Civitatum Terræ Noſtræ Scepus. Salutem & gratiam. Ex fide dignorum relatione Noſtra percipit Serenitas, quomodo vos ampliores inſidias, inſultus, & violentias perfidiſſimorum Huſſitarum, qui pridem Civitate Noſtra Keſmark,

kienſis, nec niſi Lytro perſoluto a Thaboritis dimiſſi. Juvat eorum in Scepuſium irruptionem, prædasque, quas egerunt, verbis Dlugoſſi dare. Ita vero ille ad An. 1433. in Hiſtoria Polonica ſcribit: *circa conductum Paſchæ*, inquit, *exercitus Bohemorum Thaboritarum, cujus Dux erat Byedrzich Presbyter Apoſtata, ex Sleſia ſuperveniens in Regnum Hungariæ, animo ſpoliandi, & prædandi illud, dum eſſet Rege ſuo Sigiſmundo vacuum (in Italiam enim pro Corona Imperiali obtinenda diſceſſerat) per Mislinicze, & alia loca Regni Poloniæ irrupit. Clauſæ autem erant per arborum inciſiones mandato Regio, & Conſiliariorum Regni Poloniæ Viæ, prohibere enim tranſitum illis in Hungariam Wladislaus Rex magnopere cupiebat, & quantum in eo erat, moleſte ferebat Hungaros ab illis vexari. Intelligens tamen Exercitus præfatus Regem, & Polonos domeſtico Bello occupatos, nihil inciſione arborum, & præcluſione viarum territus, ſecuribus, & igne tunc obſtantes truncos conſummunt, & obſtantia quæque, nullo eos laceſſente, depellunt. Et licet Hungariæ Barones cognito eorum adventu collecto Exercitu ire obviam, & congredi cum illis ſtatuiſſent; audita tamen eorum pertinaci in Regnum Hungariæ irruptione, rupto campo diſperguntur. Propter quod Bohemorum gentes in terram Scepuſienſem deſcenſum facientes, Oppidum Kezmark vacuum defenſoribus (omnes enim erant hoſtium adventu repentino, nimio pavore percuſſi) & intercipiunt, & comprehendunt, ubi magnas opes pluribus annis congeſtas reperientes, ſpoliatis vicinis Oppidis, & Villis, captoque Præpoſito Scepuſienſi Georgio, qui Pragam deductus illic occubuit, & diſtrictu Thurek (Thurecz, vel Thurocz) prædato per montes in propria, cum multitudine prædarum ſine aliqua animadverſione, & obſtaculo reverſæ ſunt.* Hæc Fide Dlugoſſi. Prope æqualia, brevius tamen, manus illius temporis confignavit. *Anno Domini* 1433 inquit, *ipſo die S. Marci Evangeliſtæ intraverunt Huſſitæ, alias Thaboritæ cum maxima potentia Curruum, Equitum, & Peditum in numero quaſi XX. millia hominum, & eodem die ipſi Thaboritæ fallaci eorum aſtutia, & falliata doloſitate, manu bellicoſa hoſtiliter ſubintraverunt ipſam Civitatem Kesmark incinerando, ſpoliando, & devaſtando de omnibus rebus neceſſariis pro defenſione Civitatis: Baliſtis, bombardis, & Pyxidibus, pyxidum pulveribus, & cæteris partibus, ut viſum, & auditum eſt tunc temporis.*

Digitized by Google

prohdolor! obtenta, & devaſtata, præſcriptas partes Noſtras Scepuſienſes deprædarunt, formidantes hac, ut creditur, ducti occaſione, quod ſi & in caſu quo prætaxatos Huſſitas, altera vice dictas partes noſtras Terræ Scepus. ſubintrare, & per eosdem memoratam Civitatem Noſtram Keſmark, — — ac memorem ejusdem invalitudinem vice iterata (quod Deus avertat) obtinere contigeret, tunc eisdem Huſſitis in eadem Civitate Keſmark quantumcunque remanentibus, & moram trahentibus prætactæ aliæ Civitates noſtræ ipſius Terræ Scepus. maximis diſpendiorum periculis ſubjacerent, prædictum totum murum, & fortalitia ejusdem Civitatis noſtræ Keſmark rumpere, & in ruinam vertere niteremini, & velletis; quod in noſtræ Majeſtatis diſplicentiam, Incolarumque prælibatæ Civitatis noſtræ Keſmark damnum, jacturam, & periculum cederet multum grande. Super quo fidelitati veſtræ firmiſſimo noſtro Imperiali ſub Edicto præcipientes mandamus, quatenus præmiſſum murum, aut quæcunque alia fortalitia prætitulatæ Civitatis Noſtræ Keſmark quovis modo, in quacunque ſui parte rumpere, detrahere, aut vertere in ruinam, rumpique, & detrahi, ac aboleri, & deſtrui facere nequaquam præſumatis; quin potius ipſam Civitatem noſtram Keſmark in omnibus ſuis muris, munitionibus, atque fortalitiis pro viribus recuperetis, & reſtauretis. Dum autem in prætactum Regnum noſtrum Hungariæ, ſicut dante Domino in brevi facere intendimus, revertemur; tenebimus, & præbebimus tales vias, & modos, quod nedum ipſa Keſmark, ſed & aliæ præſcriptæ Civitates dictæ Terræ Scepus, ab inſultibus hoſtilibus memoratorum Huſſitarum, & aliorum quorumcunque ſecure, & absque omni formidine remanebunt. Aliud ergo ſub pœna graviſſimæ Noſtræ indignationis non facturi in præmiſſis. Datum Ferrariæ (i). Feria VI. prox. poſt feſtum B. Mathæi Apoſtoli, & Evang. Anno Domini MCDXXXIII. Regnorum Noſtrorum Anno Hung. XLVII. Romanorum XXIII. Bohemiæ XIV. Imperii vero I.

VI.

(i) In Hungariam jam redibat Sigiſmundus Roma, ubi Anno ſuperiore nempe 1432. ab Eugenio Pontifice corona Imperiali exornatus eſt ipſo die Pentecoſtes, quemadmodum tradit Nicolaus Hennelius ab Hennenfeld in Annalibus Sileſiæ. Unde dum ſubjicitur Diploma ſignatum eſſe Imperii Anno I. intelligi debet: expleto.

Digitized by Google

VI.

Sigiſmundus Rex Hung. confirmat Privilegia Keſmarkienſium Poſonii Anno 1435.

EX AUTOGRAPHO.

Sigiſmundus Dei Gratia Romanorum Imp. ſemper Auguſtus, ac Hung. Boh. Dalm. Croat. &c. Rex notum facimus tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit Univerſis: Quod venientes in conſpectum Noſtræ ſerenitatis Fideles Noſtri Providi, Nicolaus Schvartz Judex, Gregorius Wagner juratus Civis Civitatis Noſtræ Keſmark vocatæ, Terræ noſtræ Scepus in eorum, ac Univerſorum, & ſingulorum Civium, Incolarum, & Inhabitatorum ejusdem Civitatis Noſtræ Keſmark nominibus, & in perſonis Majeſtati Noſtræ lamentabili voce ſignificare curarunt; quomodo pridem Nobis in exteris partibus, & Regionibus pro ſuſceptione Coronarum Noſtrarum Imperialium per Nos Divino Auxilio jam feliciter, & votive, adeptarum laborantibus, illi perfidiſſimi Hæretici Huſſitæ, & Thaboritæ in Regno Noſtro Bohemiæ, ac Marchionatu Moraviæ, in deſpectum totius orthodoxæ Fidei populan. quos errore eorum devio, opitulante Altiſſimo, a quo bona cuncta procedunt, noſtris maximis laboribus, & in majori parte eliminato, & expurgato ad gremium Sanctæ Matris Eccleſiæ, & ad Noſtræ Majeſtatis, uti Domini eorum naturalis obedientiam reduximus, prædictam Terram noſtram Scepus. hoſtiliter ſubintrantes, & inter cætera annotatam Civitatem noſtram Keſmark ſurripientes devaſtaſſent, & combuſſiſſent, univerſaque Privilegia, ac literas, & literalia inſtrumenta ſuper libertatibus, & prærogativis, & gratiis indultis per Divos Reges Hung. Noſtros ſcilicet Prædeceſſores, & conſequenter per Noſtram Majeſtatem eis gratioſe datis, & conceſſis, quibus usque in præſentiarum freti fuiſſent, & gaviſi, cum certis rebus, & bonis eorum abſtuliſſent, deportaſſent, & ab ipſis alienaſſent, propter quod formidarent temporum in proceſſu ipſis, & eorum poſteris periculum poſſe imminere. Supplicantes præfati Nicolaus Schvartz, & Gregorius Wagner juratus Civis præfatæ Civitatis Noſtræ Keſmark ſuis, & aliorum, quorum ſupra, nominibus noſtro culmini prece ſubjectiva, ut infra ſcriptas prærogativas, & libertates denuo, & ex novo eis concedere, ac noſtris Privilegiis roborare dignaremur. Nos itaque qui cunctorum Fidelium noſtrorum incommoditates Imperialibus atque Regiis ſolemus ſemper remediis reſtaurare, hujusmodi humillimis, & devotis ſupplicationibus eorundem Nicolai Schvartz Judicis, & Gregorii Wagner, Jurati Civis Culmini noſtro modo, quo ſupra porrectis, Imperiali, & Regali pietate exauditis clementer, & admiſſis

præ-

Digitized by Google

prædictis Judici, Civibus, Hoſpitibus, & Incolis prætactæ Civitatis Noſtræ Keſmark, ac eorundem poſteritatibus univerſis, ut iidem ſicut numero, & perſonarum pluralitate, ſic etiam fide, & devotione augeantur, infra denotatas libertates, & prærogativas perpetuis ſucceſſivis temporibus univerſis duraturis denuo, & ex novo duximus annuendas, faciendas, & concedendas, imo annuimus, & concedimus tali modo: Quod ipſi in prædicta Civitate noſtra Keſmark liberam ſtateram, ſive menſuram ad ponderandum, & menſurandum res venales aptas, & neceſſarias inſtituere, inibique ceram, ſebum, cuprum, plumbum, Chalybem, ferrum, & alias res vænales ponderari, & per ponderationem vendi, & emi ſolitas per ipſos, ac per quoscunque alios Mercatores tam Regnicolas noſtros quam forenſes (k), ad prædictam Civitatem noſtram Kesmark apportantes, & adducentes ponderari, ac pro pannis, & aliis rebus venalibus more alias ſolito commutare, & vendere, commutarique, & vendi facere permittere valeant, atque poſſint. Item quod ipſi præter currus magnos ſummarios vulgo: *Mazás Szekér* vocatos, qui more antiquo in certis civitatibus, & locis Regni Noſtri Hungariæ ad id ſpecialiter deputatis, & deponi, & disligari ſolent, currus communes, & leves pannis, & aliis rebus venalibus, quæ in talismodi curribus communibus, & evibus per fora hinc inde cauſa forizationis deferri conſueverunt, oneratos tam per ſe, quam alios mercatores inducere, & induci facere, deponereque permittere, prædictasque negotiationes, forizationes, & permutationes in emptionibus ſcilicet, & venditionibus hujusmodi rerum facere, & exercere, exercerique, & negotiari facere, ac disligare permittere valeant, atque poſſint; contradictione quorumlibet in hac parte non obſtante. Item quod in prædicta Civitate noſtra Keſmark ſingulis Annis, in cunctis feſtivitatibus Beatæ Mariæ Virg. glorioſæ, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum; nec non XIV. diebus easdem feſtivitates præcedentibus, & aliis XIV. ſubſequentibus Nundinæ liberæ, ſeu fora annualia, ſub omnibus libertatibus, & prærogativis, quibus nundinæ, & fora annualia aliarum liberarum Civitatum noſtrarum celebrantur, absque præjudicio nundinarum, ſeu fororum annualium locorum aliorum celebrentur: aliis etiam omnibus, & ſingulis juribus, libertatibus, immunitatibus, & prærogativis, quibus ipſi ex Divorum Hungariæ Regum, noſtrorum ſcilicet Prædeceſſorum, ac noſtræ Majeſtatis gratioſa conceſſione hactenus rite, & legitime uſi fuerunt, & gaviſi, uti, frui, & gaudere valeant, atque poſſint ex præſenti noſtræ Majeſtatis annuentia, & gratioſa conceſſione ſpeciali. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam præſentes conceſſimus literas noſtras privilegiales, præſentis

no-

(k) Forenſis: Extraneus, Alienigena.

Digitized by Google

novi (1) noſtri pendentis duplicis autentici ſigilli, quo ut Rex Hungariæ utimur, munimine roboratas. Datum Poſonii in feſto B. Martini Epiſc. & Conf. Anno Domini MCDXXXV. Regnorum noſtrorum Anno Hung. &c. XLIX. Romanorum XXVI. Bohemiæ XVI. Imperii vero III.

VII.

Eliſabetha Alberti Regis Vidua hortatur Keſmarkinenſes ad fidelitatem, obedientiam, & diligentem Urbis cuſtodiam. Datum Komaromii A. D. 1440.

EX AUTOGRAPHO.

Eliſabeth von Gotts gnaden Königen zu Hung. zu Dalmac. Croac. &c. Herzogin zu Oſterreych, und Markgroffin zu Merhen &c. Liebe getrewe. Wir haben ew vor entpholen, das ir in alle vorſichtikeit ewe Stat ſüllit verwaren, das ſie nicht diſen Tagen durch kanerley mechtige hinderliſt obervallen, und verlaren werde; und ab yemandt, an ew keme, wer der werd, das ir ew an nyemand kereth, ſunder ew als trew guth Leuth an uns, und unſe Kinder, haldet getrewlich, als ew das zugehereth, und uns des ſchuldig, und gepund ſeyt, als rechten natürlichen Erblingen des Reyches von Hung. und ab ew nicht brief von uns zugeſandt wörden, daran ſüllet ir in kan achtung haben, noch in kanerley weys danoch thuen; wurden wir aber hinfür mit ew nicht ſchaffen under unſerm Secret, das wir auff den Brieff gedruckt haben, ſüllet er gehorſam ſeyn, an das zu ihme warzeichen haben, wen man hinfür mit dem ſelben warzeichen zu ew kömpt, dem müget, und ſüllet ir gehorſam, und an unſer Stat gewertig ſeyn, und ſunſt niemand andern. Das iſt genzlich unſer willen, und wolgevallen. Auch entphelen wir ew, das ir hinfür mit allem fleiſſe dy Stat ſullet verwaren, das wellen wir trewen ew, als trewen unſern lieben getrewen zu gutte eigner volgeſſey, und ew trewen ewen vinden grundlichen beſchirmung. Geſchrieben zu Kamarn am Montag noch halbvaſten. In dem vierzen hundrſten, und vierzigſten Jare Chriſti unſers Hern.

VIII.

(1) Cui nempe Imperialis biceps Aquila præterea inciſa erat.

Digitized by Google

VIII.

Wladislaus Rex Hung. & Poloniæ Cives Keſmarkienſes eximit, ab omni Telonio intra Regnum Poloniæ ſolvendo. Datum in Nova Villa, ſeu Igloviæ. Anno Domini 1440.

EX AUTOGRAPHO.

Wladislaus Dei Gratia Rex Poloniæ, ac Electus Rex Regni Hung. Lithuaniæque Princeps Supremus, & Hæres Ruſſiæ, ſignificamus tenore præſentium, quibus expedit univerſis; quod attendentes gratæ fidelitatis obſequia, ac merita, ſolicitudinemque, & diligentiam, quibus nobis in proſecutione felicis negotii Electionis noſtræ in Regem Hungariæ, Providi Cives, fideles noſtri Civitatis Keſmarg complacuerunt, & ſine aliquo reſpectu fideliter ſerviverunt, & in poſterum nobis; & Succeſſoribus noſtris poterunt complacere præſtantius: Horum intuitu precibus illorum acclinati, maturo noſtro, & Conſiliariorum noſtrorum conſilio accedente, prædictis Civibus dictæ Civitatis Keſmarg, per, & intra Regnum noſtrum Poloniæ; cum omnibus ipſorum rebus quibuscunque, & mercantiis dedimus, & damus perpetuis temporibus eundi, transeundi, redeundique, per quascunque vias eis videbitur eſſe competens, libere, & ſecure, absque omni Theloneorum noſtrorum exactione, & datione plenam, & omnimodam poteſtatem, & libertatem; non attentis aliarum noſtrarum Civitatum, & Oppidorum in eodem Regno noſtro Poloniæ conſiſtentium, libertatibus, & prærogativis. Harum, quibus ſigillum noſtrum eſt appenſum, teſtimonio literarum; præſentium ſerie perpetuo duratura. Datum in Nova Villa Feſto Aſſumpt. Domini Anno ejusdem MCDXL.

Relatio Magfici Johannis de Coneczpole
Regni Poloniæ Cancellar.

IX.

Digitized by Google

IX.

Gregorius Epiſcopus Milkovienſis concedit XL. dierum Indulgentias Eccleſiam S. Crucis, & S. Eliſabethæ in Keſmark viſitantibus. Dat. Leutſchoviæ Anno Domini 1444.

EX AUTOGRAPHO.

Nos Gregorius miſeratione Divina Epiſco. Milkovienſis (m), Suffraganeus, in Pontificalibusque Vicarius Generalis Reverendiſſ. in Chriſto Patris, & Domini Domini Dionyſii Tit. S. Cyriaci in Thermis Presbyteri Cardinalis, Archiep. Strigon. Locique ejusdem Comitis Perpetui, Primatis, Legati Nati. Omnibus Criſti fidelibus præſentium notitiam habituris, paternam in Domino benedictionem, & ſempiternam ſalutem in ſalutis largitore. Splendor paternæ gloriæ, qui Mundum ſua illuſtravit ſapientia, qui nullum vult perire; ſed omnes ſalvare, fidelium populorum votis præcipue placatur Deus, cum Sanctorum precibus adjuvantur. Cupientes igitur, uti Eccleſia S. Crucis in Keſmarg, ſeu foro Caſeorum, & Eccleſia S. Eliſabeth in diſtrictu Scepus. Strigonienſis Diæceſis, conſtructæ frequentius, devotiusque a fidelibus viſitentur, & venerentur; omnibus Orthodoxæ fidei Cultoribus, confeſſis, contritis, & bene pænitentibus, qui ſupradictas Eccleſias in omnibus Feſtivitatibus, & ſolennitatibus Domini, & B. M. V. nec non Apoſtolorum, & Evangeliſtarum, quatuor Doctorum; nec non diebus Dominicis Dedicationis, & Conſecrationis Dictarum Eccleſiarum, & ſignanter quocunque die per Circulum totius Anni, devote viſitaverint, & in fabricam ejus manus porrexerint adjutrices, de Dei Omnipotentis miſericordia, & B. B. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus authoritate confiſi, ab unoquoque noſtro de injunctis ſibi pænitentiis, quadraginta dies Indulgentiarum miſericorditer, perpetuis temporibus in Domino elargimur. Datum in Lewcza in die S. Valentini. Anno Domini MCDXLIV. ſub appreſſione ſigilli noſtri Annularis.

(m) De Milkovienſi Epiſcopatu vide, ſi placet, P. Samuelem Timon in Imagine Novæ Hung. cap. X. pag. mihi 90 & in Epitome Chronologica ad Annum 1469

X.

Joannes Giskra Ladislai Poſthumi Capitaneus Generalis, Kéſmarkienſium Privilegia confirmat authoritate Regia. Anno Domini 1447.

EX APOGRAPHO.

In Nomine S. Trinitatis, & Individuæ Unitatis. Amen. Johannes Giskra de Brandis, Illuſtriſſimi Principis, & Domini Domini Ladislai Regis Hung. Capitaneus Generalis; & Comes de Sárus, memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes coram univerſis, & ſingulis, quibus incumbit, tam præſentibus, quam futuris præſentes noſtras literas viſuris, audituris, ſeu perlecturis. Quod nos animadvertentes, & pie cauſa veritatis, & juſtitiæ confiderantes, ex certaque noſtra conſcientia penſantes, tanquam verus Capitaneus a latere confirmatus; cui ratione Officii, & Capitaneatus noſtri ſub bona fide, & omni noſtro honore commiſſum eſt, undique de tranquillitate, & pace hujus Inclyti Regni providere, ſenſimus enim manifeſte, & in ſpecie vidimus, quam plurimis, & ſæpe ſæpiſſimis vicibus, quanta, & quam maxima vis; imo indicibilis utilitas revera in ipſa Civitate Fori Caſeorum, vulgariter Kezemargk, nuncupata, latet, & conſiſtit; quæ tamen inter Civitates alias in his ſuperioribus partibus circumjacentes, tanquam Orphana, & Vidua eſt circumdata, tactaque multis paupertatibus, occupationibus, (n) vexationibusque diverſis; quæ eidem de die in diem occurrunt, & accreſcunt. Et ne præfata Civitas Kezemargkt in ruinam perveniret (quod Deus omnipotens ſemper avertat); quæ quaſi clypeus hujus Inclyti Regni merito, & de jure appellari poſſet; prout id probare poſſemus, quantum valemus, de remedio ſuccurrere pariter, & antidoto ſubvenire ſub fide noſtra Deo debita. Et quoniam ex authoritate noſtra, in perſona Regia nobis per tramitem juſtitiæ in hac parte, ut probandum eſt, conceſſum, & indultum exſtitit tam per literas Regales, quam etiam Reginales Majeſtatum: ut bonis, nobis obedientibus, & fidelibus favorem, complacentiam, quantum ad omnis boni accreſcentiam, animo grato, & benevolo actua-

(n) Liber Hiſtoricus, qui in Tabulario Urbis Kéſmarkienſis aſſervatur, ad Annum 1441. manu illius ævi hæc habet: *Item ipſi Bohemi per Dominum Giskra ſubintrarunt hanc Civitatem, ipſorum doloſitate, nocturno tempore, ſicut in profeſto S. Galli Anno Domini* 1441. *& ſic ipſam Civitatem pleninode viginti unum annos habuerunt.* Quis autem, qualisve fuerit Giskra? ex Bonfinio, Prayo, aliisque diſces.

Digitized by Google

actualiter oſtendere deberemus, eosdem decorare, confirmare literis noſtris, tanquam & ac ſi Illuſtriſſimus Dominus Ladislaus, veriſſimus Rex Hungariæ, Dominus meus Gratioſiſſimus, usque ad annos ſuæ Regiæ Majeſtatis Regiminis, ut hujusmodi literæ deſuper emanatæ luculentius exprimunt, & clarius demonſtrant. Et quia etiam in præfatis Inhabitatoribus Civitatis Keſmarkt prædictæ, reperimus omnem bonitatem, probitatem, obedientiam, & fidelitatem, in nulloque exceſſu exiſtere eosdem, de qua potiores & ſeniores de Rectoribus ejusdem ad noſtram acceſſerunt præſentiam, nobis quanto humilius, & devotius potuerunt, ſupplicaverunt: quatenus nomine, & in Perſona prædicti Domini Ladislai Regis Hung. &c. Domini noſtri, & ipſorum gratioſiſſimi &c. ipſis Civibus, & Inhabitatoribus Civitatis prædictæ uti Capitaneus, & in ſuæ Regiæ Majeſtatis juventute Vicegerens eorum Jura, Privilegia confirmare, & corroborare deberemus, in omnibusque juribus, conſtitutionibus, donationibus a Divis Regibus ab initio gratioſe donatis, & attributis; & ſignanter ab Invictiſſimis Principibus, & Dominis Dominis Sigiſmundo Imperatore, & Alberto Rege laudandæ memoriæ, uti, perfrui, & gaudere eisdem: cognovimus enim cum nonnullis hominibus noſtris fide dignis, hujusmodi petitionem fore utilem, laudabilem, juſtam, rectam, conſonamque Deo, & Mundo convenientem. Quare ex deliberato animo, maturoque conſilio, multiformique deſuper habito, authoritate noſtra Regia, præfatis Civibus Civitatis Kéſmargkt, Totique Communitati omni cum ſolennitate, dignitate confirmamus, ratificamus, & ordinamus ſæpedictos univerſos, & ſingulos Inhabitatores Civitatis Kéſmargkt ſæpedictæ ſtare, & gubernare, in omnibusque jurisdictionibus, poteſtatibus, Privilegiis, conſtitutionibus, Judiciis, protectionibus in Civitate eadem Keſmargkt, nec non extra eandem in ejus greniciis (o) metis, limitibus, tramitibus, ſilvis, aquis, piſcinis, ſtagnis, & eorum decurſibus, nec non & pratis, aggeribus cultis, & incultis, rubetis, & virgultis, in nullo exemptis; ſed in omnibus incluſis ita, quemadmodum a Divis Regibus ſupradictis Civitatenſibus gratioſius conceſſum eſt, & indultum, moreque aliarum Civitatum privilegiati ſtare, gaudere, frui, potiri in ſingulis occurrentibus, usque ad annos ſæpedicti præclariſſimi Domini Regis Ladislai &c. Domini noſtri gratioſiſſimi pro nobis, & pro omnibus noſtris Capitaneis, Vice-Capitaneis, Officialibus pacifice, ſine omni moleſtatione, compulſione, colore non uſitato, absque etiam perturbatione ſiniſtra reſidere, ſtare, morari, pauſare, ædificare, perſeverare, pacificeque quiete reſidere, ſicut ab initio mos fuit, tempore pacis, & conſuetudo: pleniſſimam ipſis omnibus Civibus contulimus poteſtatis facultatem; non poſtpoſitis tamen,

(o) Greniciæ; vocabulum ex Germanico detortum, Synonimum eſt metis, limitibus.

Digitized by Google

& neglectis reditibus, & cenſibus veris, & juſtis Regalibus, quos tempore ſuo, & more ſolito nobis, aut noſtris aſſignent, & ſine omni dilatione præſentare teneantur. In cunctis enim aliis illicitis, & inconſuetis taxis, & reditibus, proventibusque præfatos Inhabitatores in cunctis ſalvos habere volumus. Deliberavimus etiam, & volumus; imo pleno cum effectu promittimus, ſpondemus, & pollicemur ſub dignitate, & poteſtate noſtri Capitaneatus, quatenus præfatos Cives, & Incolas dictæ Civitatis Keſmargkt nullus Capitaneus Officialis noſter inantea, & deinceps contra antiquam eorum Civium conſuetudinem, aut perturbare, tribulare, & vexare tam in parvo, quam in magno, aut judicare audeat, & præſumat modo aliquali; niſi Regia Majeſtas, aut nos in perſona noſtra propria, & hoc omni jure mediante. Decrevimus etiam, & deliberavimus juxta Decretum hujus Inclyti Regni, quod nullus hominum de Mercatoribus, & Forenſibus extraneis de externis Regnis provenientibus, cum eorum bonis, rebus, pannis, ac aliis quibusvis Mercantiis ſe ad oppida, ſeu poſſeſſiones circumjacentes transferant; ſed ad Keſmargt, Leutſcha, & Caſſa per viam Regiam, & communem, & publicam ſtratam ſe transmittant, prout conſuetudo fuit ab antiquo; nec etiam in prædictis oppidis Civitatem Kezmargkt prædictam circumjacentibus, auſi ſint bona eorum, ac mercantias venundare, ſecundum antiquam hujus Regni conſuetudinem, ſub pæna amiſſionis hujusmodi rerum, bonorum, & mercantiarum, quæ præfati Cives de Kezmarkt nomine, & authoritate noſtra deſuper eis attributa, poſſunt recipere, & quo eis placuerit, dare, & quomodocunque libuerit ſecundum eorum melius videre, uſurpare; ſedut utique lex antiqua a Divis Regibus orta, & conceſſa vigorem in hac parte habeat, & non ſupprimatur. In omnibus autem aliis Donationibus juxta omnia, & ſingula capitula, Articulos, & puncta, quæ ab antiqua conſuetudine per ipſos Cives habita, & tenta ſunt: promittimus pro nobis, & omnibus nobis debite adhærentibus, in cunctis pro rato, & grato obſervare, obſervarique facere, usque ad proprium Regimen ſæpefati Illuſtriſſimi Domini Regis Ladislai, Domini noſtri gratioſiſſimi: absque omni dolo, arte, fraude, ac ſiniſtris machinationibus ſemper ſemotis. Promittimus etiam, ut præfatos Civitatenſes, fideles noſtros dilectos, in omnibus eorum libertatibus conſervare volumus, & contra quoslibet juſtitiam adminiſtrare tam verbis, quam etiam operibus; & ſignanter hujusmodi ſubſidia præſtare, quod poſſeſſiones Jaan, & Beke juxta eorum legitima documenta reſtituantur. Et ex caſu (quod Deus avertat) quo nos ab hac luce migrare contigerit, vitamque noſtram finire temporalem, ſecundum Altiſſimi voluntatem, & nutum Divinæ Majeſtatis; ex tunc Inclytiſſimo Principi, & Domino Domino Ladislao Regi Hung. &c. Domino meo gratioſiſſimo, & ejus ſucceſſoribus voce humillima, genibus provolutus, flexis poplitibus, & inclinato capite inſtantiſſimis precibus, quanto

humi-

Digitized by Google

humilius, & devotius poſſum, ſupplico; quatenus propter fidelia mea ſervitia ſuæ Majeſtati exhibita, hujusmodi donationem noſtram non minuere, verum potius quibuscunque modis, ſecundum ſuæ Regiæ Majeſtatis gratiam, pie dignetur condonando augmentare. Etiam affectamus, quod noſtri Capitanei poſt mortem noſtram, cauſa ſalutis animæ noſtræ, hujusmodi noſtras gratias minuere, aut quovis modo infringere non velint, & dignentur; ſed in quibus valuerint, augmentare. In cujus rei Teſtimonium, præſentes literas noſtras, ſigilli noſtri ſub appenſione fecimus, & juſſimus munimine reborari. Datum in Kezmark feria tertia prox. poſt Dominicam Lætare (p) Anno Domini MCDXLVII.

XI.

Georgius Rector Parochialis Eccleſiæ Kéſmarkienſis S. Michaelis, provocat ad ſedem Romanam, eo, quod Joannes Stock Præpoſitus Scepuſienſis ſibi juſtitiam adminiſtrare nollet. Datum in Nova Sancz. Anno Domini 1449.

EX AUTOGRAPHO.

In Nomine Domini Amen. Sub Anno Nativitatis ejusdem MCDXLIX. Indictione XII. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini Nicolai Divina Providentia Papæ V. anno ipſius III. die vero Lunæ, V. Menſis Maii hora tertiarum, vel quaſi in domo habitationis: Venerabilium Virorum Domini Johannis de Wielepole Archidiaconi Cayci, & officialis, nec non Petri Cuſtodis Collegiatæ Eccleſiæ S. Margarethæ in nova Sancz Presbyterorum Cracovienſis Diæceſis, in mei Notarii publici Teſtium plurimorum ad hoc vocatorum, ſpecialiterque rogatorum præſentia, conſtitutus Diſcretus Vir, Dominus Georgius Rector Parochialis Eccleſiæ S. Michaëlis, extra muros Civitatis Keſmarkth, propria in perſona ſponte conſtitutus, Strigonienſis Diæceſis Presbyter, via, modo, proceſſu, & forma, ſtante audientia in nova Sancz, viva voce præſentem appellationem cauſavit, & expreſſit queruloſe proponens: Quomodo in conſpectu Venerabilis, & Egregii Domini Johannis Stock, Capituli S. Martini in Scepus Præpoſiti, ſui Prælati, legitima in controverſia, & adverſus, quosdam Nobiles de Slawkndorff, & Conſules de Ne-

(p) Dominica Lætare; eſt quarta Verni jejunii, ſeu Quadrageſimæ.

Digitized by Google

Nerau, ac Cives de Kefmarkth videlicet: Bartholomæum Toportz, Janufch, & Schwartz Nykel dictos, Eccleſiaſtico jure proceſſit, & ſeriatim explicaſſet, quia a plurimis annis, & temporibus decimas juſtas, proventus, cum cæteris fructibus ipſum jure concernentibus ipſi non exſolviſſent, nec defacto poſt plurima monita ſolvere curent; ſed intimide, tanquam propria pro ſuis uſibus uſurparent, & retinerent, imo agros ſuos auſu temerario, & vi illata auferentes voluntarie colerent, & ſeminarent: quæ & ſupra prænarratus Dominus Præpoſitus, ſecundum tenorem querulantis dicitur non aſſumpſiſſe; imo omnem juſtitiæ impenſionem poſtulatam non impendiſſe, cujus quidem tenor appellationis ſequitur in hæc verba:

Coram vobis Venerabilibus, & Diſcretis Viris Dominis hic præſentibus, & adſtantibus, & te publico Notario, tanquam perſona autentica, & fideli teſte, ego Georgius Presbyter Eccleſiæ Parochialis S. Michaëlis, extra muros Civitatis Kefmarkh Rector, animo, & intentione appellandi dico, & allego, ac propono: Quomodo prænominatus Venerabilis, & Egregius Dominus Johannes Stock, Præpoſitus de monte S. Martini, mei partem adverſam, ſeu juſtos debitores, a quavis inſtantia indiſcuſſis partibus, ſimpliciter abſolvit, mihique Georgio ſilentium imponens, locum querulandi non admiſit, non admittendo ea, quæ jure fieri ſolita ſunt, nec curando Deum, aut ejus juſtitiam, nec exprimendo, vel aſſignando cauſam legitimam, cur? vel quare obligatores mei demerita mea, & juſta debita mihi ſolvere, aut reimpendere non deberent? cum tamen talia, teſtante Altiſſimo, juſte, & recte expoſtulo; fictitia vero, & falſas incuſationes adverſum me editas, & expreſſas a parte mihi adverſa plane ſuſcepit, & me contempſit, & ſic ego pauper Clericus humilitatis ſcapulis confuſus, abii orbatus omni juſtitia. Unde cum ex præteritis veri ſimiliter præſummitur de futuris, ego pauper, & humilis videns ipſum Dominum Præpoſitum mihi plurimum fore gravem, rigidum, moleſtum, & contrarium; videns, & patule conſiderans præſentiam horreo, & timeo de futuris; ex quo coram eo gravaminis metu operante, appellandi locum habere non poteram, ut puta ſi huc per amplius accederetur, plus gravari poſſem. Ad Sanctiſſimum igitur in Chriſto Patrem, & Dominum Dominum Nicolaum Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Papam V. & ad ejus Sanctiſſimam ſedem Apoſtolicam Sanctæ Romanæ Curiæ appello, provoco, & deduco, atque dies, & Apoſtolos inſtanter, inſtantius, inſtantiſſime mihi fieri peto, ſubjiciens me humiliter, & omnes etiam adhærentes meorum Protectorum, in manum prædictæ ſedis Apoſtolicæ: ſalvo quolibet jure, proceſſu, ac ritu Eccleſiaſtico motibus, & viis, juſtitia, voluntate progredi cupio: Domino favente.

Da-

Digitized by Google

Datum in nova (q). Sancz, Anno Indictione, Pontificatu, die, hora, loco notatis; præsentibus ibidem Honorabilibus, & Discretis Dominis: Johanne Plebano de antiqua Sancz, Johanne Plebano de Pywnitznaschya, Nicolao de Zeles in Kowa, Michaële de Sandecz Presbyteris Cracovienſis Diæceſis coram præmiſſa.

Et ego Nicolaus olim Laurentii de Illkuſch, Clericus Cracovienſis Diæceſis, Publicus Notarius authoritate Imperiali, prædictæ apellationis expreſſioni, & conqueſtui præſens interfui, eaque omnia, & ſingula ſic fieri vidi, & audivi. Ideo hoc publicum Inſtrumentum ad inſtantem petitionem prædicti Domini Georgii, manu propria confeci, in hanc publicam formam redegi, ſigno quoque, & nomine meis ſolitis, & conſuetis conſignavi rogatus, & requiſitus in fidem, & teſtimonium omnium prædictorum, ſeu præmiſſorum.

XII.

Ladislaus Poſthumus Rex Hung. mandat Keſinarkienſibus, ut cum Ladislao de Hunyad. Comite Biſztricienſi, contra Axamythum inſurgant. Dat. Wiemæ Anno Domini 1453.

EX AUTOGRAPHO.

Ladislaus Dei Gratia Hung. Bohem. Dalm. Croat. &c. Rex, Auſtriæque, & Styriæ Dux, nec non Marchio Moraviæ &c. Fidelibus noſtris Judici, Juratis, cæterisque Civibus, & toti communitati Civitatis noſtræ Késmark ſalutem, & gratiam. Certa relatione didicimus, quomodo nonnulli latrunculi ſumpta occaſione noſtræ abſentiæ, ſub nomine, & ductu cujusdam Axamyth (r) congregati in Terra noſtra Scepus. & partibus illis vicinis, erectis fortalitiis, plurimas hominum, & rerum prædas faciunt, ac Incolis illarum

(q) Sancz, Schoncz, Sandecium: gemina Urbs in Palatinatu Cracovienſi, haud longe a Popradi, & Dunajeczi confluente; neque adeo magno intervallo à ſe disjuncta, nova altera, altera vetus. Illa gaudet Eccleſia Collegiata ab Sbigneo Cardinali, & Epiſcopo Cracovienſi Anno 1447. fundata; vetus tumulo potiſſimum D. Cunegundis, Virginis Hungaræ celebratur.

(r) De hoc Axamytho plura occurrent Analector. Scepus. Parte II.

Digitized by Google

larum partium multa ingerunt mala, & nocumenta; & quod adeo jam eorum præſumptio invaluit, ut noviſſimis diebus, plures noſtros fideles ad eos compeſcendos congregatos, in campeſtri bello conflixerint. Cupientes igitur tempeſtive eorum malitiæ reſiſtere, fidelem noſtrum Spectabilem, & Magnificum Ladislaum de Hunyad. comitem Biſztricienſem, ac Regnorum noſtrorum Dalmatiæ, & Croatiæ prædictorum Banum, contra præfatos malefactores in ſubſidium illius terræ duximus deputandum. Quapropter fidelitati Univerſitatis Veſtræ firmiter præcipientes mandamus, quatenus viſis præſentibus, dum & quam primum per dictum Comitem Ladislaum, aut homines ſuos, cum literis ſuis requiſiti fueritis, in continenti omnes univerſaliter, cum omnibus veſtris Ingeniis (s) exercitualiter inſurgentes illuc, quo præfatus Ladislaus Comes commiſerit, proficiſci, & contra præfatos prædones ea omnia agere debeatis, quæ ipſe Comes Ladislaus dixerit facienda; ſecus ſub pœna graviſſimæ noſtræ indignationis facere non auſuri. Datum Wiennæ feria VI. proxima ante feſtum Pentecoſtes. Anno Domini MCDLIII. Regni autem noſtri Anno XIII.

XIII.

Arma, & Uſus Ceræ rubeæ Kéſmarkienſi Urbi collatus, per Mathiam Regem Hung. Budæ Anno 1463.

EX APOGRAPHO.

Nos Mathias Dei Gratia Rex Hung. Dalm. Croat. &c. memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit univerſis: Quod nos, cujus Officii ex debito ſuſcepti Regiminis intereſt, ſingulorum Fidelium ſubditorum meritis, in illis præcipue rebus, quæ eorum voluntati, & honori conducere videntur, promptam offerre benevolentiam, reſpectum habentes ad illibatæ fidei conſtantiam, ac fidelium obſequiorum gratuita merita, & ſinceræ devotionis zelum, fidelium noſtrorum univerſorum Civium, populorumque, & Inhabitatorum Civitatis noſtræ Keſmark, quam ipſi ſemper, & continue, uti procerto edocti ſumus, & non paucorum; imo plurimorum fidelium noſtrorum Teſtimonio luculentius accepimus, retro actorum temporum curriculis, præſertim vero eo tempore, quo illi Latrunculi Bohemi noſtri, & Regni noſtri æmu-

(s) Ingenia: apud corruptæ Latinitatis Scriptores vocabantur machinæ bellicæ; quales ſunt arietes, petrariæ &c. V. Edmundi Martene Theſauri Novi Anecdotorum Tom. III.

æmuli, ſuperiores partes ipſius Regni noſtri multiplicibus invaſionibus, damnorum illationibus, Civitatum, Oppidorum, ac Villarum combuſtionibus deſolabant, deprædabantur, & dilapidabant, ad Regiam Majeſtatem, & per conſequens Sacram Regni noſtri Hung. coronam in variis tribulationibus conſtituti, & timoribus concuſſi, quantum potuerunt, illibate habuerunt, & conſervaverunt; volentes eosdem veluti bene meritos, Regiæ munificentiæ dono amplius honorare, ut ſicuti hactenus, ſic & de cætero ſincerioris fidei zelo, & ferventi promptitudine incaleſcant, reddanturque ad noſtræ Majeſtatis grata ſervitia tanto ferventiores, quanto noſtram erga ipſos, & eorum profectum gratiam exuberare plenius perſenſerint, ipſis, & eorum poſteris hæc Arma, ſeu Armorum inſignia, quæ in medio præſentium literarum noſtrarum (t) arte pictoria, ſuis appropriatis, & diſtinctis coloribus ſingillatim manifeſte exiſtunt denotata, & expreſſata; animo deliberato, & ex certa Majeſtatis noſtræ ſcientia dedimus, donavimus, & contulimus; imo ex ſuperabundantiori noſtræ ſpecialis gratiæ concedimus, & preſentibus elargimur, ut eadem Civitas, & communitas prædicta Arma, ſeu Armorum Inſignia, more aliarum Civitatum noſtrarum armis utentium, ammodo in antea ubique in præliis &c. inſignitos fore dici volumus, & honorari geſtare, ac omnibus, & ſingulis gratiis, honoribus, & libertatibus, quibus aliæ Liberæ Civitates noſtræ Armis utentes quomodolibet conſuetudine, vel de jure fruuntur, & gaudent, hujusmodi Armis frui, & gaudere poſſint, & valeant. Præterea ipſis, & eorum poſteris hanc ſpecialis noſtræ gratiæ prærogativam dandam duximus, & concedendam, ipſisque annuimus, & conceſſimus per præſentes; ut ipſi amodo deinceps perpetuis ſucceſſivis temporibus univerſis, ſigillo eorum Civitatis prænotatæ univerſas, & quaslibet literas, quacunque de cauſa in eorum medio emanandas, cera coloris rubei (u) ſigillare, hujusmodique ſigillo in cera ipſa quibuscunque li-

 teris

(t) Verſibus autem ſic nonnemo expreſſit:

En! Civitatis iſta ſunt Kaismarciæ
Regale donum, Inſignia:
Scuti profunditas aperte triplices
Ductus coloris candidi
Oſtendit: hos ſuper decenter occupat
Campum, rubentis flos roſæ:
Quem rite trasverſum, locati muniunt
Enſes acuto cuſpide:
Hos inter aureis Corona faſciis,
Addit probe coronidem;
Scutum ſed ipſum ſuſtinendo, fortiter
Adſtans tuetur Angelus.

(u) Veteres Hungariæ Reges in ſignandis literis flava potiſſimum cera utebantur, quod Sigilla Belæ IV.; aliorumque facile evincunt. Candida, vel viridis: Capitulis, Comi-

teris ipſorum appenſo, ſeu appreſſo provide, ac præciſe, ſicuti literis, ſeu ſigillo aliarum Civitatum noſtrarum, coloris ſimilis in ſigillo utentium vigor, & fides exhibeatur quoad plenum. Harum noſtrarum, quibus Secretum Sigillum noſtrum, quo ut Rex Hungariæ utimur, eſt appenſum vigore, & Teſtimonio literarum mediante. Datum Budæ in feſto B. Anthonii Confeſ. Anno Domini MCDLXIII.

XIV.

Emericus de Zapolya mandat Keſmarkienſibus, ut ſe contra imminentem hoſtem muniant. Datum in Caſtro Scepus. Anno Domini 1472.

EX AUTOGRAPHO.

Emericus de Zapolya Comes Perpetuus Terræ Scepus. Prudentes, & Circumſpecti nobis ſumme dilecti. Decreveramus his diebus nos perſonaliter in veſtri medium conferre, ſed occurrentibus arduis rebus Domini noſtri gratioſi, Domini Regis, & Regni ſui, opus fuit nobis hucusque noſtram mentem mutare, & abhinc recedere, & quia plures novitates ad nos ex parte hoſtium, & æmulorum deferuntur, quas nos non dubitamus & vos audiſſe, & in re accepiſſe, quanta mala ipſi hoſtes machinentur (x). Cum autem hujusmodi machinatus eorum ſiniſtri præveniendi ſunt, mandamus veſtris dilectionibus; quatenus penſatis rebus imminentibus, quæ ventura ſunt, velitis providere de armis, Ingeniis, & aliis rebus, quæ pro defenſione Civitatis noſtræ, &

Comitatibus, Civitatibus in uſu erat; quanquam & Reges ipſi alterutram interdum adhibebant; donec rubra invaluiſſet & aptior, & mollior. Ad quam autem ætatem ejus uſus in Hungaria referri debeat? multam profecto monumentis adſtrueret fidem, qui detegeret. Illam certe ita ſibi videntur propriam feciſſe Poſteriores Reges, ut inferioribus rubra uti vix liceret, niſi Principis Privilegio muniti eſſent. Patet id ex tot literis Familiarum, Provinciarum, Urbium. Sic Cibinienſis in Hungaria Civitas Anno primum 1589. bona Ferdinandi venia, rubea cera uti cœpit; Comitatus Scepus. Anno 1624. Comitatus Abaujvar. 1659. &c. Demum ut & hoc addam nigri quandoque, & cinerei coloris cera, Inſtrumenta ſignata reperiuntur, non facile tamen publica; privatorum plerumque erant, cum vel luctum teſtabantur, vel triſtem Nuncium ferebant.

(x) Polonos intelligit, qui ex oris Vaganis ab Mathia Rege dejecti, bellum maioribus viribus novaturi ferebantur; ſed illud induciis, quæ haud multo poſt coaluerunt, compoſitum eſt. V. Dlugoſſ. Hiſt. Polon. Libr. XIII.

Digitized by Google

& ſuorum conſervatione eisdem neceſſaria videbuntur, cum Civitas illa felix cenſeri debeat, quæ tempore pacis timet bella; nam ſcite, quod vos inter omnes alios ſubditos noſtros ſpeciali quodam noſtro favore conſervamus, nec vos aliqua vexatione impediendi eſtis. Conſulentes igitur pro veſtro commodo, quæ pro Civitatis noſtræ ſalute agenda ſunt, ea proinde, cum tempus ſe offert, provideatis. Datum in Caſtro noſtro Scepus. feria VI. poſt Dominicam Oculi (y). Anno Domini MCDLXXII.

XV.

Epiſtola Miſcellanea ejusdem Emerici de Zapolya ad Keſmarkienſes. Dat. Papæ Anno Domini 1485.

EX AUTOGRAPHO.

Emericus de Zapolya Comes Perpetuus Terræ Scepus. Prudentes, & Circumſpecti nobis dilecti. Accepimus literas Veſtras, in quibus ſcribitis, quod D. Præpoſitus Scepuſienſis ſuper vos decimas Lectoratus exigere vult. Ideo tunc nos ſcripſimus jam Præpoſito, ut proroget ad adventum noſtrum; tandem nos meliore modo diſponemus, & etiam ubi ſcribitis, quod Triceſimatores forum veſtrum impediant, tunc Deo dante his diebus cum Regia Majeſtate conſtituti, & cum ſua Majeſtate ſuper his mentionem facere volumus, & taliter providebimus, quod tales, qui forum veſtrum impedient, certe impune non pertranſibunt. Cæterum novitates, quas ſcribitis de Regno Poloniæ, audivimus; ſed nos credere non poſſumus, quod Rex Poloniæ congregaret gentes contra Regnum Hungariæ: ex quo ſunt vicini boni amici, & quascunque novitates audire poteritis, nobis perſcribatis. Jam nos propius erimus, & abhinc hodie iter accipiemus verſus Budam, & homo veſter, quem ad nos miſiſtis, nos Budæ exſpectet; ſed hunc latorem præſentium non mittatis, quia eſt valde piger in equitando, qui in tredecim diebus ad nos pervenit, & unus velox in quinque diebus ad nos venire potuiſſet. Cæterum circa cuſtodiam Civitatis die, & nocte videatis, prout jam ſuperius commiſimus, ita & nunc committimus. Inſuper bonum eſſet, ut in Junio faciatis lapides fabricare pro Eccleſia (z), tandem labor citius finiretur. Ex Caſtro noſtro Papa, ſecundo die B. Luciæ Virginis MCDLXXXV.

(y) Dominica Oculi: ſeu tertia verni jejunii.
(z) Intelligo Paræciali S. Crucis, quæ illis temporibus ſupremam manum accipiebat.

Digitized by Google

XVI.

Epiſtola Gregorii Gebel ad Keſmarkienſes, qua eis nova perſcribit. Ex Caſtro Scepus. Anno Domini 1491.

EX AUTOGRAPHO.

Prudentes ac Circumſpecti Domini, & Amici Honorandi. Scire vos cupio, quod Sereniſſimus Dominus Rex Hung. & Dux Albertus concordati ſunt; & Poloni Domini jam de Regno exibunt; Regia autem Majeſtas intravit ad Civitatem Caſſoviam. Iſta informare voluimus. Ex Caſtro Scepus. Feria V. ipſo die B. Mathiæ Apoſtoli. Anno MCDXCI.

Gregorius Gebel Caſtell.
Caſtri Scepus.

XVII.

Bulla Julii II. Papæ, in cauſa Stanislai de Abramovitz Capellani Keſmarkienſis variis injuriis affecti, ut in integrum reſtituatur. Dat. Romæ Anno Domini 1507.

EX AUTOGRAPHO.

Julius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei Venerabili Fratri Joanni Epiſcopo Laodicenſi, in Civitate Cracov. commoranti, & Dilectis Filiis Johanni de Jakubow Canonico Eccleſiæ Cracov. — — ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sua nobis dilectus Filius, Stanislaus de Abramovitz perpetuus Capellanus ad Altare OO. SS. ſitum in Eccleſia S. Trinitatis, in Oppido Kezmargk Strigon. Diæceſis petitione monſtravit. Quod cum alias, tum Conſules dicti Oppidi, non absque injectione manuum in eum, Dei timore poſtpoſito, temere violenta ipſum Stanislaum perpetua Capellania, quam ad dictum Altare obtinebat, in quibusdam literis, & documentis ad ipſam Capellaniam pertinentibus, per violentiam ſpoliaſſent, eumque auſu ſacrilego carcerali cuſtodiæ mancipare præſumſiſſent; dictus Stanislaus eosdem Conſules primo coram ſuo Archiepiſcopo Strigonienſi, ſeu ejus Officiali, & deinde, quia tunc Archiepiſcopus,

Digitized by Google

pus, ſeu ejus Officialis juſtitiam ſuper hoc eidem non adminiſtraverat, Apoſtolicas ſuper hoc ad Nicolaum de Scepo, & Eucharium Canonicos Eccleſiæ Agrienſis, ac Vicarium Venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Agrienſis in Spiritualibus Generalem Literas ſub certa forma impetravit, & illarum vigore ipſos Conſules, & Emericum Plebanum, Chriſtoferum Capitaneum, Vincentium Judicem, Valentinum Sartorem, & quosdam alios eorundem in hac parte complices, petendo eosdem condemnari, & cogi, ac compelli ad dictam Capellaniam ei relaxandam, ſeque ad illam, reſtituendum, & dandum, ac reſtituendum ſibi literas, & documenta, ac ſatisfaciendum eidem coram dictis Canonicis, & Vicario traxit in cauſam, & quia Canonici, & Vicarius prædicti in cauſa hujusmodi, licet pro parte dicti Stanislai loco, & tempore congruis requiſiti fuiſſent, procedere, & ſuper præmiſſis ſibi juſtitiam miniſtrare expreſſe denegarunt, pro parte ejusdem Stanislai ſentientis ex hoc indebite ſe gravari, ad ſedem Apoſtolicam fuit appellatum. Quocirca cum dictus Stanislaus, ſicut aſſerit, Civitatem, & Diæceſim Strigonienſem non audeat intrare ſecure; diſcretioni Veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, auditisque, hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit, apellatione remota, decernatis; facientes, quod decreveritis, per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, apellatione ceſſante, compellatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes his exſequendis potueritis intereſſe, duo, aut unus veſtrum ea nihilominus exſequatur. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDVII. Idibus Febr. Pontificatus noſtri Anno V.

XVIII.

Keſmarkienſium Immunitas a ſolutione Telonii Palocſenſis. Dat. in Caſtro Plawecz Anno Domini 1508.

EX AUTOGRAPHO.

Michaël de Lommicza, Capitaneus Caſtri Rychnow, nec non Dominus, & Hæres Caſtri Plawecz univerſis, & ſingulis præſentes inſpecturis, ſignanter Prudentibus, & Circumſpectis Dominis; Judici, Juratis, totique Communitati Civitatis Kayſmarck ſalutem cum honore. Quia ſæpiſſimis vicibus honoris exhibitionem ab eisdem Civibus ſuſceperimus, nihilominus & petitio-

Digitized by Google

titiones ſuas reſpexerimus, cum eorum donationibus Regiis ſuper libertate Theloneorum in toto; & Inclyto Regno Hung. deſuper habitis, admonitioneque præhabita Dominorum meorum gratioſiſſimorum, eisdem Civibus, & totius hujus Comitatus Incolis, & Inhabitatoribus quibuscunque, & ſingulis in Caſtro meo Plawecz dicti Thelonei libertatem perpetue conſervaturum confero, imo & prædictos Cives, ſive ſingulos Inhabitatores Civitatis ſupradictæ, absque Thelonei ejusdem ſolutione liberos, & exemptos perpetue conſervare volo, præſentium noſtrarum vigore, ſigillo meo conſueto munitarum. Datum in Caſtro (aa). Plawecz feria III. proxima poſt feſtum S. Gregorii Papæ Anno Domini MDVIII.

XIX.

Wladislai II. Regis ad Keſmarkienſes Mandatum, quo groſſos Polonicos acceptari vetat. Dat. Budæ Anno 1512.

EX AUTOGRAPHO.

Wladislaus Dei Gratia Rex Hung. & Boh. &c. Fidelibus noſtris Prudentibus, & Circumſpectis Judici, & Juratis Civibus ac toti Communitati Civitatis Kezmark ſalutem, & gratiam. Accepimus non ſine diſplicentia monetam ſive pecunias Polonicales, groſſos nuncupatas, in medio veſtri jam adeo eſſe multiplicatam, & in tantum excreviſſe, ut plures ex vobis negotiationem, & queſtum ſuum exercere volentes: in cenſu, & uſu monetæ ipſius magnum, & notabile damnum quandoque patiantur; ex eo maxime, quod dum, & quandocunque fideles noſtri Hungari monetam ad Regnum Poloniæ, gratia quarumcunque mercium, rerumque intrarent: ex tunc ab iisdem moneta ipſa per Polonos longe in minori pretio æſtimaretur; quod etiam ipſis Quæſtoribus conſtaret, pro rebus eorundem areſtentur, ſicque cum damno ipſorum fideles ſubditi noſtri. — — Unde nos volentes in hoc indemnitati veſtræ, & cæterorum etiam ſubditorum noſtrorum illius Comitatus Scepus in tempore conſulere, mandamus, & committimus fidelitati veſtræ harum ſerie ſtrictiſſime; quatenus ſtatim viſis præſentibus, id imprimis palam, & manifeſte faciatis proclamari, ut ammodo nullus omnino veſtrum, ſeu populorum, & Incolarum ad

(aa) Plawecz alias Palocſa Arx Provinciæ Saroſienſis, in edito colle, ad amnem Popradum.

Digitized by Google

ad vos pertinentium, præſcripta moneta Polonicali uti, illamque a Polonis pro quibuscunque rebus ſuis venditione, expoſitioneque accipere præſummatis; ubi autem per quempiam veſtrum, vel ad vos pertinentium huic edicto, & mandato noſtro contraveniretur in aliquo; extunc commiſimus, & præſentibus ſtrictius committimus, atque omnimodam authoritatem noſtram dedimus Comitibus, vel Vice-Comitibus, & Judlium dicti Comitatus Scepus. ut ipſi vos, & quemlibet veſtrum, ac ad vos pertinentium, ad obſervandum in præmiſſis hæc mandata noſtra, non ſine gravi damno, & incommodo veſtro, per omnia opportuna remedia arctius compellant, & adſtringant. Secus igitur facere nulla ratione audeatis. Præſentibus perlectis exhibenti reſtitutis. Datum Budæ feria IV. proxi. poſt feſtum Aſſumpt. B. M. V. Anno Domini MDXII.

XX.

Franciſcus de Batthyan ſcribit Késmarkienſibus, ut homines ſuos immittant in bona Késmarkienſia ſibi ab Rege donata. Datum Budæ. Anno Domini 1527.

EX AUTOGRAPHO.

Prudentes, ac circumſpecti nobis dilecti, ſalutem cum favore. Miſimus illo ad occupationem illorum bonorum, per Majeſtatem Regiam Dominum noſtrum gratioſiſſimum donatorum hos Nobiles: Nicolaum Sankonem, & Franciſcum Kiſs familiares noſtros; hortamur itaque vos, & etiam committimus vobis, quatenus eosdem non ſecus, quam nos ipſos audire, & in omnibus eis obtemperare, & ea, quæ dixerint vobis, facere debeatis. Nos enim in brevi illac ſumus venturi, & quidquid ad libertatem veſtram pertinet, omnia ſumus facturi ita, quod ea bono a nobis accipietis animo; credimus enim & vos id, quæ ad commodum, & utilitatem noſtram ſunt, facturos, & prout aliis Dominis, ſic & nobis fideliter parituros. Datum Budæ feria II. infra Octavas Viſitationis Mariæ. MDXXVII.

Franciſcus de Batthyan C.
Comitatus Caſtri ferrei.

Digitized by Google

XXI.

Ferdinandus I. Rex Hung. ſignificat Keſmarkienſibus, eorum juramentum ſibi jam eſſe notum, & Privilegia confirmanda promittit. Datum Pragæ Anno Domini 1528.

EX AUTOGRAPHO.

Ferdinandus Dei Gratia Rex Hung. &c. Prudentes & Circumſpecti &c. Cum ex nunciis, & ſupplicatione veſtra, tum etiam teſtimonio Reverendi Johannis Præpoſiti Scepus. plane intelleximus, quomodo juramentum fidelitatis loco Majeſtatis noſtræ, eidem Præpoſito Tempore (a) Capitaneatus ſui præſtitiſtis, de quo cum antehac ita abunde nobis non conſtiterit, & modo hujusce rei & ſingulare documentum, & pleniorem declarationem acceperimus, viſum eſt Majeſtati noſtræ, ut huic ſupplicationi veſtræ uſque ad uberiorem informationem noſtram acquieſceremus. Commiſimus itaque fideli noſtro Egregio Ludovico Pewkri Capitaneo, ut ipſe ad ulteriorem informationem noſtram, in ea re vos moleſtare non debeat. Quantum autem ad confirmationem Privilegiorum veſtrorum attinet, ſcripſimus, & mandavimus Reverendiſſimo in Chriſto Patri Domino, Thomæ Epiſcopo Agrienſi, Cancellario noſtro, ut ea, quæ licite confirmanda erunt, ſub Sigillo noſtro Hungarico confirmare debeat. Datum Pragæ in Feſto B. Sophiæ, & Filiarum ejus Anno Domini. MDXXVIII.

XXII.

(a) Joannes Horvath de Lomnicza præter Præpoſituram Scepuſienſem, Ferdinandi etiam militiæ, quæ in Arce Scepuſienſi excubabat, Præfecturam aliquo tempore adminiſtrabat, ut Conradus Sperfogel, & Georgius Moller, quos Analect. Scepuſ. Part. II. dabimus, docent.

Digitized by Google

XXII.

Mandatum Ferdinandi Regis ad Ludovicum Pekry, ut Arces Késmark, & Ujvár tradat Franciſco de Batthyan. Datum Poſonii Anno Domini 1528.

EX AUTOGRAPHO.

Inſcript. Egregio Ludovico Pewkry de Petrowyna, Capitaneo Gentium noſtrarum levis armaturæ, fideli nobis dilecto.

Ferdinandus Dei Gratia Rex Hung. & Boh. &c. Egregie, Fidelis nobis dilecte. Commiſeramus tibi ſuperioribus diebus, ut Arces Késmark, & Ujvár (b) cum primum fieri poſſet, occupare, & in manibus tuis accipere deberes in eum finem, ut eas fideli noſtro Magnifico Franciſco de Batthyan, Regnorum noſtrorum Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ Bano, cui per nos ſunt donatæ, aſſignares, quæ jam ad manus tuas devenerunt. Fidelitati tuæ mandamus, ut viſis præſentibus, præter omnem difficultatem præfato Bano, aut hominibus ſuis præſentium oſtenſoribus; præſertim ubi idem Banus de ſuis debitis tibi ſatisfecerit, reſignare omnino debeas. Præſentes, facta reſtitutione Caſtrorum, pro tua reſerves expeditione. Datum Poſonii feria VI. poſt feſtum B. Catherinæ Virg. Anno Domini MDXXVIII.

XXIII.

Hieronymus de Lasko promittit Késmarkienſibus Theſaurum Eccleſiæ reſtituendum, hortatur eos ad concordiam & cuſtodiam Urbis. Datum Cracoviæ Anno Domini 1531.

EX AUTOGRAPHO.

Prudentes, & circumſpecti fideles noſtri chariſſimi. De benevolentia erga nos exhibita, a vobis grate accepimus, cognovimus veſtram diligentiam,

(b) Ujvár, Latinis novum Caſtrum. Plures ſunt hujus nominis Arces in Hungaria. Hic intelligitur Lyptó Ujvár, ſeu Hradek in Provincia Lyptovienſi ad confluentes Vagi, & Belæ fluviorum.

Digitized by Google

& humanitatem, quam nobis oſtenditis, cognoſcetis in brevi vobis per nos rependere. Clenodia veſtræ Eccleſiæ, quæ pro neceſſitate noſtra nobis per Martinum Notarium fidelem noſtrum miſiſtis, ab eodem ſuſcepimus; profecto feciſtis nobis rem pergratam: quæ clenodia vobis pollicemur ad Feſtum Nativitatis Domini proximum intacta remittere, nullam in eo habeatis diffidentiam; ſitis etiam conſtantes, & unanimes inter vos, cum bona proviſione Civitatis, non curetis veſtrorum Æmulorum minas: ſentietis nos vobis fore Dominum gratioſum, properamus citiſſime, ut de pace veſtra, ac aliorum, Deo favente, providere curabimus. Scripſimus etiam ad Tarnow Civibus, ut vobis pulveres pyxidum centenarios tres mittant, nosque pro eis eisdem ſolvemus, & vobis in ſubſidium muneramus, vosque de vectura provideatis. Cætera per nos commiſſa dicet Notarius veſter, cui fidem nomine noſtro adhibeatis, & tandem vos bene valere optamus. Datum Cracoviæ feria VI. poſt feſtum S. Lucæ Evang. Anno Domini MDXXXI.

Hieronymus de Lasko Palat. Sirad.
Vajvoda Tranſylv. &c.

XXIV.

Epiſtola Mathiæ Loboczky ad Késmarkienſes, qua eis inſinuat cladem Budenſem, Conventum Eperieſſienſem, monetque, ut Urbem contra Caſſovienſium inſidias cuſtodiant. Datum in Arce Tharkew. Anno Domini 1541.

EX AUTOGRAPHO.

Optimæ famæ, & prudentes Domini, Amici honorandi ſalutem. Quid boni Dominationibus veſtris ſcribere debeam, non habeo. Noſtri Almanni funditus ſunt ſub Buda per Turcas proſtrati. (c). Die Dominico proximo fuimus in Epperjes congregati, ubi Univerſitas Nobilium Sedis Sáros, & Scepus, nec non & omnium Comitatuum Nuncii aderant. Conſuluimus invicem, quomodo nos a Turcica manu ſalvare poſſemus; Deus tamen novit, an con-

(c) De hac clade videſis Iſtvanffium ad Annum 1541.

Digitized by Google

consilia nostra aliquid proficient. Ego ipse libenter ad D. V. venirem, verum ob varias turbationes in isto motu, nunc nullo modo venire possum. Nunc iterum die Dominico proxime futuro omnes in sede constituemur; tamen absolutis hujuscemodi negotiis, curabo ad D. V. venire. Nihilominus D. V. pro fidelitate erga suam Magnificentiam, Dominum vestrum hortor, ut Dominationes Vestræ provideant bene Civitatem. Tantum enim vos a Cassovienfibus, quantum a Muranyienfibus, ac Civitatibus Regis Poloniæ custodire debetis; ne aliquid adversi, & perfidiæ vobis ab istis, sub hoc adverso casu cædis nostrorum immineat. Curent igitur Dominationes Vestræ se omnibus modis custodire, & Civitatem bene providere. Valeant Dominationes Vestræ feliciter. Ex Arce (d) Tharkew ultima Augusti MDXLI.

Mathias Loboczky Regiæ Majestatis
Consiliarius, in Tharkew &c. Dominus.

XXV.

Epistola ejusdem Mathiæ Loboczky ad Késmarkienses, qua eis significat, se cum Indigenis Hungaris constitutum esse Tutorem prolium Hieronymi Laszky. Datum in Castro Késmark. Anno Domini 1546.

ED AUTOGRAPHO.

Inscript. Optimæ famæ, ac Prudentibus Dominis Judici, & Juratis Civitatis Kesmarc. Amicis honorandis.

Domine Judex Salutem, & hunc Annum novum vobis una cum universis Civibus, ac Incolis hujus Civitatis felicem esse cupio. Libenter ipse personaliter vobiscum collocutus fuissem: Sed cum mihi adhuc amica (e) apud

(d) Tharkew vel Tarkö: Arx in Provincia Sárosiensi, familiæ olim Tharczaiana. Possidebat eam aliquamdiu hic idem Mathias Loboczky Polonus, postea quam duxit Dorotheam Bánfi, Nicolai Tharczai, qui ad Mochaczium occubuit, Viduam.

(e) Amica id est: amicitia, vel fides.

Digitized by Google

vos ſuſpecta ſit, ſcriptis hæc breviter, quæ loqui debebam, vobis committo. Convocetis itaque univerſitatem hujus Civitatis, & declaretis eis nomine meo, quod Regia Majeſtas Romanorum Rex, Dominus noſter clementiſſimus, propter multos, & arduos reſpectus non vult amplius, ut Palatinus Sandomirienſis, & Bonner Caſtellanus Byeczenſis, aliquid Imperii Vigore Tutorio hic in hanc Civitatem & in alias hæreditates puerorum olim Magnifici Hieronymi Laſzky, hic in Hungaria habeant. Proinde vos una cum cæteris Civibus moneo, & authoritate Suæ Majeſtatis, & mea committo vobis: ne amplius illis hoc eſt: Palatino Sandomir. & Caſtellano Byecz obediatis, etſi quas litteras ad vos ſcripſerint, aut dederint, committendo, vel imperando vobis aliquid, ut easdem literas ſtatim in Manus Capitanei Caſtri hujus, Cæterorumque Nobilium Servitorum meorum, illi per me adjunctorum tradatis. Secus ſub pœna Regiæ Majeſtatis, & mea arbitraria non facturi. Nam ſcitote Majeſtatem ſuam Regiam, Dominum noſtrum clementiſſimum, non ob leves cauſas mihi alios Collegas ad hanc Tutoriam puerorum adjunxiſſe, & dediſſe, tales videlicet Dominos, qui ſunt indigenæ Regni hujus Hungariæ, & fideles ſuæ Majeſtatis ſubditi. Cum his vos Domine Judex, atque cæteros Cives Civitatis hujus pro hoc novo Anno bene, ac feliciter valere cupio. Datum ex Caſtro Késmark IV. Januar. Anno Domini MDXLVI.

Mathias Loboczky Conſiliar. Regius
manu ſua ppria.

XXVI.

Albertus a Laſzko ſpondet opem Késmarkienſibus, cum ab Sebaſtiano Tökölyi premerentur. Dat. Viennæ Anno Domini 1580.

EX AUTOGRAPHO.

Prudentes, & Circumſpecti &c. Non ſine anxietate animi mei, literas veſtras mihi per Kunczyum traditas perlegi, condoleo enim tantas moleſtias, atque gravamina veſtra, quæ per hoc ſpatium temporis vobis in hac varietate inferuntur; non enim ut fideles ſubditos, ſed ut liberos meos, amore vos proſequi ſemper conſuetus ſum, propter eximiam fidelitatem, animumque veſtrum propenſum erga me, quem ſemper in vobis experior, nec in poſterum experiri dubium mihi eſt. Sciatis itaque in omnibus me tantam operam daturum,

ut

Digitized by Google

ut vobis brevi ſubvenire queam, non parcendo ſumptibus, laboribusque meis; de quibus latius ex præſentium Exhibitore intellecturi ſitis, cui ſingula, ac omnia oretenus vobis nomine meo referre commiſi, eique in omnibus indubiam fidem adhibere debebitis tam de ſolutione cenſuum, quam de mutatione Dominorum, (f) nec non de controverſiis metarum cum Georgio Jó, ad quem quoque literas noſtras dedimus, vobis tamen primo perlegendas neceſſe fore exiſtimavimus. Valere itaque vos in omni felicitate a DEO Optimo Maximo precamur. Datæ Viennæ die VI. Julii. MDLXXX.

Albertus a Laſzko Mppria.

XXVII.

Idem Albertus a Laſzko ſignificat Késmarkienſibus, ab Rege Poloniæ ſibi eſſe collatum Capitaneatum Scepuſienſem. Datum Varſaviæ Anno Domini 1581.

EX AUTOGRAPHO.

Prudentes, & Circumſpecti &c. Etſi de noſtra erga vos benevolentia, præcipuoque amore, quo vos non aliter, ac liberos noſtros complectimur, jam vobis bene conſtat; tamen nolumus prætermittere habita ſcribendi occaſione, quin vos literis noſtris inviſeremus, de iſtaque ſingulari noſtra erga vos gratia firmiores, certioresque redderemus; ſignificantes vobis, nos Divina favente gratia in bona, proſperaque valetudine in Poloniam, Patriam noſtram veniſſe; ubi a ſua Majeſtate imprimis alacri animo, lætoque vultu excepti, non ſine etiam applauſu, gaudioque ſingulari Servitorum ſuæ Majeſtatis præcipuorum exoptati exſtitimus. Pro ea autem vice ſua Majeſtas Dominus noſter clementiſſimus illa XIII. oppida, vel, ut vocant, Capitaneatum ſcepuſ. Civitati noſtræ Kiezmark vicina nobis dedit, Domino Maczejowszki (g) certa ſumma pecuniæ contento reddito. Hanc vero donationem durante

(f) Quot Heros intra breve tempus Kesmarkinum habuerit, patebit ex Analectorum Scepus. Parte altera, ubi Hiſtoriam ejus Urbis daturi ſumus.

(g) Qui præerat Lubloviæ, & XIII. Oppidis Scepuſienſibus, Regno Poloniæ in pignus datis.

Digitized by Google

te vita noſtra nobis conceſſit; majora, oblata occaſione nobis promittens. In ſumma ſuam Majeſtatem Regiam plus quam exiſtimabamus, gratiolum Dominum reperimus. Itaque eſtote bono animo, nam brevi Deo Volente vos viſuri ſumus; nec vobis unquam, etiamſi vitam amittere deberemus, deerimus; & ſciatis certo, quod jam habemus firmas rationes, quibus vos meos fideles Cives, liberosque chariſſimos brevi eliberabimus, de quibus hactenus. Cum his vos Altiſſimi protectioni committo. Datæ Varſaviæ VI. Aprilis Anno Domini MDLXXXI.

V.

DIPLOMATA RES URBIS LEUTSCHOVIENSIS ILLUSTRANTIA.

I.

Bela IV. Rex donat terram quatuor aratrorum in Nadoſth Geubulino, & Termanno Fratribus. Datum Anno Domini. 1258.

EX APOGRAPHO.

Bela Dei Gratia, Hungariæ Dalmatiæ &c. Rex omnibus Chriſti fidelibus tam præſentibus, quam futuris præſens ſcriptum inſpecturis, ſalutem in Omnium Salvatore. Ut donationes Regum perpetua firmitate ſolidentur, literarum ſolent teſtimonio communiri. Proinde ad univerſorum, notitiam præſentium tenore volumus pervenire; quod cum terram Nadosth de Zypes hoſpitibus Sclavis dederimus, ut nobis de eadem cenſum ſolvant, ſicut in ipſorum Privilegio uberius continetur, terram quatuor aratrorum, quæ ex eadem vacua remanſerat, quam quidem antea quidam Conradus nomine dicebatur tenuiſſe, fidelibus noſtris Geubulino, & Termanno ejusdem fratri, ac per ipſos ſuis hæredibus, hæredumque Succeſſoribus duximus conferendam, ita ut pro eadem fertonem (a) auri ſingulis annis, in Feſto Purificationis B. V. pro cenſu

(a) Ferto, Fertum, Ferdonum, Fierto &c. eſt quarta pars Marcæ, ut oſtendit Dufreſne in Gloſſario. Sambucus in Calce ad Bonfinium, fertonem 84. Denariis, qui unum florenum Hungaricum conficiunt, ait conſtare. Eſt vox origine Germanica a *Viertl.*

Digitized by Google

ſu nobis ſolvere teneantur, ac eadem libertate perfruantur, qua alii de Zypes, qui nobis aurum pro terragio (b) ſolvunt, gratulantur. Quam etiam terram per fideles noſtros (c) M. Præpoſitum de Zypes, & Detricum Comitem de Zoulum, & de Zypes eisdem fecimus aſſignari. — — In cujus rei memoriam, & firmitatem præſentes dedimus literas, duplicis Sigilli munimine roboratas. Datum per manus Magiſtri Smaragdi electi Colocienſis, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti, & fidelis noſtri. Anno Domini MCCLVIII. XVIII. Kalend. Julii. Regni autem noſtri anno XXIII.

II.

Eliſabetha Regina Hungariæ Guebelino de Leucha confirmat terram duorum aratrorum. Datum Anno Domini 1280.

EX APOGRAPHO.

Eliſabetha Dei Gratia Regina Hungariæ Omnibus Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis, ſalutem in Omnium Salvatore. Reginalis benignitatis ſublimitas juſtas petitiones fidelium debet non immerito exaudire, eorum præcipue, pro quibus gratuita merita ſervitiorum intercedunt. Proinde ad univerſorum præſentium, futurorumque notitiam harum ſerie volumus pervenire; quod cum de gratia, & favore Domini Regis Ladislai, filii noſtri chariſſimi, & Omnium Baronum ſuorum conſenſu, Dominium provinciæ Scypus ad noſtras manus fuiſſet devolutum, & fidelem noſtrum, Dominicum Magiſtrum (d) Thavarnicorum noſtrorum ad reambulandas, & menſurandas terras in Scypus miſiſſemus, idem ad nos rediens retulit nobis inter cætera; quod apud Magiſtrum Guebelinum de Leucha quandam particulam terræ duorum aratro-

(b) Terragium: Ager, vel prædium, in quo terra agitur, vertitur, proſcinditur.
(c) Mathias id temporis erat Præpoſitus Scepuſienſis.
(d) Non Reges ſolum, ſed Reginæ etiam ſuos Tavarnicorum Magiſtros habebant. Hi Reginalium, illi Regiorum vel Regalium dicebantur. Tavarnicus vero ſeu Tavernicus Hungaris: Tárnok a voce Tár deſcendit, quæ promptuarium, ſeu ærarium indicat. Unde enata ſunt Tárház: penus vel ærarium; Tárſzekér: currus, quo commeatus convehuntur. Tavernici itaque non alii ſunt, quam quos vulgus Camerarios vocat. Teſtatur id ipſum Rogerius de Deſtructione Hung. Cap. X. *Qui autem potentiores erant, ſicuti Tavernicus, qui & Camerarius.* Nonnunquam Proceres etiam ſuos Tavernicos habuiſſe leguntur.

Digitized by Google

trorum, & paulo plus, juxta terram Hidurmik a parte orientis inveniſſet, quam quidem terram quia ex collatione Domini Regis Belæ, Soceri noſtri piæ memoriæ, pridem Magiſtrum Guebelinum pacifice poſſediſſe comperimus, pro petitionibus ejusdem juſtis, & condignis, inſpectis fidelitatibus, & ſervitiis ſuis ipſi Guebelino Magiſtro, & ſuis hæredibus, hæredumque ſuorum Succeſſoribus dedimus, & contulimus: imo jam dudum collatam relinquimus perpetuo poſſidendam. — — In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam præſentes eidem conceſſimus literas, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Gregorii Præpoſiti de Gow, Aulæ noſtræ Cancellarii, fidelis noſtri. Anno Domini MCCLXXX.

III.

Ladislaus IV. Rex Hungariæ confirmat donationem Villæ Kolchvan Magiſtro Helbrando de Leuche. Datum Anno Domini 1284.

EX APOGRAPHO.

Ladislaus Dei Gratia Hungariæ Dalmatiæ &c. Rex Omnibus in Chriſto fidelibus tam præſentibus, quam futuris præſens ſcriptum inſpecturis, ſalutem a ſalutis Largitore. Ad univerſorum notitiam tam præſentium, quam futurorum harum ſerie volumus pervenire: Quod cum Helbrandus Magiſter de Lejucze fidelis noſter Domino Stephano, Illuſtri Regi felicis recordationis, Patri noſtro fideles ſemper impenderit famulatus, & devotos; & ob hoc quandam Villam Kolchvan vocatam, in Comitatu de Scepus exiſtentem, in recompenſationem ſervitiorum ſuorum meruerit obtinere, & eandem Villam juxta continentiam Privilegii ejusdem Domini Stephani Regis, Patris noſtri pacifice poſſederit uſque modo; nobis poſtmodum ad totius Regni Hungariæ gubernationem, concedente Domino, feliciter ſublimatis, idem Helbrandus Magiſter ad noſtram accedens præſentiam, collationem Patris noſtri chariſſimi, noſtro petivit Privilegio confirmari. (e) Nos igitur fidelitates ejusdem Helbrandi, atque

(e) Ratam habuit hanc donationem etiam Andreas III. Rex dato Anno 1293. Diplomate, ubi inter cætera habet: *Nos vero attendentes, quod idem Comes Helbrandus ſemper coronæ Regiæ cum omni fervore fidelitatis aſſiſtit; maxime quia ſtatim poſt coronationem noſtram, nobis cum omni ſua cognatione occurrens juxta Caſſam, nos recog-*

Digitized by Google

que eidem Domino Stephano Patri noſtro, & demum quæ nobis cum ſummo deſiderio ſervitia fideliter impendit, attendentes: prædictam Villam Kolchvan reliquimus, ac permiſimus eidem Helbrando, & ejus hæredibus, hæredumque ſuorum in poſterum ſucceſſoribus ſub eisdem metis, & terminis, ſicut in Privilegio ejusdem Domini Stephani Regis, Patris noſtri chariſſimi noſcitur contineri, pacifice poſſidendam, & quiete; eundem Helbrandum in prædictam Villam Kolchvan, per Kuzel Comitem de Scepus, fidelem noſtrum fecimus introduci. Hanc etiam gratiam eidem Helbrando conceſſimus, quod nullus Comitum de Scepus pro tempore conſtitutorum, ſuos Jobbagyones ſuper cauſis quibuscumque: ut furti, ut ſanginis, ut latrocinii, judicandi poteſtatem habere debeat; ſed ipſe prædictus Comes Helbrandus ſuos Jobbagyones in cauſis prædictis, & in aliis omnibus perſonaliter debeat judicare. — — Datum per manus Venerabilis Patris Thomæ, Dei Gratia Epiſcopi Vacienſis, Aulæ noſtræ Cancellarii, dilecti, & fidelis noſtri. Anno Domini MCCLXXXIV. V. Nonas Auguſti Indictione XII. Regni autem noſtri anno XIII.

IV.

Leutſchovienſibus propriarum ſilvarum liber usus conceditur. Datum in Villa Latina. Anno Domini 1407.

EX AUTOGRAPHO.

Nos Nicolaus filius Lucæ de Tofew, Vice Magiſter Tavarnicorum Regalium recognoſcimus per præſentes, quod prout Sereniſſimus Princeps, & Dominus Sigismundus, Inclytus Rex Hungariæ, Dominus noſter naturalis nobis commiſit, & mandavit: ut metas univerſarum Civitatum Terræ Scepus; & ſignanter Civitatis Lewche conſpicere, & perambulare deberemus, easdemque juxta probabilia documenta conſignare; & quia nos metas dictæ Civitatis Lewtſche penitus conſpeximus, & easdem perambulavimus, ipſis Civibus, & Hoſpitibus de eadem Lewtſche pro ſuſtentatione, & utilitate, ac fabrica

L 2

gnoſcens ut Dominum naturalem, introduxit in terram Scepus. — Unde colligitur Helbrandum hunc, Comitem Saxonum in Scepuſio fuiſſe. Cæterum cum ejus Filia Addhais (*Alajth Olajth*) in domum Berzeviczianam enupſiſſet, poſtea Kolchva ad Magiſtrum Kakaſs ſeu Gallum pervenit, & ab hoc ad Carthuſianos de Lapide Refugii.

Digitized by Google

brica prætactæ Civitatis conſenſimus, ac vigore præſentium authoritate Regia nobis in hac parte conceſſa conſentimus: ut ipſi univerſas ſilvas, & rubeta intra ipſorum erectas metas, libere uti debent, ac pacifice poſſidere, hominum absque omni impedimento. Hujus rei in teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus appreſſimus. Datum in Villa Latina Sabb. proximo poſt feſtum Sancti Michaëlis Archangeli. Anno Domini MCDVII.

V.

Eliſabetha Regina, Alberti Imperatoris Vidua hortatur Civitates ſuperioris Hungariæ, ut in fide ſibi debita perſeverent. Datum in Komarom. Anno Domini 1440. Edidit P. Stephanus Kaprinaj in Diplomat. Mathiæ de Hunyad Reg. Hung.

Eliſabeth Dei Gratia Regina Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Auſtriæque, & Styriæ Duciſſa, nec non Marchioniſſa Moraviæ &c. Fidelibus noſtris Circumſpectis Judici, & Juratis, cæterisque Civibus, & toti Communitati Civitatum noſtrarum Leuthſchovienſis, Barthfa, & Eperies vocatarum ſalutem, & gratiam. Delectat nos veſtra nativa fidelitas ſinceritatis plena, quæ in Regum, & Coronæ Hungariæ fide nullo ſiniſtro, ſeu adverſo pulſu notari unquam potuit devio caſu vacillaſſe; quin imo conſtans ſemper, & Zelo integerrimæ devotionis accenſa perſeverans, ſeu fidei ſinceritatem ſublatis de medio condam Genitore, & Conthorali noſtris chariſſimis, Regibus Hungariæ jam in nos, tanquam veram Regiæ propaginis ſtirpem transferens, noſtræ nova quadam integritate, ſingulari laude digna ad præſens obtulit Majeſtati: ſuper quibus fidelitati veſtræ altas dicimus grates, requirentes eandem, quatenus Veſtram hactenus, ut prætulimus, immutatam fidem laudabilibus continuantes ſucceſſibus tam in cuſtodia, & conſervatione veſtrarum Civitatum, quam in aliis rebus gerendis in noſtræ Majeſtatis honorem, prout expediens videbitur, ſic vos Vigiles geratis, circumſpectosque, & attentos: quod Civitates ipſæ coronæ, & nobis, ab æmulorum, ſeu doloſorum captionibus præſerventur; & nec curetis quicumque, cujuscumque ſtatus, & præeminentiæ exiſtat, donec aliud a nobis habueritis in mandatis. Suſcepturi ſuo tempore propterea a nobis prælarga remunerationis antidota, & præmia condigna meritorum. Speramus namque in brevi nos poſſe diſponere, quod omnibus adverſitatibus imminen-

Digitized by Google

minentibus prōpulſis, votivæ pacis tranquillitate poteritis gratulari. Datum in Komarom feria VI. proxima ante Feſtum B. Valentini Martyris. Anno Domini MCCCCXL.

VI.

Mandatum Mathiæ I. Regis ad Leutſchovienſes, ut Stephanum de Zapolya juvent in obſidendo Caſtro Muran. Datum ſub fortalitio Lythwa. Anno Domini 1461.

EX AUTOGRAPHO.

Mathias Dei Gratia Rex Hungariæ, Dalmatiæ, Croat. &c. Prudentes, & Circumſpecti fideles nobis ſincere dilecti. Intelleximus, qualiter de fortalitio Muran (f) quod nos in manifeſtis locis obſideri fecimus, adhuc una ſemita, ſeu parva via eſſet, per quam latrones in eodem fortalitio exiſtentes, terræ illi nonnulla furticinia, & latrocinia committerent; nos igitur cupientes vos in pacifico ſtatu conſervare, ſcripſimus per alias literas noſtras fideli noſtro Egregio, Stephano de Zapolya Vice-Capitaneo partium illarum Regni noſtri, ut ipſe unum Caſtellum ſub Alpibus in Locis aptis cum veſtro adjutorio erigat. Quare fidelitati veſtræ ſevere committimus, quatenus receptis præſentibus, dum, & quando per præfatum Stephanum de Zapolya, aut homines ſuos cum præſentibus requiſiti fueritis, ex tunc eidem in erectione hujusmodi Caſtelli, cum auxilio adeſſe debeatis. Secus non facturi. Datum in deſcenſu noſtro Exercituali, ſub fortalitio Lythwa (g) feria IV. proxima ante feſtum B. Galli Confeſſoris. Anno Domini MCDLXI.

(f) Murány eſt Arx in Provincia Gömörienſi, natura velut opere, atque conſulto præceps. Eam tunc Joannes Gyskra cum ſuis Bohemis præſidio tenebat, indidemque Scepuſienſibus permoleſtus erat.

(g) Lythwa: num Likawa ſit in Lyptovienſi? an potius Lietava arx in Provincia Trenchinienſi? perſpectum nondum habeo.

Digitized by Google

VII.

Caſſovienſes ab Rege Wladislao II. in jus vocantur, eo quod nonnullis Civibus Leutſchovienſibus in itinere vim feciſſent. Datum Budæ. Anno Domini 1497.

EX AUTOGRAPHO.

Wladislaus Dei Gratia Rex Hung. Bohemiæ &c. Fidelibus noſtris Conventui Eccleſiæ de Jaszow ſalutem, & gratiam. Exponitur nobis in perſonis fidelium noſtrorum circumſpectorum Judicis, & Juratorum Civium Civitatis noſtræ Leuthſchovienſis; quod quamvis nos pridem ad humillimam ſupplicationem ipſorum Exponentium, id decrevimus annuendum, & concedendum, ut non obſtantibus quibuscumque literis, & libertatibus, ac Privilegiis Circumſpectorum Judicis, & Juratorum Civium Civitatis noſtræ Caſſovienſis, univerſi Cives, Incolæ, & Inhabitatores dictæ Civitatis noſtræ Leuhſchovienſis infra deciſionem limitum, cauſarum, & differentiarum, quæ ratione viarum antiquarum inter ipſas partes coram noſtra Majeſtate vertebantur, per omnes vias faciliores, & leviores, unde alias dictarum partium ſuperiorum viatores ab antiquis temporibus vina quæcumque, & alia victualia portare ſolebant, ſemper pacifice, & libere, ac ſine omni damno; & impedimento ire, & redire valerent; infra dictarum cauſarum deciſionem; & inſuper præfatis Judici, & Juratis Civibus prædictæ Civitatis noſtræ Caſſovienſis, per ſcripta noſtra firmiſſime mandaverimus, quantumvis memoratos Cives, Incolas, & Inhabitatores præſcriptæ Civitatis noſtræ Leutſchovienſis, aliosque cujuscumque conditionis homines, ſuper prætactas antiquas vias, in quibus ab antiquo viatores quilibet ire, venire, & redire conſueti fuiſſent in perſonis, aut rebus areſtare, turbare, & damnificare, vel ad depoſitorium dictæ Civitatis Caſſovienſis impellere, infra dictarum cauſarum deciſionem nulla ratione præſumerent; quas quidem Majeſtatis noſtræ literas iidem Cives Leutſchovienſes obſervato ordine juris, ipſis Civibus noſtris Caſſovienſibus, ut dicitur, omni honore exhibuerint, pariter & præſentaverint: tamen iidem Judex, Jurati, & cæteri Cives prædictæ Civitatis noſtræ Caſſovienſis, hujusmodi noſtris Regiis mandatis non curatis, a noſtra Majeſtate aliis literis noſtris in contrarium impetratis, quas neque ipſis Exponentibus exhibuiſſent, neque præſentaſſent: ſed apud ſe retinuiſſent: quibus ipſi Cives noſtri Leutſchovienſes, ſi eis exhibuiſſent, parati

Digitized by Google

rati extunc fuiſſent ſumma cum obedientia parere. Cum autem ipſis Civibus Leutſchovienſibus ſcilicet exponentibus, hujusmodi literas noſtras ignorantibus, certi ex eisdem cum ipſorum rebus, & bonis circa, & prope feſtum B. Martini Epiſc. & Conf. in anno, cujus jam tertia inſtaret revolutio, transacto præteritum verſus dictam Civitatem noſtram Leutſchovienſem, per poſſeſſionem Egregii Gabrielis de Peren — — in Comitatu Abaujvarienſi habitam iter facere habuiſſent; præfati Cives noſtri Caſſovienſes miſſis, & deſtinatis Petro Prechtel ſimul cum aliis multis hominibus, & familiaribus ipſorum, noctis in ſilentio armatis, & potentibus manibus ad præfatam poſſeſſionem Bodolo, abinde novem currus dictorum Concivium ipſorum Exponentium vinis, & aliis rebus mercimonialibus oneratos, ſimul cum equis ipſos currus trahentibus, ad dictam Civitatem noſtram Caſſovienſem importaſſent, & quosdam ex hominibus eorum diverſis vulneribus, & verberibus affeciſſent: demum vero, dum nos accepta, & exaudita querimonia ſimul, & ſupplicatione præfatorum Exponentium noſtræ Majeſtati ſuperinde porrecta, præfatæ Civitati Caſſovienſi in eo mandaſſemus, ut ipſi hujusmodi res ablatas, eisdem Exponentibus reddere, & reſtituere deberent; reliquam tamen earundem rerum, & bonorum ablatorum partem inter ſe diviſiſſent, ac quo eorum placuiſſet voluntati, feciſſent. In quibus præmiſſis eisdem Exponentibus, plusquam duorum millium florenorum auri, damna irrogaſſent potentia mediante, in præjudicium, & damnum præfatorum Exponentium valde magnum. Super quo fidelitati veſtræ firmiter præcipiendo mandamus, quatenus veſtrum mittatis hominem pro teſtimonio fide dignum: quo præſente Nicolaus, aut Andreas de Kan; vel Theophilus Thwrzo de Bethlemfalva; ſive Cherubin de Bozyta; ſeu Nicolaus de Roskowan, ſive alter Nicolaus; neve Paulus Kornys de Ruſzka, aliis abſentibus homo noſter, ſcita prius præmiſſorum mera veritate, evocet præfatos Judicem, & Juratos, cæterosque Cives dictæ Civitatis noſtræ Caſſovienſis, contra annotatos Exponentes, ad octavas feſti B. Georgii Martyris nunc venturas, noſtram perſonalem in præſentiam, rationem de præmiſſis reddituros efficacem. — — Datum Budæ feria tertia proxima poſt Dominicam Quaſimodo. Anno Domini MCDLXXXXVII.

VIII.

Digitized by Google

VIII.

Concordia inita inter Sacrum Curionem Leutſchovienſem, & Urbis ejusdem Cives, ſuper Sacello B. M. V. in Monte poſito, Paræcialis Templi Sacellanis &c. Datum in Capitulo Scepus. Anno Domini 1513.

EX AUTOGRAPHO.

Nos Capitulum Eccleſiæ Scepus. memoriæ commendamus per præſentes: Quod nos literas Sereniſſimi Principis, & D. D. Wladislai Dei Gratia Regis Hung. & Bohemiæ &c. Domini noſtri gratioſiſſimi præceptorie nobis ſonantes, & directas recepimus in hæc verba:

Wladislaus Dei Gratia Rex Hung. & Bohemiæ &c. fidelibus noſtris Capitulo Eccleſiæ Scepus. ſalutem, & gratiam. Exponitur nobis in perſona Honorabilis Jacobi Plebani Eccleſiæ Parochialis S. Jacobi Apoſtoli, de Civitate noſtra Lewchovienſi: Qualiter inter eundem Exponentem ab una; ac Prudentes, & Circumſpectos Judicem, & Juratos, cæterosque Cives noſtros Lewchovienſes, & totam Parochiam dictæ Eccleſiæ S. Jacobi, partibus ab alia, ratione, & prætextu cujusdam Capellæ B. M. V. in monte, extra muros ejusdem Civitatis noſtræ fundatæ; nec non collectarum in *Salve*, veſpere per Capellanos decantandarum; ſed & pſalterii quædam diſpoſitio, atque concordia coram certis concanonicis veſtris ad hoc vocatis, & deſtinatis in eadem Lewchovia, in domo Plebani jam fati exponentis facta, & habita fuiſſet; quam licet poſtea ipſi Concanonici veſtri in Medio Veſtrum conſtituti, ſuo modo retuliſſent, & recognoviſſent, faſſique fuiſſent, & ipſe exponens ſuper ipſa concordia juxta faſſionem eorundem Concanonicorum veſtrorum, literas veſtras a vobis pluries debita cum inſtantia petiviſſet; tamen vos favore, ut creditur, dictorum Civium noſtrorum Lewchov. partis videlicet alterius allecti, hujusmodi literas veſtras ſuper jam fata concordia eidem Exponenti extradare recuſaſſetis, & recuſaretis etiam de præſenti: communem juſtitiam ſibi in hac parte abnegando. Quamobrem fidelitati veſtræ firmiter præcipiendo mandamus, quatenus receptis præſentibus, rebusque præmiſſo modo ſe habentibus, literas veſtras ſuper ipſa concordia partium præſcriptarum juxta, ut præmittitur, faſſionem jam dictorum Concanonicorum veſtrorum, amore, & odio partium procul ſemotis, eidem Exponenti extradare, & emanari facere modis omnibus debea-

Digitized by Google

debeatis', & teneamini: communi juſtitia requirente; caventes tamen ne fraus, vel dolus in hac parte interveniat aliqualis. Secus non facturi. Datum Budæ feria quarta Majoris hebdomadæ. Anno Domini MDXIII

Nos itaque præceptis, & mandatis præfati Domini noſtri Regis in omnibus, prout tenemur, obedire cupientes: diſpoſitionem, & concordiam in articulis, & negotiis infra ſcriptis per ipſos, & Concanonicos noſtros, partes inter prædictas propoſitis, juxta faſſionem eorundem, ad præſcriptum literatorium mandatum Regium hoc ordine fatemur, & recognoſcimus: Quomodo in Anno Domini MDXII. proxime præterito: Honorabilis Magiſter Andreas de Zalok Decanus; Thomas de Liſzka, & alter Thomas de Thorda, ac Clemens de Olaſzi Socii, & Concanonici noſtri in medio noſtri conſtituti, faſſi exſtiterunt, & retulerunt in hunc modum: Quod ipſi feria quarta proxima poſt feſtum Epiphaniarum Domini ejusdem anni, ad Civitatem Lewcha prædictam, conſequenterque domum dicti Jacobi Plebani, de mandato, & commiſſione Reverendi D. Johannis de Lwmpnycza Præpoſiti Eccleſiæ noſtræ prædictæ D. videlicet noſtri gratioſi, ad inſtantiam antedictarum partium, ſimul acceſſiſſent; ibique præfato Jacobo Plebano ab una, & Prudentibus, ac Circumſpectis Melchiore Meſſingfloer Judice, & cæteris duodecim Juratis Civibus dictæ Civitatis Lewchov. in ipſorum, ac cæterorum Civium, & totius Communitatis ejusdem Civitatis, partibus ab alia, coram ipſis perſonaliter conſtitutis, auditis, & præſcriptis propoſitionibus, & allegationibus partium, teſtibusque nonnullis per eosdem productis, & deinde per ipſos examinatis, talem ſuperinde in negotiis infraſcriptis feciſſent ordinationem. Primo videlicet, quod Capellam B. M. V. ſuper dictam Civitatem Lewche in monte, (h) ſitam, alias per Honorabilem quondam D. Servatium Plebanum de eadem Lewcha, Prædeceſſorem dicti D. Jacobi Plebani, propriis expenſis, & ſumptibus ejusdem erectam, & fundatam, prædictus D. Jacobus Plebanus una cum ſucceſſoribus ſuis amodo, & deinceps tenere, habere, & ſub forma directionis conſervare, uſiverſosque fructus, & emolumenta — — — locare, & percipere poſſit, & valeat, & non ipſi Cives ad eam gubernandam ſe quovis modo de cætero ingerere, & intromittere debeant. Demum cum in Eccleſia eorum Parochiali conſuetudo ſit, ſingulis diebus veſpere per Scholares *Salve* decantandi, ſuper eo ordinaſſent: Quod unus ex Capellanis Eccleſiæ ejus-

(h) Qui nunc Mons Mariæ compellatur. Exſtat in eo hodiedum Sacellum illud, ſed ab vetuſtate inſtauratum, & quod feſto potiſſimum Virginis ad Eliſabetham inviſentis die, a numeroſa concurrentis populi multitudine frequentatur.

ejusdem, semper more solito collectam consuetam dicere, & decantare; ipsique Cives perpetuis successivis temporibus singulis annis, singulum unum florenum Capellanis eisdem de arenda cujusdam prati dare, & persolvere teneantur, & sint obligati, ita tamen; quod ipsi soli Cives deinceps, & de cætero, cui maluerint, & prout eis videbitur, idem pratum in arendam locare teneantur. Præterea de peractione decantandorum Psalteriorum, taliter dispossuissent: Quod solicitudinem Psalteriorum in Ecclesia decantandorum, dicti Capellani Ecclesiæ ejusdem — — funeralia (i) & alibi locorum peragere, Scholares Scholæ pro tempore debeant, possint, atque valeant. Postremo ubi iidem Cives dictum D. Jacobum Plebanum ad dandam, & conservandam mensam, & Tabulam Scholasticorum eorum attrahere, & adstringere prætendissent, ordinassent, & conclussissent; quod dictus D. Jacobus Plebanus, & sui successores deinceps, nisi sua sponte, & ex proprio arbitrio, vel per ipsos Scholasticos appretiati (k) hujusmodi tabulam, seu mensam de jure, consuetudine dare, & elargiri non teneantur, nec sint adstricti, & obligati. Unde ipsæ ambæ partes prædictæ super hujusmodi ipsorum ordinatione, unione, concordia, & dispositione per omnia consentientes exstitissent. In cujus rei Testimonium, præsentes literas nostras Privilegiales pendenti, & autentico Sigillo nostro consignatas, ad prædictum literatorium mandatum dicti D. nostri Regis, & ad fassionem dictorum fratrum, & Concanonicorum nostrorum duximus concedendas. Datum feria IV. festi B. B. Viti, & Modesti MM. Anno Domini MDXIII. Supradicto.

IX.

(i) Funeralia: Exequiæ, vita functorum sepulture.
(k) Appretiati, id est: si ipsi scholastici pretium dependerint Parœco.

Digitized by Google

IX.

Mandatum Ferdinandi Regis ad Mathiam Loboczky ut coërceat Késmarkienſes, ne bi jus depoſitorii, quod Civium Leutſchovienſium eſſet, uſurpent. Datum Viennæ Anno Domini 1544.

EX AUTOGRAPHO.

Ferdinandus Divina favente clementia Romanorum Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex ſemper Auguſtus, Infans Hiſpaniarum, Archi-Dux Auſtriæ &c. Fideli noſtro Magnifico Mathiæ Loboczky Aulæ noſtræ familiari ſalutem & gratiam. Expoſitum eſt nobis nomine, & in perſonis fidelium ſubditorum noſtrorum Judicis, Juratorum, ac univerſorum Civium Civitatis noſtræ Leutſchovienſis non ſine gravi querimonia, quomodo ipſi in juribus & privilegiis ſuis ſuper depoſitorio, quod in ea Civitate ab antiquo habent, per Cives Civitatis Késmark etiam nunc impedirentur, & turbarentur. Qui quidem Cives de Késmark, quamvis in judiciis noſtris hiſce annis Poſonii celebratis duabus vicibus lata ſententia in eodem negotio convicti ſunt, nihilominus tamen eadem pertinacia, & temeraria audacia, qua antea in vendicando ſibi depoſitorii jure uterentur, contempta judiciorum noſtrorum auctoritate, in oppreſſionem, & deſolationem dictæ Civitatis noſtræ Leutſchovienſis. Supplicant nobis quam humillime, iidem fideles noſtri, ut ipſos in manifeſtis eorum juribus, & privilegiis ſuper depoſitorio clementer conſervare, & manutenere dignaremur. Nos igitur exaudita eorum ſupplicatione juſta, harum ſerie firmiter præcipientes mandamus, ut viſis præſentibus litteris noſtris, pro ea quam habes in dictos Cives de Késmark, poteſtate eosdem omnino coërceas, ut a vendicando ſibi eo jure depoſitorii, quam Civitatem noſtram habere cognitum eſt, contra latam ſuperinde cum onere ſententiam, deinceps abſtineant, neque aliquid in gravamen, & oppreſſionem Civitatis noſtræ Leutſchovienſis violenter præſumere audeant; alioquin commiſimus fideli noſtro Magnifico Andreæ de Bathor Thavernicorum Magiſtro, ac ſupremo in iſto Regno noſtro Hungariæ Capitaneo, ut ipſe contra eos, qui ſecus fecerint, ſeriam executionem faciat, eosque modis omnibus coërcere debeat. Secus igitur facere non audeas. præſentibus perlectis exhibenti reſtitutis. Datum Viennæ Ultima Septembris Anno Domini MDXLIV.

Nicolaus Olahus.

Digitized by Google

X.

Ferdinandi Regis Diploma, quo innovat Arma Civitatis Leutſchovienſis. Datum Auguſtæ Vindelicorum Anno Domini 1550.

EX APOGRAPHO.

Nos Ferdinandus &c. memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes quibus expedit univerſis. Quod quum fidelis noſter nobilis Jacobus Gulden Notarius Civitatis noſtræ Leutſchovienſis, noſtræ Majeſtatis veniens in præſentiam ſuo, ac Judicis, & Juratorum cæterorumque Civium, & Inhabitatorum ejusdem Civitatis noſtræ Leutſchovienſis nominibus, & in perſonis nobis humiliter ſupplicaſſet, atque etiam certorum fidelium noſtrorum pro ipſis apud Majeſtatem noſtram interveniſſet commendatio, ut cum diebus ſuperioribus exorto in eadem Civitate noſtra Leutſchovienſi ſubito incendio, non ſolum omnia ædificia, portæque, & turres, verum etiam domus ſenatoria, & in ea univerſa jura, Privilegiaque, & cum his arma ſive inſignia ejusdem, a Divis quondam Hungariæ Regibus noſtris Prædeceſſoribus bonæ memoriæ pro fide, & conſtantia erga eos præſtita in memoriam rerum fortiter geſtarum ipſis data, ignis voragine abſumpta, & in cineres redacta fuiſſent, dignaremur ea ipſis denuo dare, & concedere. Nos rationem habentes fidelitatis, & conſtantiæ eorundem qua ipſi præter vetera inſignia, & memoria digna facinora ſua, erga ſacram primum Regni noſtri Hungariæ Coronam, & deinde Majeſtatem noſtram ab initio ſtatim Regiminis noſtri Hungarici, usque in diem præſentem in omni rerum eventu non parcentes fatigiis, & ſumptibus contra adverſarios noſtros ſeſe fortiter geſſerunt. Horum igitur intuitu dictis Judici, & Juratis, cæterisque Civibus, & inhabitatoribus prædictæ Civitatis noſtræ Leutſchovienſis, ipſorumque hæredibus, & poſteris hæc arma, ſive vetera Inſignia ſua: ſcutum rubrum, cujus imum mons Viridis trium jugorum occupat, e medio jugo cæteris altiore proſtat lignum coloratum albo colore, porrectum ad ſuperiorem pene ſcuti oram, binam habens crucem, eam duo albi Leones apertis oribus, linguisque exertis diademata Regia in Capitibus habentes, alter a dextro, alter vero a ſiniſtro ſcuti lateribus, crucis inferiorem partem poſterioribus, medium ligni anterioribus, ſupremam vero crucem ſimiliter anterioribus alternis pedibus prenſant. Scuto appoſita eſt galea, eam contegunt laciniæ albo, & rubro coloribus variegatæ, galeæ impoſitum eſt diadema

Re-

Digitized by Google

Regium, e quo prominet aliud Lignum Crucis duplicem habens crucem priori ſimilem, prout hæc in capite, ſive principio præſentium literarum noſtrarum Pictoris arte ſuis coloribus depicta eſſe cernuntur; animo deliberato, & ex noſtræ Regiæ poteſtatis plenitudine præfatis Civibus antedictæ Civitatis noſtræ Leutſchovienſis, ipſorumque poſteris, & ſucceſſoribus univerſis denuo danda duximus, & concedenda, imo damus, donamus, & conferimus decernentes, ut ipſi & eorum poſteri ac ſucceſſores univerſi his armis, ſive inſignibus more aliarum liberarum Civitatum noſtrarum armis utentium ammodo perpetuis ſemper futuris temporibus in ſigillis, vexillis, cortinis, velis, domibus, & generaliter in quibuslibet actibus, & exercitiis gaudere, & frui, ac ſecundum priſtinam conſuetudinem eorundem in ſigillis cera rubea uti, illisque omnes literas, & literalia inſtrumenta, quocunque nomine cenſeantur, & quibuscunque cauſis, & negotiis in ipſa Civitate noſtra Leutſchovienſi per eos dandis & conficiendis ſive impreſſive ſive in pendenti ſigillare poſſint, & valeant. In quorum omnium fidem, & teſtimonium præſentes literas noſtras ſecreto ſigillo noſtro, quo ut Rex Hungariæ utimur pendenti communitas, memoratis Civibus, & Inhabitatoribus dictæ Civitatis noſtræ Leutſchovienſis ipſorumque hæredibus & poſteris univerſis duximus dandas, & concedendas. Datum per manus Reverendiſſimi in Chriſto Patris Domini Nicolai Oláhi Epiſcopi Agrienſis &c. In noſtra Sacrique Romani Imperii Civitate Auguſtæ Vindelicorum. XII. die Menſis Auguſti Anno MDL. Regnorum noſtrorum ——

XI.

Epiſtola Ferdinandi Regis ad Civitates Hungariæ Superioris, ut exuſtos Leutſchovienſes juvent. Datum ibidem Anno eodem.

EX AUTOGRAPHO.

Ferdinandus Divina favente Clementia Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex ſemper Auguſtus, Infans Hiſpaniæ, Archi-Dux Auſtriæ &c. fidelibus noſtris, prudentibus, & circumſpectis judicibus, & juratis Civibus Civitatum noſtrarum Barthfenſis, Eperieſſienſis & Cibinienſis ſalutem & gratiam. Non ignoratis in Civitate noſtra Leutſchovienſi diebus ſuperioribus caſu exorto incendio non ædes ſolum, paucis exceptis, verum etiam portas turresque & propugnacula, adeo ipſa tormenta bellica, & domum Senatoriam igne exuſta eſſe. Quæ cum in finibus iſtius Regni noſtri Hungariæ, verſus

fus Poloniam ſita non vobis ſolum, ſed aliis etiam fidelibus noſtris illarum partium ſuperiorum tutiſſimum ſit perfugium & propugnaculum, eaque propter vicinorum hoſtium inſidias matura ædium, portarumque & propugnaculorum reparatione egeat, fidelitatem veſtram & veſtrum quemlibet hortamur, vobisque committimus, ut cum Cives, & incolæ præfatæ Civitatis noſtræ impares eſſe videantur reparationi tantæ ruinæ, & combuſtioni, acceptis præſentibus ad requiſitionem judicis ejusdem Civitatis noſtræ tam per vos, quam Colonos veſtros in convectandis gratis ad eandem Civitatem noſtram binis plauſtris lignorum & roborum, ædificiis aptorum auxilio eſſe, inſuper trabes, aſſeres, ligna ſcandulasque & alias materias ædificationi aptas pretio convectari, easque Civibus ipſis combuſtis iuſto, tolerabilique & non magno pretio vendi. Nec non pro commodo ipſius Civitatis noſtræ fora ejusdem hebdomadalia frequentare, & frequentari facere debeatis & teneamini. Secus non facturi, præſentibus perlectis exhibenti reſtitutis. Datum Auguſtæ Vindelicorum XV. die menſis Auguſti Anno Domini MDL.

Ferdinandus.

Nicolaus Olahus.

XII.

Ferdinandus Rex Privilegia Leutſchovienſium, quæ igni abſumpta erant, innovanda, & a ſe confirmanda promittit. Datum ibidem anno eodem.

EX AUTOGRAPHO.

Nos Ferdinandus Divina favente Clementia Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex memoriæ commendamus per præſentes. Quod fideles noſtri Prudentes ac Circumſpecti Judex & Jurati Cæterique Cives ac Inhabitatores Civitatis noſtræ Leutſchovienſis per hominem ſuum Nobilem Jacobum Gulden de Ruda Notarium dictæ Civitatis noſtræ Leutſchovienſis, humiliter ſignificandum Majeſtati noſtræ curarunt: Quomodo locus depoſitionis omnis generis mercium, libraque generalis & ſedes Judiciaria XXIV. Civitatum terræ noſtræ Scepus. una cum Triceſima noſtra Regali, ab antiquo ſemper in eadem Civitate noſtra Leutſchovienſi tanquam principali, & capitali aliarum Civitatum noſtrarum Superiorum, per Divos quondam Regni Hungariæ Reges, noſtros ſcilicet Prædeceſſores conſtituta, habitaque fuerint. Quodque

Digitized by Google

que Comes etiam Regius illarum XXIV. Civitatum Scepuſianarum pro tempore electus, & conſtitutus ſub functione Muneris, & Judicatus ſui iſthic, & non alibi fuerit commoratus. Mittentes pro rei hujus certitudine efficacioreque teſtimonio per eundem Nuncium ſuum Majeſtati noſtræ certum quoddam argenteum, autenticumque prædictarum XXIV. Civitatum ſemiuſtum, certaque ex parte ex incendio Civitatis ipſius Leuchovienſis liquefactum ſigillum per eos in prætorio prænotatæ Civitatis noſtræ Leutſchovienſis igne ſimul conſumpto ſervatum, ac repoſitum. Super quibus omnibus iisdem libertatibus iidem Cives, & ſubditi noſtri Leutſchovienſes ſeſe ſufficientia etiam literalia Prædeceſſorum Divorum Regum Hungariæ munimenta, & Teſtimonia Privilegialia ſe habuiſſe aſſerebant, ea tamen una cum prætorio, conſervatorioque literarum, & Privilegiorum dictæ Civitatis, ignis voragine nuper conſumpta eſſe, ſupplicantes iidem Cives noſtri Leutſchovienſes Majeſtati noſtræ humiliter, quatenus eosdem ex Regia noſtra erga fideles ſubditos clementia in prænotatis ipſorum libertatibus: locum depoſitionis literarum, generalem ſedem Judiciariam, & præmiſſa concernentibus gratioſe conſervare dignaremur, & manutenere. Nos itaque rationem habentes fidelitatis eorundem Civium noſtrorum, & eorum quoque, quæ per ignem tulerunt nuper damnorum, humillimam ipſorum ſupplicationem benigniter exaudientes, & clementi animo admittentes aſſecuravimus, & certificavimus eosdem, in verboque noſtro Regio eisdem promiſimus: Quod nos ipſos Cives noſtros præſentes, ac futuros in præmiſſis, & etiam in aliis eorum antiquis libertatibus, prærogativis, Privilegiis, ac Immunitatibus, quas ſe habuiſſe dicunt, & in quorum uſu etiam fuerunt, gratioſe conſervabimus, tuebimur, & manutenebimus interim, donec iidem Majeſtatem noſtram vivo, perfectoque, ac fide digno literario teſtimonio de hujusmodi eorum juribus, privilegiis, ac libertatibus antiquis certos fecerint, ac edocuerint. Quod poſtquam fecerint, nos ex Clementia, & Officio noſtro Regio præmiſſas, & etiam alias libertates, Jura, & Privilegia eorum præmiſſo modo certificata, & teſtificata literis noſtris autenticis roborabimus, & clementer confirmabimus. Imo aſſecuramus, certificamus, & promittimus harum noſtrarum vigore, & teſtimonio literarum mediante. Datum Auguſtæ XX. Auguſti Anno Domini MDL.

Ferdinandus Mppria.

Nicolaus Olahus
E. Agrienſis Mppria.

XIII.

Digitized by Google

XIII.

Ferdinandus Rex promittit Leutſchovienſibus auxilium, contra factioſum Georgium Bebek. Datum Viennæ Anno Domini 1555.

EX AUTOGRAPHO.

Ferdinandus Divina favente Clementia Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex ſemper Auguſtus. Prudentes, & Circumſpecti fideles nobis dilecti. Redditæ ſunt nobis Literæ veſtræ, XXV. die proxima præteriti Menſis Novembris ad nos datæ, quas intelleximus. Quantum itaque ad tumultus, & violentias, factionesque Georgii Bebek (1) de quibus ſcribitis, attinet, illa omnia jam antea aliis etiam diverſis ex locis cognovimus. Quæ quidem illius violentiæ, & tumultus cum nobis vehementer diſpliceant, dabimus brevi operam, ut illi reprimantur, ulteriusque minime progrediantur. Et ea de cauſa præmiſimus nunc duas cohortes peditum Germanorum ad illas partes ſuperiores, mittemusque his proxime affuturis diebus ſpecialem noſtrum Capitaneum eodem cum certo, & ſufficienti Equitum, & peditum numero, qui veſtræ, cæterorumque fidelium ſubditorum noſtrorum defenſioni, & quietæ, tranquillæque permanſioni contra quoscumque violentos, & infideles invigilabit. Interim autem hortamur vos, & etiam committimus vobis, ut vos quoque ea, quæ ad defenſionem veſtram pertinent, ſedulo obire, vosquemet ipſos juvare, ac cuſtodiæ Civitatis iſtius veſtræ diligenter invigilare non negligatis. Quantum enim in nobis erit, omnino providebimus, ut vobis pacem, & quietem quæramus, ſaltem vos quoque penes noſtra præſidia veſtro adſitis auxilio, & vosmetipſos non deſeratis. Secus non facturi. Datum Viennæ III. die Menſis Decembris. Anno Domini MDLV.

XIV.

(1) Quos tumultus conciverint Bebekii, ad Annum 1555. paucis in Epitome Chronologica ita perſtringit Timon: *Ad ruinas, quibus Toigon opprimebat Regnum, Franciſcus Bebekus cum filio ſuo Georgio turbas & rapinas addidit. Collecta enim perditiſſima fece variarum Nationum magnam Superioris Hungariæ partem infeſtam habuit direpto, & occupato Cœnobio Lelefztenſi.*

Digitized by Google

XV.

Joann. Thurzo fatetur certa Inſtrumenta bellica a Leutſchovi nſibus ſe accepiſſe, ut Arcem Scepuſienſem contra Bebekum aliosque defendat &c. Datum in Caſtro Scepus. Anno Domini. 1556.

EX AUTOGRAPHO.

Ich Hanns Thurzo von Bethlehemsdorff Graff am Czips freyher auff Boynitz &c. Verkehne mit dieſem Brieff vor mich, meine Erben, und Erbnemen, das mir die Erſamen Namhafftigen Weiſen Hern Richter und Roth der kuniglichen Stadt Leutsch. erſtlich im tauſenden fünfhunderten, und funfzigſten Jor, (m) wie ich dieſes Schloss gantz wüſte und lehr an proviandt geſchütz und Munition eingenomen, zue meiner Notturfft und Brauch gelehen haben Ein Falckonetel mit einem Sawkopff und tzwe Scharffetinel one Kuegel. Czum ander. in dieſem tauſenden fünffhunderten, und ſechs und funftzigſten Jor in dem unfriedt tzue Beſchitzunge dieſes Hauſes wider den Bebeck und andere Rebelles und Feinde Römiſcher Kayſ. Majeſtät unſers aller genedigſten Hern wiederumb aff mein anlangen gelihen haben tzwe Falckenetel tzimlicher groſſe tzween Doppelhoken vier Sturm hoken, und acht Czentner grob pulver minus 22. ℔. und ein und dreitzig Eyſern Kugeln, tzue dem letzten tzween Falckeneteln gehorende Solchs geſchütz Kugel und Pulver vorſpreche, und gebe ich vor mich meine Erben, und Erbnehmen obgedachten Hern Richter und Roth der Stadt Lewtſch volkomlich on allen Schaden zue guten danck wider zueſtellen und uber antworten (und im Fall, do Gott von ſey) ſo etwann ein Schaden oder vorwarloſung an gemelten geſchütze und pulver geſcheche, das ich es ihnen nicht gar oder gantzlich Wiederumb zue ſtellen konde, ſo verpflichte ich mich vor mich meine Erben, und Erbnehmen ſintemol es ihnen ſowol tzue guth als mir geſchechen iſt, mit ihnen dem Richter und Roht in billicher Schatzung obgemeldter Sthuck und Munition zue vortragen, und ſie betzalen, und genugſam vergnügen aus meinen güttern wo ſie gelegen — —

Czue

(m) Vide Diplom. Arcis Scepus. Numero VII.

Digitized by Google

Czue mehrer Sicherheit hab ich dieſe meine obligation mit gutten Roth, und wiſſen meinen getrawen Diener der Edlen Criſtoff Pothurnyai haubtmanns, Erasmi Windeck Rentmeiſters und Alexandri Repſcher Stalmeiſters, Bernhardi Schwob unther Burggraffes geſtellet, und brieflich verfaſſen laſſen welchen brieff ich mit meinen gewohnlichen petſchir verfertiget und mit eigner hand unterſchriben. Geſchen und geben auf Zipſerhaus den XX. Junii Im MDLVI. Jor.

XV.

Maximiliamus Archi-Dux mandat Leutſchovienſibus, ut pro defendenda Arce Kis Varda cum Emerico Thelekeſſi arma capiant. Datum Lincii Anno Domini 1558.

EX AUTOGRAPHO.

Maximilianus Dei Gratia Rex Bohemiæ Archi-Dux Auſtriæ Dux Burgundiæ &. Prudentes, Circumſpecti, nobis dilecti. Conſtat vobis procul dubio, quomodo Regina Iſabella, cæterique rebelles, (n) ditionem Sacratiſſimæ Cæſareæ Majeſtatis Domini, & Genitoris noſtri obſervandiſſimi viribus omnibus vaſtare, & intercipere contendant, ſubindeque novi aliquid moliantur, ſicuti intelleximus Reginam ipſam etiam nunc magnum numerum Valachorum congregaſſe, ac ad expugnationem arcis præfatæ Sacratiſſimæ Cæſareæ Majeſtatis (o) Kyſvarda vocata cum gentibus ſuis expediviſſe. Cum autem ex amiſſione arcis ejusdem (quod Deus avertat) non minus vobis, Uxoribusque & liberis veſtris quam ditioni ſuæ Majeſtatis impendere videatur exitium, Hortamur vos, & nihilominus authoritate præfatæ Sacratiſſimæ Cæſareæ Majeſtatis harum ſerie vobis firmiſſime committimus, quatenus dum & quando per Egregium Emericum Thelekeſſi ſupremum gentium Sacratiſſimæ Cæſareæ Majeſtatis in partibus illis Capitaneum, requiſiti fueritis, & pro eliberatione arcis præfa-

(n) Horum motus, rapinas, ac una egregias Emerici Thelekeſſy virtutes fuſe perſcriptas videre poteris apud Iſtvanffium. ad Annum 1558. & ſeq.

(o) Kisvarda Arx & Oppidum in Provincia Szabolcſenſi, munitionibus quondam validum. Poſteaquam plures obſidiones pertulit, earum demum iniquitati, tumultuante præſertim Rakoczio ſuccubuit. Loco cæteroquin paluſtri eſt, & Tibiſci eluvionibus obnoxio.

Digitized by Google

præfatæ, & ſemper alias, pro ditionis ejusdem defenſione ſine mora totis viribus inſurgere, eidemque omni auxilio adeſſe debeatis. Executuri in eo Sacratiſſimæ Cæſareæ Majeſtatis, noſtramque ſeriam & gratioſam voluntatem. Secus non facturi. Datum Lincii II. Decembris anno MDLVIII.

Maximilianus

Franciſcus Forgats
Varadienſis.

XVI.

Mathias Archidux mandat Leutſchovienſibus, ut veteris Calendarii uſu abolito, ad Gregorianum ſe conforment. Datum Viennæ Anno Domini 1595.

EX AUTOGRAPHO.

Mathias Dei Gratia Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ Carnioliæ Comes Tyrolis &c. Prudentes ac Circumſpecti nobis ſincere dilecti. Quum ſacratiſſima Cæſarea Regia Majeſtas Dominus & Frater noſter obſervandiſſimus propter varias, quæ ſubinde ad ejus Majeſtatem de diverſi Calendarii in hoc Regno uſu perferuntur, querelas, aliaque multa, quæ inde emergunt inconvenientia, omnino & firmiter decrevit, ut veteris Calendarii uſus tandem penitus aboleatur, atque novum, & conformatum Calendarium, jam pridem ab omnibus ſtatibus, & ordinibus iſtius Regni Hungariæ unanimi voto, & conſenſu receptum, juxta articulum quadrageſimum quintum publicarum Regni conſtitutionum proxime præteritæ generalis Diætæ Poſonienſ. ſub Mille Tallerorum in præfato articulo conſtituta pœna per omnes regnicolas inviolabiliter obſervetur, hocque per nos ita etiam publicari, & in effectum deduci benigne voluerit. Ideo nos clementer hortamur, atque Authoritate præfata Sacratiſſimæ Cæſareæ Regiæ Majeſtatis, qua in ejus abſentia plenarie fungimur, vobis, & veſtrum ſingulis harum Serie firmiſſime committimus, & mandamus, ut dictum vetus Calendarium in hac Civitate, ſi hactenus nondum factum eſt, ubique tollere, & abrogare, nullumque vetus Calendarium ſub amiſſione, & ablatione preli imprimi permittere, & uſum novi, ac reformati Calendarii obſervare, & Majeſtatis ſuæ Cæſareæ ac Regiæ benignæ voluntati vos obedienter conformare, atque in contumaces, & inobedientes, vos Magiſtratus, præmiſſa ſtatuta pœna procedere, & præfatam mille Tal-

Digitized by Google

lerorum mulctam juxta articulum ſupradictum irremiſſibiliter ab eis exigere, nobisque poſtmodum de omnibus per literas veſtras, quo Majeſtatem ſuam Cæſaream, & Regiam de ſtatu rei informare poſſimus, edocere velitis, & debeatis, ſecus nullatenus facturi. Datum in Civitate Vienna Auſtriæ XVII. die Menſis Septembris Anno Domini MDXCV.

Matthias

Lippay.

MANTISSA.

In Urbis Leutſchovienſis Tabulario aſſervatur Codex MS. charactere, ut apparet, Seculi XV. exaratus. Complectitur is Leges SS. Corporis Chriſti Sodalitii, quod anno 1402 ea in Urbe inſtitutum eſt. Digna prorſus mihi res apparebat, quæ Diplomatario Leutſchovienſi ſubderetur, tum quod momentum non heſternum eſſet, tum quod a titulo, quem fronti operis præfixeram, non multum abhorreret. Habebunt certe Leitſchovienſes, unde ſi velint, intelligant, quam Religionem, quæ Dogmata eorum Majores ſint complexi, antequam Lutherus omnia novaſſet. Porro & Idioma, quo liber conſcriptus eſt, & ipſam ſcribendi rationem retinere placuit, eorum gratia quibus cana quantumvis monumenta, niſi ejusmodi vetuſtate velut aromate condita ſint, diſſipiunt. Cætera quæ huc faciunt, nota, quam ſubjicimus, explanabit.

Das iſt des heiligen Leuchnams Bruderſchafft buch und diſſelbe Bruderſchafft angefangen iſt zu dem Lobe Gottes und der ere des heiligen Leichnams unſers liebe Herren Iheſu Chriſti in dem Jahr MCCCCII. &c. am Sontak neſte nach Andreæ &c. Primo: ſo iſt dyſelbe Bruderſchafft alſo geordnet und gemacht, wber do ein will kommen, der ſal niederlegen 4 rothe fl. und doreyn keinen tzunemen, is ſey denen der Bruder Wille, und Wort. &c.

Auch ſo ſullen die Brudern alle Duinerſtage eyn Meſſe mit ſampt dem Tagen ſingen dem heiligen Leichnam tzu lobe, und welch Bruder do heime were, und vorſewnte die Meſſe gar, der ſal geben 10 pf. und wer do nicht kummt tzu dem Kyrielleiſon, dy weyl man das ſinget, der ſal geben tzu buſſe 5. Den.

Auch ſullen wir haben alle Montage 2 Kertzen tzu aller Selen Meſſe, als ferie, als is der Bruder wille iſt, imbettwngen.

Auch ab is Sache were, das ein Bruder mit dem anderen tzu ſchaffen hette in Jrrunge adir in tedinge, ſo ſal ir keiner dem andern vor recht bitten. Es ſey deme, ap is die Brudern vormolhten, und die in richtig gemachen, tether obir das. Was demme die Bruder tzurate werden, das ſey denne Seyn puſſe.

Auch ab das ſache were, das eyn Bruder, adyr ein Sweſter ſtirbet, ſo ſullen alle Bruder und Sweſter bebotet werden, und ſullen ſeyn alle bey

der

Digitized by Google

der Vigilien, und bey der Selmeſſe, und alle unſere Kertzen, dy ſal man off ſtecken, und ſullen mit fleiſſe, und mit gebete der Selen gedencken, ab das jemand verſewnte, der do heyme geſtunt were, der ſal geben 10 pf. &c. nemlich und die von der Vigilien, und von die von der Meſſe.

Auch ſey wir eynis wurden, das wir alle Jahr 14. Tage vor des heiligen Leichnams tag tzuſamen gehen ſullen, und unſere gebrechen ausreden, und wenne uns bus Alderman tzuſamene geberet, wer do nicht kummt tzu der ſelbige tzeit als im gebotten wirt, dyweile dye Bruder beyeynander ſeyn der ſal geben 5 pf.

Auch haben wir is alſo gemacht, wer der Bruderſchafft gelt ein Jahr innehelt, Wenne das Jar ende hat, ſo ſal her das gelt niederlegen, als her is empfangen hat, und rechnung tuen, und man ſal is des andern Jars einem andern geben tzuhalden, das ys yo kein lenger halden ſal wen eyn Jar.

Auch ſal dorumme keiner bitten, das man im das gelt gebe.

Auch wer das gelt inne hat, der ſal is mid rot hantiren, is ſey denne mit tzweyer Bruder wiſſen.

Auch iſt alſo gemacht, wer ſeyn gelt nicht niederleget in dem erſten Jare 14 Tage vor Corporis Chriſti, den ſal man weder auschreiben, und laſſen yn eyn gutten mann bleiben, als her tzu uns kommen iſt.

Auch ab is Sache were das eyn Bruder ader Sweſter auswendig in aller Gotswercke, wo is were ſtirbe, und daſſelbige die Bruder gewar wurden, ſo ſullen im gleichwoll die Bruder Leichetzeichen geben mit Vigiller und mit ſelmeſſe, als ab ſy eynheymiſch geſturben weren.

Auch haben wir gewilkort, das dy geſchechtniſſe unſer Bruderſchafft von allen unſern Brudern vorſwigen ſeyn ſullen, da wir handelen mit worten ader mit wercken. Gleicher weiſe als ab is geſchechen in einem Sitzendem rate, und welcher Bruder das meldete, der ſal dorummen dy puſſe tragen und leyden dornoch als die Bruder tzu rate werden. Auch haben wir gewilkort Welch Bruder ſich eberey und widerſetzen, der Kyſetze, als man ſy tzu Alderleüte kewiſt, derſelbe ſal aus unſer Bruderſchafft geſchriben werden, und ſal furt mer ſeyn eyn guter man, als her tzu uns komen iſt.

Auch haben wir gewilkort das man yo tzu etzlichen Quatember an dem Suntag dornoch, tzur weſper ſingen ſal gantz Vigilien, und des Morgens dornoch an dem Montag noch der frumeſſe eyn Selmeſſe, dy Bruder ſelber ſingen ſullen, und alle Bruder und Schweſtere tzu Offer gen ſullen (p).

(p) Subjicitur longa ſerie Catalogus Fratrum & Sororum hujus Sodalitii. Initium e Germanico traductum ita habet:

Pri-

VI.

DIPLOMATA NOBILITATIS SCEPUSIENSIS VETUSTATEM, PRÆCLARA FACTA, REMUNERATIONES REGIAS, SUPREMAS VOLUNTATES, &C. EXHIBENTIA.

I.

Immunitates Nobilium Scepuſienſium, qui vulgo Lanceati compellantur. Datum Anno Domini 1243.

EX APOGRAPHO.

Bela Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galliciæ Lodomeriæ, Comaniæque Rex. omnibus Chriſti fidelibus præſentem paginam inſpecturis ſalutem in omnium ſalvatore. Cum in multitudine populorum Regum gloria, ac Principum ſummopere accendatur; non immerito Regalis celſitudo de ſuis ſubjectis proviſionibus amplioribus debet ordinare, ut iidem felicitate, & numero augeantur. Ad omnium itaque notitiam tam præſentium, quam poſterorum præſentis Scripti teſtimonio volumus pervenire, quod nos univerſis nobilibus de Scepus eandem, quam ab antiquo habuerunt, conſervare volentes libertatem ſtatuimus, quod nullus ipſorum aliquam collectam, vel exactionem ſolvere teneatur, niſi ipſa collecta ad ſervientes (a) Regis, & alios

---

Primo Sereniſſimus Princeps & Dominus Dominus Sigismundus Rex Hungariæ &c cum Barbara Regina ſua Conjuge Domini nobis Clementiſſimi.
Item Magiſter Hermannus noſter Paroecus.
Item Dominus Nicolaus noſter Paroecus. &c.
Hinc colligitur geminas floruiſſe id temporis Leutſchoviæ Paroecias. Altera procul dubio fuerit ad D. Jacobi in ſummo templo, ubi etiamnum perſtat, de altera nihil habeo, quod pro explorato affirmem. Cœterum Sacer iſte Cœtus Corporis Chriſti deſiit Anno 1560. quo Romana Sacra Leutſchoviæ penitus procubuerunt, mutatoque nomine Fraternitas Dominorum appellari cœpit.
(a) Servientes Regis apud veteres Hungaros nobiles etiam appellabantur propterea; quod partim in palatio Regio Aulæ munia obeundo, partim in caſtris Stipendia merendo Regi ſerviverint Vide *Andreæ II. Decret. Anni* 1222. *Art.* 3. & 4.

Digitized by Google

alios quoslibet nobiles fuerit generalis. Item per fora, & portas ejusdem Scepus nullum tributuum ipsi Nobiles, & sui Jobbagyones persolvant. Item in expeditione per nos facta sub nostro vexillo quatuor, qui habent terram octo aratrorum sufficientem, unum mittere debeant decenter armatum. Item Comes de Scepus nec ipsos, nec eorum Jobagyones possit judicare, nisi in causis furti, monetæ, & decimarum, super causis autem minutis inter se ortis diffiniendis ipsimet sibi possint Judicem eligere, quem vellent, & si super aliquo inter eos duellum contingat judicari, non nisi in præsentia nostra debeat terminari. Item Comes de Scepus nullum descensum super eos possit facere violentum. Item siquis de ipsis sine hærede decesserit, universa bona tam mobilia, quam immobilia ipsius, cui filia, si habeat, vel relicta, si nupserint, succedant, sed ille ad eadem Servitia teneatur, ad quæ decedens, cui succedit, fuerat obligatus. Item si super aliquo dubium oriatur, quod per Sacramentum debeat testificari, & purgari, Septimo (b) Se præstito Sacramento quadraginta denarios, & non plures persolvant. Item si aliquis ipsorum convincatur super aliquo furto, solvere debeat judicium juxta nobilium terræ consuetudinem aprobatam. Ut igitur hujus libertatis status, vel series in posterum inconcussa permaneat, nec alioquin successu temporis per quempiam in irritum possit revocari, vel aliquatenus queat retractari, ad ejus firmam stabilitatem literas nostras concessimus testimoniales duplicis Sigilli nostri munimine roboratas. Datum Anno gratiæ MCCXLIII. VII. Idus Junii. Regni autem nostri Anno VIII. (c).

II.

Bela IV. ratam habet donationem Patris sui Andreæ, quam fecerat Adolpho Præposito de Scepus, ejusque Sorori. Datum Anno Domini 1246.

EX APOGRAPHO.

Bela Dei Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galiciæ, Lodomeriæ, Comaniæque Rex, omnibus Christi fidelibus præsens scriptum inspecturis salutem, & omne bonum. Quanto Regalis providentia

cæte-

(b) Ita habet Apographum, sed obscurum est, quid velit.
(c) Has Belæ IV. literas plures Reges confirmarunt, ut Carolus I. Wladislaus II. Ferdinandus I. aliique.

Digitized by Google

cæteros authoritate dignitatis præcellit: tanto ea, quæ per ipſam Majeſtatem ſalubriter, ac proinde confirmantur, uberiori debent robore ſtabiliri. Ad univerſorum igitur notitiam tenore præſentium volumus pervenire, quod accedentes ad præſentiam noſtram Ricolphus, & Hermannus (d) Filii Rutkery, Nepotes Adolphi Præpoſiti de Scepus nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum privilegium noſtrum, quod ſuper confirmatione Privilegii Inclytæ recordationis Patris noſtri memorato ipſorum Avunculo, & Matri dederamus ſuper donatione cujusdam terræ in Scepus ſupra Poprad exiſtentis, caſu ſit amiſſum, confirmare, ac innovare denuo de plenitudine gratiæ noſtræ dignaremur privilegium Patris noſtri memoratum, cujus tenor talis eſt:

In nomine S. Trinitatis, & Individuæ Unitatis. Andreas Dei Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomeriæque Rex in perpetuum. Dum decoris ratio expoſtulat, & humani nihilominus juris exigentia approbat, ut emeritorum Stipendia virorum juxta competentem retributionis ſeriem honeſta, & decens confoveat recompenſatio, ſic etiam humanæ actiones, æquitatis tramitem imitantes, unicuique fidelium deſeſſionis, & laboris præmium congruum, & benevolum in retribuendo gratitudinis officium impendiſſe dignoſcuntur, alioquin juſti Judicis ſententia, qua dicitur: Merces Mercenarii tui apud te non dormiat, digne judicabuntur in contemptum; ob hoc ſolers, & provida Regiæ ſublimitatis diſcretio, mentis oculos ſurſum erigere, & unicuique fidelium pro meritorum ordine convincitur reſpondere, ne diſtricti Judicis, apud quem nullum bonum irremuneratum, examine feriatur; dum videlicet ſuorum labores emeritorum, & exercitia, quorum virtutibus pariter, & viribus Regum longe, lateque percrebeſcit potentia, non competentibus beneficiorum recompenſationibus procuraverit attollere. Quia igitur hujus rationis ſancto, & ſalubri conſilio venerabiliter aſſurgimus; inde eſt, cum Adolphus Præpoſitus multum in ſervitio noſtro, & Reginæ chariſſimæ Conjugis noſtræ tam ad Dominum Papam, quam Imperatores, & diverſos Principes Perſonam, & res periculo expoſuerit, & fideliter deſudaverit; ad inſtantiam ejusdem Reginæ, & Venerabilium Fratrum ſuorum ſcilicet: Colocenſis Archiepiſcopi Bertholdi, & Bambergenſis Epiſcopi (e), & Mar-

(d) Ricolphus clariſſimarum duarum familiarum Parens, & author fuit: Berzeviczianæ videlicet, & Tarczajanæ. Hæc ante duo, &, quod excurrit, ſæcula, ab ſtirpe interiit. Illa in plures ramos diviſa hodiedum floret. Hermanus, ſive Polanus in abnepote pariter Polano jam dudum defecit. Utriusque viri nomen, & res præclare geſtas plura Diplomata memorabunt.

(e) Egberti: Fratris Gertrudis Reginæ, Joannis item Strigonienſis, & Bertholdi Colocenſis Archipræſulum.

Digitized by Google

Marchionis, quibus inceſſanter, & fideliter, & ſuper omnes alios eorum fideles ſervivit, & frequentius perſonam periculo mortis expoſuit, terram quandam in Scepus ſitam ſupra Poprad, a Scepus eliberatam, & jam dicto Bamburgenſi Epiſcopo collatam, per conſenſum, & petitionem ejusdem Epiſcopi, Adolpho Præpoſito, & Sorori ſuæ, quæ jam per dictam Reginam a terra nativitatis ſuæ in exilium, & peregrinationem vocata eſt, relictis competentibus poſſeſſionibus, & cognatis, liberisque ſuis perpetuo contulimus poſſidendam, cum liberis denariis, & omni jure Regio, quod ad nos dignoſcitur pertinere, tali tamen libertate; quod populos, quos collegerint, & undecunque adducent, nullus præſumat judicare, inquietare, excepto nobis, & Palatino, vel cui ad preces ejusdem Præpoſiti, & ſuorum hæredum præceperimus, & ut omnis circumjacentium extirpetur controverſia, ſæpius repetita, terra his circumcingitur terminis — — Quod ut ratum, ac ſtabile perſiſtat, nec proceſſu temporum poſſit aliquis infringere calumnioſe, præſentium authoritate, & Regiæ Serenitatis Sigillo communimus. *Datum per manus Magiſtri Thomæ Aulæ Regiæ Vice Cancellarii Anno ab incarnatione Domini MCCIX. Venerabili Joanne Strigon. Archiepiſcopo: Reverendo Bertholdo Colocenſi, & Bano exiſtente. Calano Quinqueeccl. Boleslao Vacienſi, Chatapano Agr. Symone Varad. Wilermo Tranſilv. Deſiderio Chenad. Petro Jaurin. Poth Palatino, & Muſun. Comite. Michaele Vaivoda. Marcello Buch. Jula Budrugh. Bancone Byhor. Ochuz Suprun. Benedicto de novo caſtro. Moys Ferrei Caſtri Comitibus exiſtentibus.*

Cum igitur nobis ex ſuſcepti Regiminis incumbit officio, ut honeſtis petentium deſideriis conſenſum præbeamus, & favorem, conſiderantes maxime fidelitatem Juvenum Prædeceſſorum, & Avunculi ipſorum, aſſidua, fidelitatis obſequia ingrato nolentes præterire ſilentio, ea præcipue inducti ratione, quod privilegium prænotatum, quod nobis exſtitit præſentatum, in nulla ſui parte appareret vitiatum, cancellatum, abraſum, aut etiam delinitum, prædictam donationem ratam, ac firmam habentes authoritate noſtra duximus confirmandam. In cujus rei memoriam præſentes conceſſimus literas duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum Anno Domini MCCXLVI. Sexto Idus Septembris. Regni autem noſtri Anno XI.

Digitized by Google

III.

Literæ Concordiæ inter Comitem Ricolphum, & Polanum Fratres; ac Hoſpites de Villa Kazmarc, ſeu Késmark initæ. Datum Anno Domini 1270.

EX APOGRAPHO.

Nos Magiſter Muthmerius Præpoſitus Scipiſienſis, Magiſter Detricus, Comes de Zoulum, & de Scepus. Albertus Abbas de Scepus. (f) & Capitulum Eccleſiæ B. Martini de Scepus, ſignificamus, quibus expedierit, univerſis præſentium per tenorem: Quod cum quædam particula terræ ſufficiens ad uſum aratri unius, ſuper qua vertebatur controverſia inter Rycolphum Comitem, & Polanum ex una parte; ac hoſpites de Villa Kazmarc ex altera, ex noſtra promiſſione, ipſisque partibus conſentientibus, nec non mediantibus probis viris, ad talem devenerunt compoſitionem: ut medietas dictæ terræ controverſæ, a parte occidentali incipiens, juxta fluvium Poprad redeat in jus perpetuum Rycolpho, & Polano. — — Medietas vero, incipiens a plaga Orientali, redeat in jus hoſpitum de Kazmarc — — hoc interpoſito, quod prædictæ partes, tam Rycolphus, & Polanus Nobiles; quam etiam hoſpites de Kazmerk, omnes literas ipſorum, quascunque habuerunt ſuper prædicta terra obtentas, penitus coram nobis recaſſarunt, vel ſi forte fraudulenter aliqua partium literas reſervaſſet, ad cautelam etiam ipſas omnino decernimus abolendas, & privilegia ipſorum, quæ habebant de prædicta terra, utraque partium debent renovare. Nec hoc prætermittimus, quod memorati Rycolphus, ac Polanus; ac Hoſpites de Kazmarc coram nobis conſtituti tali vinculo ſe obligarunt; quod, ſi quis partium a compoſitione memorata a longinquo tempore reſiliret, in litis aggreſſum parti non reſilienti cum portione Judicis 100. Marcas Argenti fini dare tenetur. Datum Anno Domini MCCLXX.

IV.

(f) Seu de Schavnik ordinis Ciſtercienſium.

Digitized by Google

IV.

Dominico, & Thomæ Fratribus de Szepus, confertur terra duorum Aratrorum ea libertate, quam Nobiles, & Exercituantes de Scepus habent. Datum Anno Domini 1274.

EX APOGRAPHO.

Nos Magiſter Lorandus Comes de Sepes, univerſis, quibus expedit, & præſentes oſtendentur, ſignificamus: quod recepto mandato Regiæ ſublimitatis, Dominico, & Fratri ſuo Thomæ de Szepus. duobusque filiis Dominici, Kazmirio videlicet, & Ladislao, terram uſui duorum aratrorum ſufficientem, quam inter populos Domini (g) Regis antea tenebant, & poſſidebant, ad libertatem Nobilium, & (h) Exercituantium de Scepus reambulari, aſſignari, & ſtatui faceremus. Nos vero tam juſſioni Regiæ Serenitatis, ut tenemur, obtemperantes, & conſideratis Servitiis præfatorum præſtitis, & quæ in futurum Domino Regi impendere poterunt, ad reambulationem terræ eorundem, Nicolaum officialem noſtrum de Scepus, cum Harperno Cantore Eccleſiæ S. Martini, ac Joanne Cuſtode Eccleſiæ ejusdem de Sepus transmiſimus, qui reambulantes ipſam terram metaverunt ex noſtro juſſu, & præcepto, perpetuo quiete, & pacifice poſſidendam; eximendo, & ſeparando eosdem a ſolutione, & libertate populorum Domini Regis, & applicavimus libertati Nobilium ſæpe dictorum, ut iidem Servitium Domino Regi debeant, quod exercituantes in Scepes exiſtentes Domino Regi impendere conſueverunt, ac eadem libertate gratulentur — — Ut autem factum, ac collatio ſeu donatio nequeat per quempiam retractari, præſentes contulimus literas ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum Dominico die poſt feſtum SS. Viti, & Modeſti. Anno Domini MCCLXXIV.

(g) Populi Regis erant, qui in pagis, & villis Regi obnoxiis incolebant, eidemque ab agris, & fundis certum æs dependebant.
(h) Exercituantes, qui caſtra ſequuntur, Militem conſcribunt. Dufreſne Gloſſar.

Digitized by Google

V.

Eccleſiæ Sygrenſi, quam Joannes Comes de Sygra exſtruxerat, permiſſu Muthmerii Præpoſiti Scepuſienſis, idem Præpoſitus certam dotem addit. Datum apud S. Martinum, Anno Domini 1275.

EX APOGRAPHO.

Nos Magiſter Muthmerius miſeratione Divina Præpoſitus S. Martini de Scepus, tenore præſentium omnibus præſentibus pariter, & futuris ſignificamus. Quod vir Nobilis, ac diſcretus Johannes Comes de Sygra, amicus noſter chariſſimus, ad noſtram accedens præſentiam coram nobis propoſuiſſet humiliter, ut in hæreditate ſua, (i) Sygra vocata, Eccleſiam conſtruere ad honorem omnipotentis Dei ſub ſpeciali patrocinio S. Spiritus permitteremus, eidem Eccleſiæ pro ſalute animæ ſuæ molendinum ſuum ſupra fluvium Sygram ſitum, nomine Sygrenſis molæ vocatum, & pratum in perpetuum conferendo, inſtantiſſimis coram nobis precibus monendo, ut Eccleſiam eandem cum antedicta dote admiſſam, pro animæ noſtræ remedio aliquo doni munere ſecundum gratiam, a Deo nobis præſtitam, reſpicere dignaremur. Nos itaque ejusdem Iohannis Comitis precibus inclinati, prædictæ Eccleſiæ conſtructionem fieri permiſimus, eidem Eccleſiæ, & ſuis Adminiſtratoribus decimas de media Sygra, nec non decimas de hæreditate ipſius Comitis Johannis — = pro animæ noſtræ remedio ad honorem S. Spiritus in perpetuum aſſignantes, & donantes, ſub hac forma; ut ſacerdos de eadem Eccleſia pro decima de media Sygra quinque fertones currentis argenti, & unum fertonem ratione obedientiæ nobis, & Succeſſoribus noſtris ſingulis annis in feſto B. Martini ſolvere teneatur. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam, præſentes literas conceſſimus, ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum apud S. Martinum in Octavis B. Vithi Martyris. Anno Domini MCCLXXV.

VI.

(i) Sygra: vicus haud multum ab arce Scepuſia diſſitus, & ut Belius in Prodromo Hung. ait, Natalibus inclytæ Sygraiorum familiæ celebris.

Digitized by Google

VI.

Ladislaus IV. Rex Hung. Comiti Polano, & Ricolpho Fratribus propter inſignia eorum merita donat villas Farkasfalva & Pokaj. Datum Anno Domini 1278.

EX APOGRAPHO.

Ladislaus Dei Gratia Hung. Dalmatiæ, &c: Rex Univerſis Chriſti fidelibus ſalutem in eo, qui Regibus dat ſalutem. Inter laudes in throno reſidentis tanquam ſydus irradiat, & luce clarius eluceſcit, recenſere merita ſubjectorum, fidelitates agnoſcere devotorum, ac remunerationis lance virtutum præmia merentibus elargiri; nihil enim tam convenit æquitati, quam fidelitatis in ſtadio decurrentes obtento bravio certaminis non fraudari. Proinde univerſorum notitiæ, præſentium ſerie declaramus, quod conſiderantes Regiæ circumſpectionis oculis grata fidelitatum obſequia, & ſervitia gratioſa fidelium noſtrorum, Comitis Polan, & Ricolphi Fratris ſui de Scepus, quæ jugiter nobis in tenera conſtitutis ætate famulati in diverſis, & arduis negotiis Regni noſtri certo experimento impenderunt infallibilibus argumentis, dum idem Comes Polan ſub caſtro Jaurinenſi, cum ejusdem caſtri recuperationi de manu hoſtili operam præſtaremus, defendendo vexillum noſtræ Serenitatis, cujus induſtriam, & expertam probitatem ad id exercendum miniſterium eligendam duxeramus, grande vulnus excepit, cujus cicatrix debilitata ipſius manu impedito ſuo officio naturali, contractis digitis repræſentat. Ricolphus vero frater ejus lethalis plagæ faucia in ſuo corpore ſupportavit. Attendentes ſpecialiter, quod cum Gergely filius Pauli, nequitiæ inflatus Spiritu noſtræ rebellaret celſitudini, vaſtitates, & incendia per noſtrum Regnum auſu nefario exerceret, & quidam noſtri fideles ad reprimendam præſumptuoſam ejus audaciam, & refrenandam potentiam effrænatam de mandato noſtri culminis proceſſiſſent, in pugna commiſſa cum eodem Vir Strenuus Ricolphus filius præfati Comitis Polan pro noſtra, noſtræque Reipublicæ defenſione extitit interemptus. Recenſentes etiam, quod ſæpe dicti Comes Polan, & Ricolphus Frater ejus non ſolum in congreſſibus, cum prædicto Gergeu frequenter habitis, & commiſſis, verum etiam adverſus Lorandum Filium Mark, noſtrum infidelem, bellorum pluries certamina ſubeuntes quoque capti, & detenti damna plurima pertuliſſe dignoſcuntur, in recuperando caſtro noſtro Scepus per virtutes proprias, & ſudores bellicos, quod idem Lorandus callidis Machinationibus occuparat, gratum nobis exhibuerunt

obſequium, & acceptum. (k) Volentes itaque ipſum Comitem Polan pro morte Filii ſui prænotati, quam dictum Ricolphum pro tantorum prærogativa meritorum, retributionis ad præſens aliqualis præmio conſolari, cum ulterioris munificentiæ antidoto curationi vulnerum eorum conſulere oportunis temporibus intendamus, villas noſtras in Scepus exiſtentes Farkasfalva, & Pokay vocatas, contiguas, & commetaneas, ut dicitur, ſub metis antiquis, & terminis, quibus per primos poſſeſſores fuerunt limitatæ, cum omnibus juribus, utilitatibus, & pertinentiis ſuis dedimus, donavimus, & contulimus eisdem Comiti Polan, & Fratri ſuo memorato, ac per eos ſuis hæredibus, hæredumque ſucceſſoribus jure perpetuo poſſidendas, ac per fidelem noſtrum Ladislaum Comitem de Scepus eosdem in corporalem poſſeſſionem Villarum prædictarum fecimus introduci, Villam autem (l) Daman: quam prius eidem Comiti Polan contuleramus, cum admodum utilis, & commoda caſtro noſtro Scepus ratione ſuæ vicinitatis cenſeatur, ab ipſo Comite Polan revocamus, pro uſu ipſius caſtri noſtri, & ſervitio reſervantes, pro hujus commutatione prædictam Villam Pokay contulimus, ut ſuperius eſt expreſſum. Ut igitur hujus noſtræ donationis, ſeu collationis ſeries perpetuæ firmitatis robore fulciatur, nec proceſſu temporis valeat in irritum revocari, præſentes conceſſimus literas duplicis figilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis Magiſtri, Joannis, Doctoris Decretorum, Præpoſiti Budenſis, Colocenſis Eccleſiæ Electi, Aulæ noſtræ Vice Cancellarii, & fidelis noſtri. Anno Domini MCCLXXVIII. VI. Idus. Octobr. Regni autem noſtri anno VII.

VII.

(k) En! in uno diplomate, quot, qualesque res, quæ ad illuſtranda Ladislai Cumani tempora non parum faciunt. Altum de iis apud Scriptores ſilentium, niſi quod Timon ad an. 1273. ſubobſcure adnotavit: *Seditio*, inquit, *in Ungaria durat. Magiſtri Ugrini læſæ Majeſtatis rei pars fortunarum datur Comiti Waltero de caſtro Budeni, Lorandi Marci filii cuidam monaſterio.* Ugrinus, cujus Timon commeminit, fortaſſis ille ipſe fuit, quem Rex Ladislaus Gergely, v. Gergeu vocat.

(l) Daman, nunc Domanyocz, v. Domanyfalva.

Digitized by Google

VII.

Lodomerius Archiepiſcopus Strigonienſ. Nobilibus de Leck concedit facultatem ædificandi templum in ſua poſſeſſione. Datum in Scepus. Anno Domini 1280.

EX APOGRAPHO.

Nos Lodomerius miſeratione Divina Archiepiſcopus Strigonienſis Eccleſiæ, ejusdemque loci Comes Perpetuus, ſignificamus omnibus, quibus expedit præſentium per tenorem: Quod, cum Provinciam Scepus intraſſemus, & in villa, Lethun vocata, Civitati S. Ladislai Regis vicinata, noſtrum deſcenſum haberemus, Comes Nicolaus, filius Henrici, cum ſuis fratribus: Tobia filio Myke, Curvino, & Rod filiis Prim, Rufo, & Andrea Filiis Betlen, filii Scentes, filii Georgii, nec non filiis Salumonis, filiis Nicolai, filiis Thees nobiles de (m) Leck ad noſtram accedentes præſentiam, dixerunt nobis conquerentes, quod a Viris Eccleſiaſticis, & a Divinis officiis propter remotionem Eccleſiæ Parochialis penitus eſſent alienati, quæ fere diſtaret unum milliare, & ex prædictis nobilibus propter inhabentiam Sacerdotis eorundem, ſine confeſſione, ac ſine communicatione Corporis, & ſanguinis Domini noſtri JESU Chriſti, nec non ſacra unctione ſemel, nudius, & tertius homines eſſent expirati, atque infantes baptizmatione carentes emigraverunt, & per Cives prædictæ Civitatis multas blaſphemias ad Eccleſiam procedentes paſſi fuiſſent; qua de cauſa ab Eccleſia S. Ladislai Regis nobiles memoratos dignaremur alienare, & in propria ipſorum hæreditate Eccleſiam permitteremus ædificare, ubi Divina valerent officia procurare. Nos vero omnimodam veritatem de præmiſſis a Sacerdotibus, & Nobilibus ejusdem Provinciæ ſcientes, & inquirentes, nec non per virum diſcretum fidelem noſtrum Magiſtrum Haab, (n) Præpoſitum Strigonienſem, quantitatem remotionis Eccleſiæ præſcivimus memoratæ, & nobilibus antedictis intuitu Divinæ pietatis talem duximus gratiam conferendam, ut in propria hæreditate ipſorum, Eccleſiam ædificandi liberam habeant facultatem, ita tamen, ut in feſtivitate S. Ladislai Regis Sacerdos ipſius Eccleſiæ,

(m) Leck, Lewk, hodie Lewkocz.
(n) Haab de genere Regis Aba, Frater Omodei Palatini, promotus deinde ad inſulam Vacienſem.

Digitized by Google

fiæ, videlicet Filiæ, cum proceſſione eundo lampadem in tres libras ſuffecturam ad Eccleſiam S. Ladislai Regis comportabit. Item Plebanus Eccleſiæ S. Ladislai Regis, nec non Cives ejusdem Civitatis ipſos nobiles de Leck ratione ædificationis Eccleſiæ non præſummant moleſtare, vel contradicere. Datum in Scepus. Anno Domini. MCCLXXX.

VIII.

Andreas III. ratam habet donationem Silvæ Regalis juxta fluvium Lomnitza, quam contulit Ladislaus Cumanus Andreæ, filio Comitis Polyan. Datum Anno Domini 1290.

EX APOGRAPHO.

Andreas Dei Gratia Hungariæ, Dalmatiæ Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Gallitiæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque Rex, omnibus Chriſti fidelibus, præſens ſcriptum inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam. Regia pietas ſingulorum merita tenetur proſpicere oculo pietatis, & ipſos invitare ad fidelitatis opera muneribus donationis, ut alii eorum exemplo invitati ardentius famulentur. Proinde ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire: Quod Andreas Filius Polyan, fidelis noſter de Zepes, ad noſtram accedens præſentiam, exhibuit nobis patentes literas Domini Ladislai quondam illuſtris Regis Hungariæ felicis recordationis, chariſſimi Fratris noſtri Patruelis, ſuper collatione cujusdem ſilvæ, villæ, ac poſſeſſionis ſuæ in Zepes exiſtentis, confectas, petens a nobis cum inſtantia, ut easdem acceptare, & noſtro dignaremur privilegio confirmare, quarum quidem patentium literarum tenor talis eſt:

Nos Ladislaus Dei Gratia Rex Hungariæ memoriæ commendantes ſignificamns, quibus expedit, univerſis præſentium per tenorem: Quod nos conſideratis fidelitatibus, & ſervitiorum meritis Andreæ familiaris juvenis noſtri, filii Comitis Polyan, quæ idem nobis fideliter exhibuit, & impendit, quandam ſilvam noſtram Regalem juxta fluvium Lomnitza, quæ fluit de Lemene, cujus ſilvæ termini usque ad præfatum fluvium procurrunt, diſtinguebantur, & idem Andreas uſque ad præfatum fluvium dimidietatem dictæ ſilvæ ex noſtra collatione dignoſcebatur poſſidere, dedimus, & contulimus eidem, quam ex iſta parte fluvii, quam ex alia memorati perpetuo poſſidendam; Datum in Gilnics Bánya quarto die quindenarum beati Georgii.

Nos

Digitized by Google

Nos itaque juſtis, & legitimis ſupplicationibus Andreæ ſæpe dicti favorabiliter inclinati, maxime, quod idem cum omni favore fidelitatis multipliciter nobis ſtuduit complacere, prædictas patentes literas, Regis Ladislai Fratris noſtri — — præſentibus inſertas, authoritate præſentium duximus confirmandas, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. *Datum per manus diſcreti viri Magiſtri Theodori, Albenſis Eccleſiæ Præpoſiti, Aulæ noſtræ Vice cancellarii, dilecti, & fidelis noſtri. Anno Domini MCCXC. IV. Kalend. Auguſti, Indictione ſecunda. Regni autem noſtri anno primo. Venerabilibus Patribus Lodomerio Strigonienſi, Ioanne Colocenſi Archiepiſcopis. Andrea Agrienſi, Gregorio Cſanadienſi, Paulo Quinque Eccleſienſi. Haab Vaczienſi, Benedicto Veſprimienſi, Aulæ Dominæ Reginæ Conſortis noſtræ cariſſimæ Cancellario, Benedicto Varadinenſi, Poka Sirmienſi, Andrea Jeurinenſi, & Petro Tranſilvanienſi Epiſcopis, Eccleſias Dei feliciter gubernantibus. Mathæo Palatino, & Judice Cumanorum, Briccio Bano totius Sclavoniæ, Rolando Vajvoda Tranſilvano, & Comite de Zonuch, Dominico Magiſtro Thavernicorum noſtrorum, Moys Magiſtro Thavernicorum Dominæ Reginæ, Andrea Judice Curiæ noſtræ Comite Nitrienſi, Joanne Magiſtro Agazonum noſtrorum, & Comite de Baranya, & aliis quam pluribus Comitatus Regni noſtri tenentibus, & honores.*

IX.

Andreas III. Marco Canonico Scepus. & Fratri ejus Comiti Michaeli confert terram Korytnik, ſeu Korotnok, Datum Anno Domini 1297.

EX APOGRAPHO.

Andreas Dei Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex Univerſis Chriſti fidelibus, præſens ſcriptum intuentibus, ſalutem in eo, qui eſt vera ſalus. Pro ſudoribus benemerentium ſinum nobis convenit munificentiæ Regiæ aperire, ut habeat fidelitas, in quo creſcat, cæteros ſui ſimilitudine ad felicitatis opera accendendo. Proinde ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire: Quod Magiſter Marcus, Canonicus Eccleſiæ B. Martini de Scepus, fidelis Capellanus noſter, & Comes Michael, (o) Frater ejusdem,

(o) Pater nobilis familiæ Korothnokianæ, quæ in Scepuſio etiamnum viget.

Digitized by Google

dem, filii Gurethe, ad noſtram accedentes præſentiam, a nobis humiliter poſtularunt, ut quandam terram noſtram, & ſilvam Korytnik vocatas, in Comitatu de Scepus exiſtentes, de benignitate Regia eisdem conferre dignaremur. —— Nos igitur fidelitates, & ſervitiorum merita Magiſtri Marci Capellani noſtri, quæ nobis in deferendis legationibus, & aliis agendis noſtris ſibi commiſſis fideliter exhibuit, & meritoria obſequia Michaelis Fratris ſui, quæ idem in expeditione, quam contra D. Albertum Ducem Auſtriæ, & Styriæ, Patrem noſtrum cariſſimum, tunc noſtrum, & Regni noſtri inimicum Capitalem habuimus, in expugnatione caſtri Rorov (p) pro fidelitate Regiæ Coronæ, Baronibus noſtris cernentibus, cum effuſione ſanguinis ſui laudabiliter impendit, attendentes; ipſam terram Korytnik cum ſilva, & aliis utilitatibus ſuis, ac pertinentiis univerſis, de munificentia Regia donavimus, dedimus, & contulimus eidem Magiſtro Marco Canonico noſtro, & Michaeli Fratri ejusdem, ac per eum ſuis hæredibus, hæredumque ſuorum ſucceſſoribus jure perpetuo, & irrevocabiliter, ac ſine præjudicio juris alieni tenendam pariter, & poſſidendam. In cujus rei memoriam, perpetuamque firmitatem præſentes concedimus literas, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus diſcreti Viri Magiſtri Gregorii, Albenſis Eccleſiæ electi, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti, & fidelis noſtri. Anno Domini MCCXCVII. Regni noſtri Anno VIII. IV. nonas Novembris.

X.

Confirmatio Superioris Donationis, adjectis præterea non nullis immunitatibus. Datum Budæ Anno Domini 1300.

EX , POGRAPHO.

Nos Andreas, Dei Gratia Rex Hungariæ, memoriæ commendantes ſignificamus univerſis, quibus expedit, præſentium per tenorem: Quod perſpectis fidelitatibus, & meritoriis ſervitiis diſcreti viri Mark Presbyteri, Canonici Eccleſiæ B. Martini de Scepes, Specialis Capellani noſtri, & Comitis Michaelis Fratris ejusdem, qui iidem nobis in Regno noſtro, & extra Regnum in

(p) Rorov: Roran in finibus Hung. ad Lajtham amnem appoſitum oppidum.

Digitized by Google

in multis legationibus, & propter multa ſervitia fidelia, quæ in caſtro noſtro de Scepes fideliter peregerunt, & quod ſilvam denſam, & inhabitalem debent excultivare, juxta tenorem privilegii noſtri eisdem antea conceſſi, hanc gratiam duximus faciendam; quod ea libertate, qua univerſi Nobiles noſtri Regni gaudent, & fruuntur, ipſi gaudeant, & ſecure commorentur ſub noſtra gratia ſpeciali. Præterea ſi juxta Regnum Hungariæ nos exercituare contingeret, ex tunc ad ipſum Generalem Exercitum noſtrum unum armatum nobiſcum mittere teneantur. Addidimus etiam, quod Comes, vel (q) Caſtellanus noſter de Scepus, pro tempore conſtitutus, ipſos ſuo judicio adſtare non compellat, cum nos eosdem a judicio, & ab omni jurisdictione ipſius Comitis, & Caſtellani de Scepes duximus penitus eximendos. Cauſas autem, ſi quæ contra ipſos emergerent, noſtra propria perſona, vel Vice-Judex Curiæ noſtræ judicabit. Eximentes etiam eosdem ab omni exactione, ſeu collecta, quæ per noſtram indicentur Majeſtatem. Exponentes nihilominus ex gratia ſpeciali, ut nec ad opus caſtri noſtri de Scepes, nec ad danda victualia teneantur. Conceſſimus etiam, ut ipſam terram, Korothnuk vocatam, tanquam veri hæredes dandi, legandi, vendendi, & conferendi, cuicunque voluerint, liberam habeant facultatem. Datum Budæ in Octavis Paſchæ. Anno Domini MCCC.

XI.

Svetboni Florentino. Baldi Comitis Scepuſienſis Nepoti, confertur poſſeſſio Sebus in Comitatu Sáros. Datum Anno Domini 1300.

EX AUTOGRAPHO.

Andreas Dei Gratia Hungariæ, Dalmatiæ &c. Rex omnibus Chriſti fidelibus, præſens ſcriptum inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Perſonam decet ſublimium, & Majeſtati congruit Principantis, meritis ſubjectorum proſpectis manus eis porrigere largitatis, ut ſatisfiat & gratiæ, cum pro meritis impenditur, & digne reſpondeatur accipientibus, cum eis gratia non negatur. Proinde ad univerſorum tam præſentium, quam futurorum notitiam

(q) Caſtellanus: arcis, vel caſtelli cujuspiam Præfectus.

Digitized by Google

harum ſerie volumus pervenire: Quod, cum Magiſter Svetho, Filius Gerardi de Civitate Florentina oriundus de genere Cyprianorum, nepos Bald Comitis Scepuſienſis, dilecti, ac fidelis noſtri familiaris juvenis noſter, a primo adventu noſtro in Regnum noſtrum (r) videlicet tempore Ducatus noſtri, antequam Regni gubernaculum adepti fuiſſemus, ac Sacro diademate coronati, & etiam poſt Coronationem noſtram usque ad hæc tempora a primævis, imo puerilibus ætatis ſuæ temporibus ſemper, ac indefeſſe noſtro Regio adhærens lateri, diurnis, ac nocturnis obſequiorum ſuorum fideliſſimis famulatibus gratis nobis, & acceptis multis modis, ac multifarie meruit complacere in tantum, quod in ipſius ſervitiis noſter conquievit animus miro modo, nec variis fortunæ caſibus, aut quibusvis temporibus proſperis, & adverſis a noſtro latere ſe ſubtraxit, ſed cumulando merita meritis, & tempora temporibus juges, ut præfatum eſt, exhibuit famulatus, quod longum eſſet per ſingula enarrare. Ad hæc etiam, dum quorundam noſtrorum æmulorum, ſicuti Regis Karuli, & Filiorum ſuorum, perverſæ machinationes erga nos, ſincerum, devotum, ac fideliſſimum animum ejusdem Sveth in ætate juvenili viriliter conſtantem, nullis precibus, nullisque rogationibus, vel aliquibus pollicitationibus immutare valuiſſent, in poſſeſſionibus ſuis, ac hæreditate, quas habere dignoſcitur in diſtrictu Florentino, non parcens rebus, & hæreditati ſuæ multa, & vix numerabilia damna, ac jacturas in ſuis facultatibus per præfatum Regem Karulum, & Filios ſuos paſſus fuit. Nos conſideratis, & in memoriam revocatis tot, ac tantis fidelitatibus, & meritoriis ſervitiis ejusdem, cum Nobilibus viris ſcilicet: Georgio filio Simonis, Comite de Zobolcs, & Caſtellano de Potok, ac fratribus ſuis dilectis, & fidelibus noſtris ipſum Magiſtrum Svethonem juxta decentiam, ac honorem noſtræ Regiæ Majeſtatis ſolennem fecimus contrahere (s) parentelam, & ne ipſe ad ſupportandum onus ſervitii, nobis exhibendi per eundem in futurum, & ad converſandum inter præfatos nobiles cum honore vacuum ſe ſentiat, ſeu inanem, licet majora mereatur, in aliqualem tamen recompenſationem ſervitiorum ſuorum pariter, ac damnorum ſuperius relatorum, quandam Terram, ſeu poſſeſſionem Caſtri noſtri de Saarus, Sebus vocatam, cum omnibus utilitatibus, & pertinentiis ſuis univerſis: villis ſcilicet, pratis, ſilvis, aquis, molendinis, ac aliis ſub eisdem metis, & terminis,

(r) Andreas enim, vivente adhuc Ladislao Cumano, a Proceribus in Hungariam evocatus eſt, ut teſtatur Thuroczius Chronic. Parte II. Cap. LXXXII.

(s) Parentela. Non una eſt vocis hujus ſignificatio. Interdum etiam Parentes, alias familiam; hic amicitiam, cognationem, affinitatem, quæ per connubium paratur, indicat. V. Hagiographos Belgas Tomo VII. Julii & Gloſſar. Dufreſne.

Digitized by Google

nis, quibus antea limitata fuerat, & poſſeſſa, ipſi Magiſtro Svethoni, & ejus hæredibus, hæredumque ſuorum ſucceſſoribus dedimus, donavimus, & contulimus jure perpetuo, & irrevocabiliter poſſidendam, prout etiam prius mediantibus literis noſtris patentibus duxeramus conferendam, ita quod eandem poſſeſſionem Sebus poſſidendi per ſe, & hæredes ſuos, cambiendi, ſeu permutandi, vendendi, donandi, legandi in vita, & in morte locandi, & transferendi plenam, & liberam ex nunc, ut voluerit, aut cuicunque voluerit, habeat facultatem, verum etiam prærogativam ſibi duximus conferendam decocto, ac maturo conſilio Prælatorum pariter, ac Baronum noſtrorum eidem Svethoni, & ſuis hæredibus faciendam, quod quia ipſe novus incola in cœtum Nobilium eſt ingreſſus, ignorans mores, & conſuetudines Regni noſtri ſibi quodammodo peregrinas, ac ignotas, eundem Sveth, ac populos ſuos in eadem poſſeſſione Sebus congregatos, & in futurum congregandos nullus Palatinus, vel Vice-Palatinus, nullus Parochialis Comes, vel Curialis (t) Comes, nullusque Judex quovis, vel qualicunque nomine cenſeatur, præter Regiam noſtram Perſonam, vel noſtrorum ſucceſſorum audeat, vel præſumat judicare. Quod ſi quicunque aliquid actionis contra eosdem Sveth, ac populos ſuos habuerint, nos in reddenda juſtitia, & ſatisfactione plenaria promptos inveniet, & paratos. Nec hoc prætermittimus, quod, ſi poſſeſſionem, ſeu terram, Polocha vocatam, juxta Scepus in confinio Polonorum exiſtentem, ipſi Svethoni mediante privilegio noſtro ſimiliter perpetuo contulerimus, ex tunc dictam terram, ſeu poſſeſſionem Sebus liberam habebimus auferendi facultatem ab eodem. In cujus rei teſtimonium, & perpetuam firmitatem præſentes conceſſimus literas duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus diſcreti viri Magiſtri Stephani, Archidiaconi de Albe Julæ, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti, & fidelis noſtri Anno Domini MCCC. V. Idus Aprilis. Regni autem noſtri Anno X.

(t) Comites Curiales ii ſunt, qui hodie Aulæ Præfecti; adeoque Judices Aulici probe a Comitibus Curiæ, ſeu aulæ Regiæ Judicibus, qui apud Andream II. Decret. Anno 1222. Art. 6. per Excellentiam Comites Curiales dicuntur: Sicut & a Comitibus Parochianis, vel Parochialibus, qui Comitatuum erant Præſides ibidem Art. 5. diſtinguendi. Ita Belius in Ritu explorandæ Veritatis &c. Nota I.

Digitized by Google

XII.

Carolus Rex confirmat donationem Villæ Gurgou, ſeu Gergö propter Virtutes bellicas Stephano, & Arnoldo Fratribus. Datum Anno Domini 1312.

EX APOGRAPHO.

Carolus Dei Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque Rex, Princeps Salernitanus, & Honoris, ac Montis S. Angeli Dominus, omnibus Chriſti fidelibus, præſens ſcriptum inſpecturis, Salutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum tam præſentium, quam futurorum notitiam harum ſerie volumus pervenire: Quod Stephanus Comes Univerſitatis Saxonum noſtrorum de Zipus, & Arnoldus Frater ejusdem, Filii quondam Comitis Eliæ (u) de Gorgou dilecti, & fideles noſtri, ad noſtram præſentiam perſonaliter accedentes, exhibuerunt nobis Privilegium Ladislai quondam Illuſtris Regis Hungariæ, Patruelis noſtri cariſſimi, & Prædeceſſoris noſtri felicis recordationis, ſuper donatione prædictæ Villæ Gorgou vocatæ confectum, petentes a nobis, cum inſtantia, ut eandem donationem ratam, & firmam habere, ipſumque Privilegium confirmare dignaremur; cujus quidem Privilegii tenor talis eſt:

Ladislaus Dei Gratia Hungariæ &c. Rex omnibus Chriſti fidelibus, præſens ſcriptum inſpecturis, Salutem in omnium Salvatore. Regum eſt proprium, ſubjectos ſibi fideliter famulantes gratia proſequi ſpeciali, ut pro hoc alii reddantur ex prompto promptiores, ad fidelitatis opera exercenda. Proinde ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire: Quod Comes Elias, filius Jordani, ad noſtram accedens præſentiam quandam villam, Gorgou vocatam, a nobis ſibi dari poſtulavit; verum quia de qualitate ipſius Villæ nobis veritas non conſtabat, fidelibus noſtris Capitulo Scepuſienſi dedimus in mandatis, ut darent unum ex ipſis pro teſtimonio, coram quo Comes Kulucz Thavarnicus noſter de facto ipſius Villæ, utrum ſit noſtræ collationi pertinens, nec ne? ſciret, & inquireret veritatem, qui poſtmodum reſcripſerunt, quod præ-

(u) Sunt hi ex Majoribus Inclytæ familiæ Görgöianæ per Scepuſium longe, lateque propagatæ.

Digitized by Google

præfatus C. Kulucz ipſam villam coram teſtimonio ipſorum ſtatuiſſet eidem Eliæ, nullo contradictore exiſtente. Nos itaque conſideratis ſervitiis, & fidelitatibus prædicti Eliæ, quæ Domino Stephano Patri noſtro cariſſimo, Illuſtri Regi Hungariæ, felicis recordationis, demum & nobis a puerili ævo ætatis noſtræ cum omni fidelitate continue impendit, præfatam Villam ipſi, & per eum ſuis hæredibus, hæredumque ſuorum ſucceſſoribus dedimus, donavimus, & contulimus perpetuo poſſidendam juxta veteres metas, & antiquas, ita tamen; quod annuatim in feſto Divi Martini idem Elias Comes ratione ipſius terræ aſſumpſit ſolvere unum florenum auri; eundem etiam cum ſuis hæredibus perpetuo a judicio, & jurisdictione Comitum, vel Octavalium (v) Comitum Scepuſienſium, pro tempore conſtitutorum, penitus pure, & ſimpliciter eximendo. In cujus rei memoriam, perpetuamque firmitatem præſentes conceſſimus literas duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis viri Magiſtri Joannis, Budenſis Eccleſiæ Præpoſiti, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti, & fidelis noſtri feria ſexta proxima ante Dominicam (x) Reminiſcere. Anno Domini MCCLXXVIII.

Nos igitur, conſideratis fidelitatibus, & ſervitiorum meritis prædictorum Comitis Stephani, & Arnoldi, ac Jordani Fratris ipſorum jam defuncti, quæ nobis in omnibus noſtris factis, negotiis, & agendis opportunis cum fervore ſupremæ fidelitatis alacriter, & indefeſſe exhibuerunt, & impenderunt, & ſpecialiter, cum nos una cum Baronibus, & Nobilibus, ac aliis incolis Regni noſtri nobis fidelibus, caſtra noſtra, Lublou, & Sarus vocata, quæ per æmulos noſtros ſunt detenta, expugnaremus, idem Stephanus, & ſui Fratres antedicti cum effuſione ſanguinum ſuorum ſervientium non modica ſuas probitates opibus, ac ſervitiis meritoriis in conſpectu noſtræ Excellentiæ evidenter, & viriliter demonſtrarunt, & demum cum nos conflictum, & pugnam cum, & contra exercitum, & totam potentiam Matthæi de Trenchin infidelis noſtri, ac cum Demetrio filio Nicolai, nec non cum filiis Omodei condam Palatini æmulis noſtris nuper proxime habuiſſemus, idem Comes Jordanus Frater ejusdem Stephani, & Arnoldi in concurſu, & congreſſu acierum, ſeu cuneorum hoſtilium ſe pro nobis viriliter, & fideliter opponendo, ſimiliter in con-

(v) Comites Octavales apud Hungaros dicebantur, qui in Octavis certorum feſtorum, qualia potiſſimum erant D. Georgii, & Divi Martini; Divi item Michaelis, litigantes in jus vocabant, eorum cauſas cognoſcebant, & juſtitiam demum ex æquo adminiſtrabant. Octavarum, quindenarum, vigenarum frequens occurrit memoria in Diplomatibus.

(x) Dominica Reminiſcere: eſt ſecunda verni jejunii.

conſpectu noſtræ Regiæ Majeſtatis exſtitit interemptus. Unde licet reſpectu ſervitiorum eorundem præſcriptorum a nobis multo plura obtinere, & habere merentur; tamen ad præſens in aliquam recompenſationem, & noſtræ Regiæ dilectionis indicium, prædictum privilegium, quod non cancellatum, non abraſum, nec in aliqua ſui parte vitiatum, invenimus, de verbo ad verbum præſentibus noſtris literis Privilegialibus inſeri fecimus, & noſtra Regia authoritate duximus confirmandum. Et inſuper eisdem Comiti Stephano, & Arnoldo propter ſuorum prærogativam meritorum, fidelium ſervitiorum prædictorum, & ſpecialiter præmemorati Jordani ſupra dicti Fratris ipſorum, hanc gratiam ſpecialem duximus faciendam; quod florenum auri, quem nobis ratione terragii prædictæ Villæ Gargou vocatæ ſecundum tenorem Privilegii ipſius Ladislai Regis ſuperius inſerti dare tenerentur, eisdem & per eos ipſorum hæredibus, hæredumque ſuorum ſucceſſoribus perpetuo, & irrevocabiliter duximus relaxandam; ita tamen, quod prædicti Stephanus, & Arnoldus, ac ipſorum hæredes more, & conſuetudine Nobilium Regni noſtri cum ipſorum propriis expenſis, & ſumptibus, quocunque nos exercitum habere contingat, in noſtris ſervitiis teneantur exercituare. In cujus rei memoriam, perpetuamque firmitatem noſtras eidem Stephano, & Arnoldo literas Privilegiales dari fecimus duplicis Sigilli noſtri munimine, & appenſione roboratas. Datum per manus diſcreti viri, Magiſtri Johannis, Albenſis Eccleſiæ Præpoſiti, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti, & fidelis noſtri IV. Idus Julii. Anno ab Incarnatione Domini MCCCXII.

XIII.

Carolus Rex iisdem Stephano, & Arnoldo Fratribus, ac Comiti Gyulæ, filio Hamus, avitas poſſeſſiones confirmat. Dat. Anno Domini 1317.

EX APOGRAPHO.

Karulus, Dei Gratia, Hungariæ, Dalmatiæ, &c. Rex Omnibus Chriſti fidelibus, præſens ſcriptum inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum tam præſentium, quam futurorum notitiam, harum ſerie volumus pervenire: quod nos conſideratis fidelitatibus, & fidelium ſervitiorum meritis Comitis Stephani, Comitis Terreſtris de Scepus, & Arnoldi filiorum Eliæ, item Comitis Gyulæ filii Hanns, fidelium noſtrorum, quibus nobis in

nego-

Digitized by Google

negotiis noſtris expeditionibus, & agendis, (y) & ſpecialiter in conflictu noſtro, quem contra Demetrium, Filium Nicolai, item filios Omodei, condam Palatini, & totam potentiam Matthæi de Trenchin, æmulos, & infideles noſtros in Ruzgun (z) habuimus, iidem Stephanus, Arnoldus, & Gyula Comites in conflictu eodem in conſpectu noſtræ Majeſtatis viriliter dimicantes, cum effuſione ſanguinum ipſorum, non parcentes rebus, & Perſonis multipliciter ſtuduerunt complacere, & in ipſa pugna Jordanus Frater eorum exſtitit interemptus, volentes ſuis ſervitiis, & pro morte prædicti Jordani Fratris eorum, & pro effuſione ſanguinum ipſorum occurrere Regio cum favore, licet ipſi reſpectu ſuorum ſervitiorum multo plura a nobis habere mereantur; tamen in recompenſationem ſuorum ſervitiorum promiſimus iisdem, quod eos in Poſſeſſionibus, a Prædeceſſoribus noſtris Regibus Hungariæ, & a nobis obtentis, & demum per nos confirmatis iisdem, quas videlicet nunc ipſi poſſiderent, perpetuis temporibus indemnes manutenebimus, & in filios, & filiorum ſuorum hæredes conſervabimus, Regia Authoritate mediante, ſine præjudicio juris alieni; eosdem, & univerſas poſſeſſiones ipſorum a judicio, & jurisdictione Comitis, & Caſtellani noſtri de Scepus, pro tempore conſtituti, in omnibus articulis cauſarum, penitus eximentes, de gratia ſpeciali. In cujus rei memoriam, perpetuamque firmitatem præſentes conceſſimus, duplicis ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus diſcreti viri, Magiſtri Joannis Albenſis Eccleſiæ Præpoſiti, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, & Archidiaconi Kükküllöenſis, dilecti, & fidelis noſtri, Anno Domini MCCCXVII. pridie Idus Novembris. Regni autem noſtri anno ſimiliter XVII.

XIV.

(y) Agenda: vocabulum genericum ſumitur pro quibuscunque laborioſis negotiis, ſeu militaribus, ſeu civilibus, Regis cauſa præſertim ſuſceptis.

(z) Ruzgun, hodie Rozgon, unde celebris gens; ſed quæ jam dudum extincta eſt, nomen ſumpſit. Vicus Provinciæ Abaujvarienſis, haud procul Caſſovia ad amnem Tarczam ſitus. In ejus campis depugnavit Carolus Rex cum Matthæo Trenchinienſi. Anno Domini 1312. die 15. Junii, ut P. Samuel Timon in Epitome Chronol. adnotavit.

Digitized by Google

XIV.

Carolus Rex Magiſtro Ricolpho, filio Ricolphi, propter eximia facinora, ſingulares prærogativas elargitur. Datum Anno Domini 1325.

EX APOGRAPHO.

Carolus Dei Gratia Rex Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque Rex, Princeps Salernitanus, & Honoris Montis S. Angeli Dominus, omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus, quam futuris, præſens ſcriptum inſpecturis, ſalutem in ſalutis largitore; Regiæ Serenitati congruit, & honori, fidelia fidelium obſequia ubertatis gratia ſecundare, promptumque ſuorum animum promptiorem efficere pio retributionis cum favore. Proinde cunctorum notitiæ harum tenore volumus pervenire: Quod nos intuitum noſtræ conſiderationis inducentes, Regia liberalitate ad grandia, & accepta ſervitia Magiſtri Ricolphi, (a) Filii Ricolphi, dilecti, & fidelis noſtri, quibus idem nobis in cunctis noſtris, & Regni noſtri negotiis, & expeditionibus, proſperis, & adverſis, cura pervigili, & ſudore bellicoſo ſtuduit complacere, & ſe digne Regie amplectendum, & ſua pro fidelitate Regiæ Coronæ obſervanda fortunæ caſibus exponere non parcendo: quæ quidem ipſius Magiſtri Ricolphi fidelia obſequia, nobis impenſa, ſuo modo per ſingula longum eſſet enarrare, & præſentibus inferi tædioſum; quædam tamen in memoriam poſterorum, & informationem cæterorum, tanquam pauca de pluribus, præſentibus juſſimus annotari: Nam, cum Matthæus, Filius Petri de Trenchinio, infidelis noſter capitalis, aggregata ſibi ſocietate, erecto ſuæ perverſitatis vexillo, prope Civitatem noſtram, Caſſa vocatam, nobiscum conflictum habuiſſet; Idem Magiſter Ricolphus in conſpectu noſtræ Majeſtatis viriliter dimicans, cum ſui proprii, & multorum proximorum ſuorum, & Nobilium ſervientium ſanguinis effuſione laudabiles, & fideles exhibuit famulatus. Ubi Deo adjuvante victoriam obtinuimus triumphalem. Præterea cum quandam partem gentis noſtræ, & ipſum Magiſtrum Ricolphum, inter ipſam

(a) De gente Berzeviczia fuit hic Ricolphus, ſed cum diſpertitis inter Fratres, quos plures habuit, latifundiis Arcem Tarkö obtinuiſſet, inde ſibi, & poſteris nomen adjunxit.

Digitized by Google

ſam partem Gentis noſtræ Capitaneum, & majorem nominando, in ſubſidium, & auxilium magnifici Principis Domini Ladislai, Dei Gratia Regis Poloniæ, ſoceri noſtri chariſſimi, qui contra ſibi inſurgentes ſuos multos inimicos opponere neceſſario ſe debebat, transmiſimus; ibi eodem Magiſtro Ricolpho cum dicta gente noſtra, cujus Capitaneatum gerebat, viriliter, & prudenter, dimicante, & bella committente, dictus Dominus Ladislaus Rex, Socer noſter, omnipotentis Dei, & dictæ gentis noſtræ adjutorio, ſuos adverſarios ſuperavit juxta vota. Unde idem Magiſter Ricolphus toti Genti noſtræ Hungariæ odorem bonæ famæ reportavit. In tot igitur, & tantorum ſervitiorum dicti Magiſtri Ricolphi recompenſationem aliqualem, ipſum Magiſtrum Ricolphum, & ſuos hæredes a Judicio, Judicatu, & jurisdictione omnium Judicum, Comitum Parochialium, & Judicum Nobilium quorumlibet Comitatuum Regni noſtri: Item Poſſeſſiones ſuas univerſas, quovis nomine nuncupatas, in qualibet parte Regni noſtri ſituatas, & Populos, ſive Jobbagyones in eisdem commorantes, perpetuo eximimus, eundem noſtro judicio reſervando: Populosque ejus, & Jobbagyones univerſos, & ſingulos ejusdem Magiſtri Ricolphi, & ſuarum Poſteritatum, vel Officialium ſuorum examini committendo. Conceſſimus eidem etiam hanc gratiam ſpecialem, ut omnes cauſas prætexu quorumlibet malorum, ſcilicet: Furti, Latrocinii, Incendii, Homicidii, & his ſimilium, tam per ſuos Jobbagyones, quam per extraneos quoslibet, exceptis Nobilibus Perſonis, in ſuis poſſeſſionibus exortis, non aliquis Judicum, vel Comitum Regni noſtri; ſed idem Magiſter Ricolphus, & ſui hæredes poſſit, & valeat conſuetudine Poſſeſſionum ſuarum judicare, & debito fine terminare, Univerſos juxta exigentiam ſuorum Exceſſuum condemnare, Nobilibus tamen demptis, & exceptis; ut præſcriptum exſtitit, & præmiſſum. Unde vobis univerſis Judicibus, Comitibus Parochialibus, Juſtitiariis, & Judicibus Nobilium Regni noſtri, & vices noſtras gerentibus, firmiter præcipimus, Regio edicto per Præſentes: Quatenus prædictum Ricolphum Magiſtrum, & ſuos hæredes, ac Poſſeſſiones ejus, & populos univerſos, contra quospiam, in quibuslibet cauſis, ullo unquam tempore judicare, aut judicio veſtro adſtare, compellere nullatenus præſumatis; imo in præſcriptis exemptionibus, per noſtram Majeſtatem gratioſe ſibi conceſſis, ſinatis eos inviolabiliter, & perpetuo permanere. In cujus rei memoriam, perpetuamque firmitatem præſentes conceſſimus literas, duplicis Sigilli noſtri novi & authentici munimine roboratas. *Datum per manus diſcreti viri Magiſtri Andreæ, Præpoſiti Eccleſiæ Albenſis, Aulæ noſtræ Vice Cancellarii, dilecti, & fidelis noſtri. XVI. Calend. Julii. Anno Domini. MCCCXXV. Regni autem noſtri ſimiliter XXV. Venerabilibus in Chriſto Patribus, & Dominis, Domino Boleslao Strigonien. & Fratre Ladislao Colocien. Aulæ noſtræ Cancellario. Archiepiſcopis: Joanne Nitrien. Benedicto Cſanadien. Nicolao*

Jaurinien. Georgio Sirmienſi. Ladislao Quinque Eccleſiarum. Iwanka Varadien. Fratre Petro Boſnien. Laurentio Vacien. Andrea Tranſilvano, Henrico Veſprimien. & Cſanadino Agrienſis Eccleſiarum Epiſcopis. Magnificis Baronibus, Philippo Palatino, Comite de Ujvár, & de Scepus. Demetrio Tavernicorum noſtrorum Comite Bachien. & Trenchinien. Comite Alexandro Judice Curiæ noſtræ, Thoma Vajvoda Tranſilvano, Comite de Zonuch, Michaele, Bano totius Sclavoniæ, Magiſtro Tavernicorum Dominæ Reginæ Conſortis noſtræ cariſſimæ Comite Sopronien. Simigien. & de Saaros, Paulo Bano de Machou Comite Sirmien, de Volkov & de Budruk, Dioniſio Magiſtro Dapiferorum noſtrorum. Blaſio Magiſtro Agaſonum noſtrorum. Nicolao, dicto Trewtul, Comite Poſonien. & aliis quam plurimis Regni noſtri Comitatus tenentibus, & honores.

XV.

Carolus Rex Magiſtro Kakaſs, ſeu Gallo concedit, ut ſuas fortunas, Fratribus Ricolpho, & Joanni, relinquere poſſit. Datum Anno Domini 1327.

EX APOGRAPHO.

Carolus Dei Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex Princeps Salernitanus, & Honoris, ac Montis S. Angeli Dominus; Omnibus Chriſti fidelibus, præſentibus, & futuris notitiam præſentium habituris, Salutem in Omnium Salvatore. Ipſa pietas Majeſtatem Regiam admonet, & inducit, ut ſubditorum ſuorum precibus ex ſpeciali gratia debeat miſereri. Proinde ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire: quod M. Kokoſs Filius Ricolphi, fidelis noſtri, ad noſtram accedens præſentiam, humiliter ſupplicando, petiit a noſtra Majeſtate, ut, quia ipſe, volente Deo, qui cuncta condidit, adhuc hæredum ſolatio careret, in officioque Judicatus Montanorum (b) de Schemniczbanya, per multorum inſidias inimicorum ſibi imminentes, ex vanove eventu mortalis Creaturæ poſſet morte ſubitanea præveniri, ſi

fic

(b) Vetus itaque hoc munus eſt Schemnitzii; ſed non dubium, quin amplius quid tum ſignificaverit, fortaſſe ipſam metallicarum operarum Præfecturam, quam ſub Ladislai Cumani tempora Andreas, filius Comitis Polyan, cujus diplomate VIII. meminimus, & ipſe de gente Berzeviczia, geſſiſſe legitur.

Digitized by Google

ſic eum ſine hærede (quod abſit) decedere contingeret; poſſeſſiones univerſas, tam hæreditarias, quam aquiſititias — — Ricolpho, & Joanni, Fratribus ſuis, ipſorumque ſucceſſoribus, tam in vita, quam in morte, dandi, legandi, & relinquendi, liberam haberet facultatem; imo, ſi etiam migraret ab hoc ſæculo, carens hærede, ex tunc eisdem fratribus ſuis, ipſorumque ſucceſſoribus, tam ex noſtra donatione, quam ipſius collatione remanerent, ex benignitate Regia concedere dignaremur. Nos itaque, qui vota juſta ſubditorum ex munificentia liberalitatis Regiæ, qua cunctis noſtris fidelibus debemus eſſe gratioſi, petitionibus dicti Kokoſs favorabiliter inclinati, innumeris fidelitatum meritis ejusdem Magiſtri Kokoſs, & dictorum Fratrum ſuorum, fidelium noſtrorum, quibus nobis iidem longi temporis laboribus, & fervore ſupremæ fidelitatis præſtiterunt, laudabiliter complacere, & ſe reddere gratioſos, recordatis, & in memoriam noſtram revocatis, de conſilio Prælatorum, & Baronum Regni noſtri, conceſſimus annuentes, quod ſive ipſum Magiſtrum Kokoſs in dicto officio Judicatus montanorum, in quo nos eum conſtituimus, per graves inimicorum inſidias, & invidias; ſive naturali morte absque hærede ſuperſtite (quod procul pellatur) de medio recedere; ſeu diem claudere extremum contingat, prædictæ poſſeſſiones ſuæ, tum hæreditariæ, tum aquiſititiæ, cum earum omni juris plenitudine, & Dominii integritate, ſub metis, & terminis eisdem, quibus eædem per dictum Magiſtrum Kokoſs nunc poſſidentur, prædictis Magiſtris Ricolpho, & Joanni, Fratribus ſuis, eorumque ſucceſſoribus, ex noſtra, & ipſius Magiſtri Kokos, ex nunc in ſtabilem, & perpetuam donationem, prælata, facta, & conceſſa jure hæreditatis ſucceſſive remaneant, & habeantur perpetuo, & irrevocabiliter poſſidendæ, tenendæ, & habendæ. In cujus rei memoriam, perpetuamque firmitatem, præſentes conceſſimus literas, duplicis Sigilli noſtri novi, & authentici munimine roboratas. *Datum per manus diſcreti viri Magiſtri Endre,* (c) *Alb. Eccleſiæ Præpoſiti, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri, Anno Domini MCCCXXVII. XV. Calen. Decem. Regni autem noſtri anno ſimiliter XXVII. Venerabilibus in Chriſto Patribus, & Dominis, Boleslao Strigon. & Fr. Ladislao Collocen. Aulæque noſtræ Cancel. Archiepiſcopis. Joanne Nitrien. Benedicto Cſanadien. Nicolao Jaurinen. Georgio Sirmien. Ladislao Quinque Eccleſien. Jwanka Varadien. Fr. Petro Boſnien. Laurentio Vacien. Andrea Tranſilv. Henrico Veſprimien. Aulæ Dominæ Reginæ, Conſortis noſtræ cariſſimæ, Cancel. Chanadino Agrien. & Ladislao Zagrabien.*

(c) Endre idem eſt, quod Latinis Andreas. Unde Szent Endrö, vel contracte Szendrö: Urbs ſeu Villa S. Andreæ.

Digitized by Google

Epiſcopis, Eccleſias Dei feliciter gubernantibus. Magnificis Baronibus, Demetrio Mag. Tavernicor. noſtror. Comite Bacs. & Trench. Comite Alexandro, Judice Curiæ noſtræ, & C. Caſtri ferrei, Thoma Vajvoda Tranſ. & Comite de Zonnuk. Mykeh Bano totius Sclavoniæ, & Com. Simigien. Paulo Bano de Machu, Comite Sopronien. de Volkov, & de Bodrugh, Dyoniſio M. Dapiferor. noſtror. Stephano Agaſonum noſtrorum Magiſtro, & Nicolao dicto Trentul. C. Poſ. aliisque quam pluribus Regni noſtri Comitatus tenentibus, & honores.

XVI.

Literæ Magiſtri Willermi, Comitis de Scepus, & Ujvàr, pro Comite Joanne, & Michaele, Filiis Marcus &c. Dat. Anno Domini 1328. Edidit Godefredus Schwarcz in Recenſione Critica Originum, & Occaſuum Tranſilvaniæ pag. 46. & ſeq.

Nos Magiſter Willermus, Comes de Scepus, & Ujvár, tenore præſentium ſignificamus, quibus expedit, univerſis: Quod cum nos ex Præcepto, & mandato Domini noſtri Caroli, Dei Gratia Illuſtris Regis Hungariæ, poſſeſſiones quorundam nobilium, in Comitatu Scepus exiſtentium, feciſſemus recaptivari inquirentes, quali titulo ipſas poſſeſſiones habeant, & poſſideant, inter quas etiam quasdam poſſeſſiones Comitis Joannis, & Michaelis, Filiorum Marcus, & Stephani Filii Marcus (d) Szent Michalur, Lizquan, Wagen

(d) Unus ex Majoribus inclytæ familiæ Mariaſſianæ de Markusfalva, quæ per Provincias Hungariæ Scepuſienſem, Borſodienſem, Zemplinienſem, & Gömörienſem ample diffuſa eſt. Nominis porro Mariaſſiani hanc originem ferunt. Ferente, neſcio, qua pugna, cum Hungarorum acies jam inclinaret, & res fugæ proxima eſſet; nec opinato advolat Marcus, Dux certi agminis, cui pro ſignis Virginea Mater expicta erat. Poſtremos ordines vix id adverterat; cum ſubito Patria voce conclamant: Senki ne féllyen, Iſten vagyon vellünk, ihon vannak az Máriás Seregek! id eſt: procul ſit timor, Deus nobiſcum; en Marianæ turmæ! Mox pugna redintegrata, acerrimaque impreſſione facta, hoſtis loco movetur, ac inſigni demum clade profligatur. Multiplex virtutis præmium tulit Marcus: nam & nomen Mariani, ſeu Mariaſſi, & Marcusfalvam cum adnexa ditione, & arma gentilicia adeptus eſt: ſcipſum nempe in ſcuto expreſſum, atque ita, ut tunc

gendrilzel &c. vocatas, in prædicto Comitatu exiſtentes, feciſſemus recâptivari, & poſtmodum prædictis Nobilibus, ſupradictas Poſſeſſiones ipſorum hæreditarias fore aſſerentibus, commiſimus, ut ii nobiles cum vicinis, & commetaneis prætactarum Poſſeſſionum, cæterisque Nobilibus ejusdem Comitatus, in Octava feſti Purificationis Virginis Glorioſæ, coram Honorabili Capitulo, Eccleſiæ S. Martini de Scepus, præſente Magiſtro Petro Caſtellano noſtro de Scepus, velut etiam homine ipſius fide digno, comprobare debuiſſent ſecundum Regni conſuetudinem approbatam; utrum videlicet prænotatæ poſſeſſiones ipſorum ſint? & fuerint hæreditariæ? tandem prædicti Comes Johannes, Michael — — in quadam Congregatione noſtra, Sabbato proximo poſt Dominicam Ramis Palmarum in prædicto Comitatu Scepus., circa Eccleſiam S. Martini facta, conſurgentes de medio univerſorum, exhibuerunt Literas prædicti Capituli coram nobis, ac quibusdam Juratis Aſſeſſoribus, & aliis nobilibus, una nobiſcum in judicio aſſidentibus. — — — Unde nos — — ex relatione ſupradictorum Juratorum, & Nobilium certificati, præſcriptas Poſſeſſiones ſcientes, & intelligentes ipſorum fore hæreditarias, & a tempore, cujus memoria in contrarium non extat, per Progenitores eorundem habitas, & & poſſeſſas; easdem remiſimus, & reſignavimus pacifice poſſidendas, & tenendas. In cujus rei teſtimonium præſentes noſtras literas, annuente juſtitia, eisdem duximus concedendas. Datum quarto die Congregationis noſtræ antedictæ, loco prænotato Anno Domini MCCCXXVIII.

XVII.

Tabulæ Supremæ voluntatis ejusdem Magiſtri Willermi Drugeth, Comitis de Scepus, & Ujvár. Datum in Sárus. Anno Domini 1330.

EX APOGRAPHO.

Ego Magiſter Willermus Drugeth, Comes de Scepus, & Ujvár, ſanus, & integer corpore, compoſque meæ mentis, conſiderans vitam hominis fore caducam, & inopinabilibus caſibus infinitis tranſituram, matura, & præcog-

tunc in pugna erat, ferrea lorica gravem; dextra cambucam, quæ Hungaris Bozogany, læva manu crucem duplicatam, quod inſigne Regni eſt, tenentem. Ex Oratione funebri Hungarica Ladislai Mariaſſi.

Digitized by Google

cognita deliberatione præhabita, præſentibus honorabilibus Viris, videlicet: Domino Petro, Præpoſito de Mysle (e), Domino Joanne Abbate de (f) Zeplak, Magiſtro Jacobo Plebano de Caſſa, & Fratre Johanne, Priore de (g) Sáaros, univerſa bona in temporalibus a Deo Omnipotente, & per ipſius gratiam Domino noſtro Carolo, Dei gratia Illuſtri Rege Hungariæ, naturali Domino meo, mihi data diſponendo, & rationabiliter ordinando, habendo Deum præ oculis, tale ordinavi, & condidi teſtamentum. Et quidem dicto Domino meo Regi vero Executori teſtamenti, de pecunia mox per eundem aquiſita lego, & relinquo viva voce ducentas marcas finni argenti gravis ponderis. Item caſtra mea, titulo acquiſitionis hæreditariæ, emptionis etiam; & concambii, videlicet: Zalanch (h) Parys, Barkou, Jezenev, Lublou, novum caſtrum de Dunajecz, & Zakalya, vocata, cum omnibus utilitatibus eorundem, & pertinentiis univerſis, & quasdam alias poſſeſſiones meas, in Comitatu Zathmár exiſtentes, & poſſeſſionem, juxta fluvium Danubium ſitam, Ujbech vocatam, cum omnibus Privilegiis, & Inſtrumentis ſuper eadem caſtra, & ipſas Poſſeſſiones confectis, in caſtro Regech cuſtodiæ commiſſis. Item totam equatiam meam, ſeu jumenta, equos manſuetos, ac omnia mea arma lego, & relinquo Nicolao Fratri meo, tali modo: quod de reditibus dictarum Poſſeſſionum mearum Domicellæ, Carnali ſorori meæ, trecentas marcas finni argenti, idem Nicolaus Frater meus dare teneatur, & donec ipſam pecuniam dictæ ſorori meæ dare poterit integraliter, tributum de Lyblou ipſi ſorori meæ aſſignet exigendum. Item Domicellæ Mariæ Folyk in ſortem matrimonialis copulæ mihi adjunctæ lego, & relinquo quingentas marcas finni argenti, decem magnas ſcutellas de argento, duodecim ſcyphos argenteos in uno fictio, (i) tria anguſtria (k) argentea: unum magnum, duo minora, & quartum illis minus ad fundendam aquam. Item unam coronam auream, lapidibus pretioſis ornatam, centum marcis finni argenti comparatam; octo ſcutellas parvas argenteas; no-

(e) Mysle, pagus Provinciæ Abaujvar olim Præpoſitura ſæculari nobilis, a Familia Sumus, vel Somos de genere Aba inſtituta, ut patet ex documentis ejusdem familiæ, quæ ſubinde in Budamerianam, Lapispatakianam, & Zegneianam divita eſt. Jam Anno 1297. floruit Michael Præpoſitus Myslenſis.

(f) Zeplak, vel Széplak pagus perinde Provinciæ Abaujvarienſis, olim Ordinis Benedictini Abbatia clarus; quam tempore Andreæ II. Regis Cyegl, vel Cegl moderatus fuiſſe legitur.

(g) Saros Oppidum Provinciæ cognominis, conventu Eremitarum S. Auguſtini quondam celebre, ut in analectis Comitatus Sároſienſis, ſi vires, & vitam Superi conceſſerint, oſtendemus.

(h) Caſtra hæc, & quorum infra meminit, in ſuperiore Hungaria ſunt; ſed pleraque in rudus jam dudum abierunt.

(i) Fictium fortaſſe ab Hungarico Fiok, quod arcam, vel ciſtulam ſignificat.

(k) Anguſtrium: Amphora quælibet cum anguſto ore.

Digitized by Google

nonaginta coclearia de argento; nonaginta pannos de porphyraceis ramentis; decem & novem purpuras de ſerico factas; tria baltheos, ſeu cingulos argenteos, duos majores, & unum minorem; & alia (l) jocalia in caſtro de (m) Gunch ad ſervandum deportata. Item eidem conſortimeæ unam crucem magnam de argento deauratam, cum bonis lapidibus præparatam in caſtro Scepus ante præcuſtoditam, & quingentas marcas finni argenti erga eundem cuſtodiæ commiſſas lego, & relinquo. Sed ſupradictas quingentas marcas finni argenti de monte Szmolnukbánya dare committo; ſed tempore debito, ſcilicet ad feſtum Paſchæ Domini proxime affuturum, ipſa pecunia de dicto monte Szmolnukbánya a Magiſtro Tuzko, & Geri Gallico ad novam portionem accipiendo perſolvatur. Item eidem Geri pro ſuis fidelibus laboribus, pro me impenſis, in eodem monte lego, & relinquo centum marcas finni argenti. Item Magiſtro Pernoto familiari meo, & dilecto lego quinquaginta marcas finni argenti. Item cuilibet de ſcutiferis meis, æqualiter veſtitis, nonaginta marcas argenti. Item & Magiſtro Mathiæ, Notario meo, lego quinquaginta marcas finni argenti. Item Nicolao, currifero meo, Paulo, & Teolyrio Agaſonibus meis, cuilibet ipſorum decem marcas argenti, & unam Seſſionem Curialem in Terebeſs. Nota, quod, quia ex mandato Regio Ioannem Villicum de Leucha feceram captivare, & e domo ſua res fere, ad valorem quadraginta marcarum inventas aufferri fecimus ab illo; licet eandem pecuniam ex dato, & voluntate Domini mei Regis pro me tenuerim; tamen, propter emendam conſcientiæ meæ, centum quinquaginta marcas ad computum levem eidem Joanni Villico reddere promitto; de quibus nonaginta marcas de meo circa ſe habet, & reſiduas ſexaginta marcas, de prædicto monte Szmolnuk, reddere committo. Item quod, cum Comes Stephanus, filius Eliæ de Leucha, & quidam proximi ejusdem quasdam ipſorum poſſeſſiones, pro me per firmam Judiciariam coram Domino Rege requiſitas, compoſitionaliter mihi appropriatas, & perpetuatas juſto titulo amiſſam, de me pro 44. pannis de gravi — (n) — per gratiam, per me factam, redemiſſet: tamen ne mea conſcientia per receptionem dictæ pecuniæ contaminetur, & anima mea aggravetur in aliquo; taliter decrevi, & ex tunc facere promitto: quod in quacunque re, in quantacunque quantitate pecuniæ in præmiſſis dictus Comes Stephanus, & ſui proximi, quorum cauſa juſta fuit, damnum indebite, & injuſte fuerint perpeſſi, juxta fidem, & conſcientiam eorum, eisdem tantam pecuniam in pannis, vel in valore pannorum dando

(l) Jocalia: Monilia majoris pretii.
(m) Gunch, hodie Göncz: Oppidum Comitatus Abaujvar; cum arce diruta.
(n) Hic aliqua deſunt, alioquin & apographum, quo uſus ſum, mendoſum erat.

Digitized by Google

dando, videlicet pro petia octo marcas, & pro petia panni, vel forneci quatuor marcas perſolvere, & refundere voluntaire promitto. Et nota, quod Arnoldus, Judex de Caſſa, in centum, & ſedecim marcis pro me extitiſſet fidejuſſor: quam quidem pecuniam de tributo de Domahyda accipere, & exigere commiſi, & committo, rogando Dominum Regem meum vigore hujus teſtamenti, ut, ſi decedere me contingat in ſuis ſervitiis, ubicunque, quovismodo, vel qualitercunque, ex tunc pecuniam debitorum meorum de prædicto tributo exolvi faciat, ſecundum gratiam ſuæ Majeſtatis, ne conſcientia mea pro hujusmodi negligentia debitorum meorum poſſit aggravari. Et nota, quod quia Nerengium condam Judicem de Gelnuchbanya ex quadam ira, & commotione feci ſuſpendi; licet merito, & ſuis diverſis culpis exigentibus, in quibus ſe culpabilem fore eſt confeſſus: tamen ad tegendam hujus facti maculam de mea conſcientia viginti quinque marcas pro cenſu ſui homicidii, & quinque marcas pro comparationibus Miſſarum dare commiſi, & committo. Nota, quod quandam poſſeſſionem cujusdam nobilis, Miſsle vocatam, inter caſtra Borkou, & Jezeneu vocata, exiſtentem, per me occupatam, eidem reddo, & reſigno. Nota, quod decimas parvas, & magnas in Territorio Civitatis Budenſis, quam in territorio Szyrmienſi pro me ſimul cum Magiſtro Raphaele Aurifabro pro ducentis ſeptuaginta marcis rationis Budenſis emptas, & comparatas taliter diſpono: quod cum reditu ipſarum decimarum in uſumfructum congregato, in duas partes dividantur æquales, & de dimidietate, & de Principali pecunia, & lucro ad meam rationem reddente, triginta marcas, Eccleſiæ, in qua meum corpus condetur, dare lego, & committo; dimidietatem vero reſiduæ pecuniæ ad comparationes miſſarum per Eccleſias dividantur pro remedio animæ meæ; reſiduam vero dimidietatem hominibus, per me offenſam, vel damnum perpeſſis, juxta eorum aſſertiones, fide mediante, & ut omnibus reſtitutio fiat condigna. Nota, quod Waltherum, familiarem ſervitorem meum, Nicolao Fratri meo committo, & commendo, ut in eadem dilectione, & providentia tenere debeat, in qua me eundem tenuiſſe cognoverit, &, ſi ab eodem rec edere voluerit, honore cum decenti, & cum bono juvamine de ſe remittat. Hoc ſpecialiter addere curabo, quod, ſi præmiſſas diſpoſitiones pecuniales de pecunia mea complere non poteſt, ex tunc de tributo de Lublou compleat ſucceſſive; ut præſens teſtamentum nullam habeat diminutionem. Item Chriſtianus de Buda, velit viginti (o) Tonellas Vini de meis forſitan triginta marcas valentes, vel ultra, & Nicolaus, dictus Ztojan, cum pecunia mea procedit; ſed rationem reddet Geri officiali meo. Significo eapropter univerſis Chri-

(o) Tona, Tonella: dolium, vaſculum.

Digitized by Google

Chriſticolis, præſens teſtamentum inſpecturis, quod Executores, & Promotores hujus ordinationis, & præſentis Teſtamenti ordino, conſtituo, & diſpono Excellentiſſimum Dominum Carolum, Dei Gratia Illuſtrem Regem Hungariæ, meum naturalem Dominum, & prædictos viros Deo famulantes in teſtimonium hujus facti conventos, & univerſa præſcripta penes eorum conſcientiam teneantur facere, ordinare, & fideli mandare executioni: ſecus vero ex ipſis facere conantes iram, & indignationem Dei Omnipotentis, & animæ eorum detrimentum grave patiantur, caſu contingente. Scriptum in Sarus, in Vigilia feſti B. Laurentii M. Anno Domini MCCCXXX.

XVIII.

Carolus Rex Magiſtro Petro Aurifabro, Vice Comiti, & Caſtellano Scepuſienſi, confert poſſeſſionem Jemnik. Datum in Vizegrad. Anno Domini 1331.

EX AUTOGRAPHO.

Nos Carolus, Dei gratia Rex Uungariæ &c. memoriæ commendantes tenore præſentium, quibus expedit, ſignificamus univerſis: Quod cum Magiſter Petrus, Filius Simonis, de Senis dictus, & fidelis aurifaber (p) noſter, Viceque Comes, & Caſtellanus Scepuſienſis, ad noſtræ Serenitatis acceſſiſſet præſentiam, ſuæ fidelitatis proponendo ſervitia, & declarando, quandam Poſſeſſionem, Jemnik vocatam, in Comitatu Scepuſienſi exiſtentem, aſſerendo eam quondam fuiſſe Cormus hominis, ſine hærede decedentis, & ex eo noſtræ collationi pertinere; a nobis ſibi, & ſuis poſteritatibus dari, & conferri perpetuo poſtulaſſet. — — Nos vero, qui ex officio ſuſcepti regiminis unicuique digna, & meritoria ſervitia penſare, & penſata dignis retributionibus confovere debemus, & tenemur, conſiderantes, & in noſtræ Majeſtatis memoriam revocantes meritoria ſervitia ipſius Magiſtri Petri, quæ idem nobis in

(p) Res mira videri poteſt! Aurifaber ſimul, ſimul vice-Comes, & Caſtellanus; ſed id temporis minime rara, cum artes, quæcunque, ſi literis præſertim conjunctæ erant, & honores, & præmia emerebantur; fecit id ſumma cum artificum, tum litteratorum infrequentia. Wladislai II. ævo etiam, qui Bonfinii hiſtoriam primus deſcripſit, inter nobiles relatus eſt. Habeo præ manibus apographum litterarum.

Digitized by Google

multimodis, & diverſis noſtris, & Regni noſtri negotiis proſperis, & adverſis, & ſpecialiter in conſervationem dicti caſtri Scepuſienſis, & in ſculptione, fabricatione, ſeu paratione præſentis ſigilli noſtri authentici exhibuit, & impendit, Volentes ſuis petitionibus ſatisfacere, & votis regio occurrere cum favore in hac parte, licet plura a nobis mereretur; tamen, in aliqualem recompenſationem ſuorum ſervitiorum, prædictam poſſeſſionem Jemnik, cum ſuis utilitatibus, & pertinentiis univerſis ſub his metis, & terminis, quibus per prædictum Bartholomæum hominem noſtrum ſibi ſtatuta extitiſſe dignoſcitur, ipſi Magiſtro Petro, & per eum ſuis hæredibus, hæredumque ſuorum ſucceſſoribus, dedimus, donavimus, & contulimus, jure perpetuo, & irrevocobiliter poſſidendam, tenendam, & habendam. Præſentes autem cum nobis fuerit repræſentatæ, in formam noſtri privilegii redigi faciemus. Datum in Vizegrad feria quinta proxima poſt Dominicam Ramis Palmarum. Anno Domini MCCCXXXI.

XIX.

Ludovicus I. Rex Hungariæ ratam habet donationem L. laneorum, ad fluvium Poprad factam, Wenceslao filio Pauli de Peturmezej. Dat. Budæ Anno Domini 1354.

EX AUTOGRAPHO.

Nos Ludovicus, Dei gratia Rex Hungariæ, &c. memoriæ commendamus tenore præſentium, ſignificantes, quibus expedit, univerſis: Quod Wenceslaus, Filius Pauli de Peturmezej, fidelis noſter, ad ſerenitatis noſtræ accedendo præſentiam exhibuit nobis quasdam literas noſtras patentes, ſigillo noſtro rotundo (q), quo in Venationibus utimur, conſignatas, tenoris infra ſcripti, ſupplicans nobis humiliter, & devote, ut ipſas præſentibus tranſcribi, & tranſumi faciendo, uberiorem ad cautelam dignaremur pro eodem confirmare. Quarum tenor talis eſt:

Nos

(q) Sigilla, quibus Mathias I. Rex Hungariæ uſus eſt, Decret. 3. Art. 8vo. Anni 1471. enumerantur quinque: videlicet Bulla aurea, duplex Sigillum, Secretum, Juridicum, & Annulare. Num Venatorium, de quo diploma mentionem injicit, ab iis diſtinctum fuerit, decidere non vacat.

Digitized by Google

Nos Ludovicus, Dei Gratia Rex Hungariæ, memoriæ commendantes tenore præſentium ſignificamus, quibus expedit, univerſis: Quod conſideratis fidelitatibus, & fidelium ſervitiorum meritis Wenceslai, Filii Pauli de Peturmezey, indeſinenter noſtræ Majeſtati exhibitis, volentes eidem ob recompenſam dictorum ſervitiorum ſuorum Regio occurrere cum favore, ut alii ad fidelitatis opera ferventius accendantur, in quodam loco deſerto, & habitatoribus carenti, videlicet inter ſilvam, Stara vocatam, & metas Lyblio, juxta fluvium Poprad exiſtenti quinquaginta (r) laneos ad modum Teutonicorum cum omnibus utilitatibus ad eosdem laneos ſpectare debentibus dedimus, donavimus, & contulimus, jure perpetuo, & irrevocabiliter eidem Wenceslao, & per eum ſuis hæredibus. hæredumque ſuorum ſucceſſoribus, pacifice, & quiete poſſidendos, tenendos pariter, & habendos: ſalvis tamen juribus aliorum de eisdem remanentibus. Et dum præſentes nobis reportatæ fuerint, literas noſtras Privilegiales, ſub autentico ſigillo noſtro roboratas, ſuper præmiſſis ſibi faciemus emanari. Datum in Welk in Dominica Ramis Palmarum. Anno Domini MCCCLII.

Nos itaque juſtis, & juri conſonis ſupplicationibus, dicti Wenceslai noſtræ humiliter Majeſtati porrectis, inclinati Regio cum favore, prædictas literas noſtras patentes præſentibus de verbo ad verbum tranſcribi, & tranſumi facientes pro eodem duximus confirmandas — (s) — Datum Budæ in Dominica Judica. Anno Domini MCCCLIV.

(r) Laneus apud Saxones Scepuſienſes erat fundus Villæ alicujus incolæ ad habitandum, & ruſticandum attributus. Qui cujus menſuræ fuerit, V. Dipl. Villar. Scepus. Num. II.

(s) Ex limitibus, qui hic inſeruntur, conjici poteſt, Villam Hobgard eo loco ſubinde erectam eſſe.

Digitized by Google

XX.

Ludovicus I. confirmat Belæ IV. Regis literas, quibus Comiti Jordano, filio Arnoldi, certam ſilvam Regalem in Scepuſio contulerat. Datum Anno Domini 1357.

EX APOGRAPHO.

Ludovicus, Dei Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque Rex; Princeps Salernitanus, & Honoris, ac montis S. Angeli Dominus, omnibus Chriſti fidelibus præſentibus, & futuris præſentium notitiam habituris, ſalutem in omnium ſalvatore. Sicut ad Regiam pertinet Excellentiam unicuique pro meritis condigna dare beneficia meritorum: ſic a ſuis prædeceſſoribus rite præſtita, & donata muniminis beneficio debent confirmari, ut ex futuris in temporibus obtineant immobilis perſeverantiæ firmamentum. Proinde ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire: quod Magiſter Jacobus Protonotarius, Magnifici viri Comitis Nicolai, Judicis Curiæ noſtræ, in perſonis Eliæ Filii Arnoldi; Hank, & Jacobi filiorum alterius Arnoldi; Hank, Petri, & Thomæ, Filiorum Gyula de Gergeu, proximorum ſuorum, ad noſtram accedendo præſentiam, exhibuit nobis Privilegium quondam Illuſtris Principis D. Belæ Regis ſuper collatione cujusdam ſilvæ in Comitatu Scepus, ab utraque parte fluvii, Poprad vocati inter montes ſimiſia (t), & Alpes (u) Tarczal exiſtentis, per eundem D. Belam Regem facta confectum infraſcripti tenoris, ſupplicans noſtræ Majeſtati in perſonis eorundem humiliter, & devote, ut ipſum Privilegium acceptare, ratificare, & pro eisdem noſtro dignaremur Privilegio confirmare, cujus tenor talis eſt:

Bela, Dei Gratia Hungariæ, Dalmatiæ &c. Rex Omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus, quam futuris præſens ſcriptum inſpecturis, ſalutem in omnium ſalvatore. Regia celſitudo, quæ ſublevat honores ſubditorum, collationes fidelibus ſuis factas, ne iis antiquitas valeat nocumentari; literarum conſuevit teſtimonio perennari. Proinde ad univerſorum tam præſentium, quam futurorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire: Quod, cum Comes Jor-

(t) Simina paulo infra Scimina, alibi Semene, ſunt montes Scepuſienſes. Eorum ſitum conjectando damus inter diplomata Præp. & Capit. Scepuſ. Num. X.
(u) Tarczal, alii legunt tatra, notiſſimi illi montes Carpatici.

Digitized

Jordanus filius Arnoldi, Comitis de Scepus, a primævis pueritiæ ſuæ temporibus nobis gratum exhibuiſſet ſervitium, & ſedulum famulatum, in legationibus noſtris in Ruthenia (v), & Polonia deferendis, ac in convocatione populorum, ad terram Scepus de circumjacentibus Regnis, & diverſis Regionibus congregatorum, nolens parcere rebus, nec perſonæ: propter quæ ex Regali munificentia digne fuerat commendandus; nos, qui ex officio ſuſcepti Regiminis tenemur metiri merita ſingulorum, & unicuique laudabiliter pro meritis reſpondere, quandam ſilvam noſtram Regalem in diſtrictu Scepes, ab utraque parte fluvii Poprad, inter indagines Regni noſtri, & confinia Poloniæ, & inter montes ſcimia, & Alpes Tarczal exiſtentem, cum omnibus utilitatibus ſuis, & pertinentiis univerſis, ſecundum quod ad noſtram pertinuit Majeſtatem eidem Comiti Jordano, & poſt eum ſuis hæredibus, hæredumque ſuorum, & poſteritatum ſucceſſoribus, dedimus, donavimus, contulimus, & tradidimus, jure

(v) Probabile eſt nomine Ruthenie hic intelligi Ruſſiam Rubram, in cujus ambitu ſunt gemina ad S. Coronam Hungariæ ſpectantia Regna, videlicet: Gallicia & Lodomeria. Illa Podoliam inſuper; hæc autem potiorem Volhiniæ partem cum ditione Primislavienſi complectitur. Arma & titulos Galliciæ & Lodomeriæ, ceu indubitatos jurium in eadem Regna teſtes jam inde ab *Andrea II.* Hieroſolymitano, divos Hungariæ Reges omnes, uſque ad *Auguſtam Mariam Thereſiam* Apoſtolicam Hungariæ &c. *Reginam* uſu nunquam interrupto, conſtanter uſurpaſſe, Regiæ literæ, diplomata, ſigilla, atque omnis generis monumenta ſatis hodiedum loquuntur. Qua vero tempeſtate ipſa Regnorum horum jura *S. Coronæ Hungariæ* aquiſita ſint? quomodo item defenſa? atque vindicata? Optime diſces ex *Prævia Explicatione Jurium Hungariæ in Ruſſiam minorem & Podoliam &c. edita Vindobonæ A. MDCCLXXII. Typis Joannis Thomæ Nobilis de Trattnern.* In hoc autem opuculo oſtenditur, Reges Hungariæ jam XI. & XII. ſæculo Ruſſiam, quam dicunt Rubram, atque ad eam pertinentes amplas Galliciæ & Lodomeriæ Provincias legitime poſſediſſe, nominatim vero Ludovico M. Regi, qui ab A. 1342, uſque ad A. 1382. Hungaris præfuit, Ruſſiam ceu *Regnum S. Coronæ Hungaricæ ſubjectum* paruiſſe, ejusdem autoritate ibidem Vayvodas ſeu Capitaneos Hungaros conſtitutos, qui *Regnum illud ſub titulo S. Coronæ & Regimine ejusdem Domini Regis conſervarunt.* Mortuo ſine ſobole maſcula a 1370 Caſimiro Poloniæ Rege, cui ad obitum ſolummodo Ruſſiæ Regnum conceſſum fuit, ex pactis cum illo conventis, quæque a Polonis A. 1673. rata agnoſcebantur, ad Ludovicum Magnum Hungariæ Regem Ruſſiam omnem rediiſſe. Mariam Ludovici M. filiam natu majorem Hungariæ Reginam tranquille poſſediſſe Ruſſiam. Idem Regnum Ruſſiæ ab Hedvige Mariæ ſorore natu minore Poloniæ Regina, vi ac armis iniquis Hungariæ fuiſſe erreptum, repugnante nec quidquam Sigiſmundo, Mariæ conjuge, legitimo Hungariæ Rege. Ruſſiæ poſſeſſionem vi tractatus A. 1412 Poloniæ quidem relictam; Juris tamen utriusque partis diremptionem diſerte fuiſſe reſervatam. Juribus his nullo unquam tempore ab Hungariæ Ordinibus renunciatum fuiſſe; quorum tamen conſenſus, electivi regiminis forma uſque ad A. 1687 obtinente, ad alienationes quasvis faciendas neceſſarius fuit. Denique quo minus Hungarorum repetitæ poſtulationes effectum ſortirentur, varia bella ſubſecuta, turbas inteſtinas atque alia impedimentorum genera diu obſtitiſſe; nil tamen omiſſum fuiſſe, quo jura hæc ſarta atque illæſa ſervarentur. Hac ex laudata explicatione prævia.

jure hæreditario, ac irrevocabiliter poſſidendam, eo jure, ea plenitudine, eo titulo, eaque libertate, qua omnes nobiles Regni noſtri ſuas poſſeſſiones poſſident, atque tenent. Conceſſimus inſuper eidem Comiti Jordano, & Hæredibus ſuis ob ſpecialem favorem dilectionis, quod ipſum Jordanum Comitem, vel hæredes ſuos, ac Jobbagyones ipſius, quos ad ipſam terram proceſſu temporis poſſit convocare, ſeu congregare, nullus Comes noſter de Scepus, pro tempore conſtitutus, valeat, ſeu præſumat judicare; ſed omnes cauſas, inter Jobbagyones ſuos exortas, tam furta, quam homicidia, ſeu effuſiones ſanguinum, ac etiam latrocinia, & alias minores qualiumcunque cauſas incidentes, idem Comes Jordanus judicabit: ipſe vero Jordanus Comes contra quoslibet in omnibus cauſis, in præſentia noſtræ Majeſtatis, tenebitur comparere, & ad plenum reſpondere, & eundem Comitem Jordanum in corporalem poſſeſſionem ejusdem (x) ſilvæ per Detricum Filium Vikon, Comitem de Scepus, & per diſcretum virum D. Albertum, Abbatem de Scepus, dilectos, & fideles noſtros, fecimus introduci. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam eidem Jordano Comiti noſtras conceſſimus literas, duplicis ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Magiſtri Smaragdi, Albenſ. Eccleſiæ Præpoſiti, Aulæ noſtræ Vice Cancellarii, dilecti, & fidelis noſtri. Anno Domini MCCLVI. Regni autem noſtri: Anno XXI.

Nos igitur, humillimis ſupplicationibus prædicti Magiſtri Jacobi &c. *Datum per manus Venerabilis in Chriſto Patris D. Nicolai Archiepiſcopi Colocenſ. Aulæ noſtræ Cancellarii, dilecti, & fidelis noſtri. Anno Domini MCCCLVII. Tertio Idus Februar. Regni autem noſtri Anno XVI. Venerabilibus in Chriſto PP. & DD. Nicolao Strigon. Locique ejusdem Comite Perpetuo, & Ugolino Spalat, Archiepiſcopis. Nicolao Agrienſ. Demetrio Varad. Tranſilv. ſede vacante, Nicolao Quinque Eccleſ. Joanne Veſprim. Colomanno Jaurin. Thoma Cſanad. Stephano electo Zagrab. Michaele Vacienſ. Petro Boſnen. Fratribus Stephano Nitrien. Thoma Syrm. Epiſcopis, Eccleſias Dei feliciter gubernantibus. Magnificis viris Nicolao Konth Palatino, & Judice Cumannorum, Cikou Magiſtro Tavern. noſtrorum. Andrea Vajvoda Tranſilv. Nicolao de Zéch Judice Curiæ noſtræ, Nicolao Bano de Machou, Leuſtachio totius Regni Sclavon. Banatum tenente. Leukus Dapiſeror, & Pincernar. Dionyſio Agaſ. noſtrorum, Thoma Janitor noſtrorum Magiſtris, & Simone Filio Mauritii Comite Poſon. aliisque quam pluribus Regni noſtri Comitatus tenentibus, & honores.*

XXI.

(x) Ex metis hujus ſilvæ apparet, Villam Toporcz illic collocatam eſſe.

Digitized by Google

XXI.

Sigiſmundi Regis literæ, quibus teſtatur Nobiles de Markusfalva, & de Jemnik interfuiſſe bellicæ contra Turcas expeditioni. Datum prope caſtrum Gerebunch. Anno Domini 1391.

EX AUTOGRAPHO.

Sigiſmundus, Dei gratia Rex Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Marchioque Brandenburgenſis, &c. memoriæ commendamus per præſentes, quod nos Petrum filium Markus de Markusfalva, Johannem, & Stephanum filios ſuos, ac Blaſium, & Nicolaum, filios Ladislai de Jemnik, in Cottu Scepuſienſi exiſtentes, in præſenti noſtra expeditione exercituali contra Turcos, noſtros, & Regni noſtri æmulos Imperata, qui juxta ſtatuta Sanctorum Regum, & noſtram ſanctionem infra limites dicti Regni Hungariæ proficiſci tenebantur, interfuiſſe atteſtamur. Ideo ipſos de præmiſſis ad propria eorum habitacula duximus remittendos; ipſos in hac parte habentes ſupportatos, ac eximendos: harum noſtrarum tenore literarum. Datum in deſcenſu noſtro campeſtri prope caſtrum Gerebuncs, ipſo die feſto B. Ladislai Regis, & Confeſſoris. Anno Domini MCCCXCI.

XXII.

Mandatum Mariæ Reginæ ad Capitulum Scepus, ut Nobiles de Kromlow ſtatuat in villa cognomine. Dat. Leibiczii. Anno Domini 1392.

EX AUTOGRAPHO.

Maria, Dei Gratia Regina Hungariæ, Dalmat. Croat. &c. Fidelibus ſuis, Capitulo Scepuſ. ſalutem, & gratiam. Dicunt nobis Paulus, Filius Ægidii; & Petrus, Filius Eliæ de Krómlow, in ipſorum, nec non Mathiæ, filii Pauli de eadem, Fratris ipſorum Patruelis perſonis: quod ipſi in domi-

Digitized by Google

nium ejusdem poſſeſſionis (y), Kromlow vocatæ, in Comitatu Scepuſ. nunc apud manus ipſorum habitæ, ex quo literalia eorum inſtrumenta, factum ejusdem poſſeſſionis eorum tangentia, caſu accidente ignis incendio (prout etiam per Nobiles ipſius Comitatus ſumus certitudinaliter informati) ſunt combuſta; legitime vellent introire: Super quo veſtræ fidelitati firmiter præcipiendo mandamus, quatenus veſtrum mittatis hominem pro teſtimonio fide dignum, quo præſente Jacobus, filius Stephani de Machalfalva, Joannes, filius Thompa de eadem, aut Andreas. An Nicolaus, filius Marci de Chontafalva, aliis abſentibus homo Regius — — Datum in Lewbiche in feſto S. Trinitatis. Anno Domini MCCCXCII.

XXIII.

Sigiſmundus Rex Hung. ſubditos Nobilium de Polyank eximit a jurisdictione quorumlibet Judicum. Datum Budæ Anno Domini 1420.

EX APOGRAPHO.

Sigiſmundus, Dei Gratia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalm., Croatiæ, &c. Rex, Fidelibus noſtris univerſis, Prælatis, Baronibus, Comitibus, Caſtellanis, Nobilibus, ipſorumque officialibus: Item Civitatibus, & liberis Villis, ipſarumque Rectoribus, Judicibus, & Villicis. præſentium notitiam habituris, ſalutem, & gratiam. Cum antiqua conſuetudine, & approbata lege Regni noſtri requirente, quivis nobilis, & homo poſſeſſionatus ſuos Jobbagyones (z), & familiares impoſſeſſionatos in ſuis

(y) Interierit ne viciſſitudine temporum hic locus, an ſuperet adhuc? perſpectum non habeo. Idem eſt de gente Kromlowiorum, niſi fortaſſe nomen mutavit.

(z) De hac voce Mathias Belius in ritu explorandæ veritatis ad §. XI. adfert ſequentia: Joubagiones, Iobagiones, Jobbagyones, Hungaris dicuntur Coloni, Ruricolæ, atque adeo ipſa mancipia — — Quæ vox anne a Jobb. ágy? melior eſt lectus, vel, a Jobb adgy, melius ſi dederis, rectius derivetur? lectoris benevoli judicio permitto. Certe nomen hoc in populo Hungarico tunc ſubortum eſt, quum imbelles prælia & certamina ſubterfugientes in perpetuam conjecti fuerunt ſervitutem. Thurocz Chronic. Parte 1ma cap. 10. Verbötzius Tripart. Parte I. Tit. 3. qui iſto nomine hac poſſimum de cauſa adpellati ſunt, quod vel quies, vel tributum multo iis gratiora fuere, quam belli moleſtiæ — — Cæterum Nobiles quoque Hungariæ Jobagyones, hoc eſt Regis ſervientes, ſeu Vaſalli adpellantur. And. II. Decret. Arti. 10. 13. &c. Ita ille.

Digitized by Google

ſuis poſſeſſionibus more, & ad inſtar aliorum Jobbagyonum ſuorum commorantes in cauſis quibusvis, demptis duntaxat furti, latrocinii, Homicidii, & aliis publicis criminalibus ipſemet judicandi liberam habeat facultatem: Fidelitati igitur veſtræ firmiter præcipientes mandamus, quatenus amodo in antea Jobbagyones, & familiares impoſſeſſionatos fidelium noſtrorum Stephani, filii Petri de Poliank (a), & Nicolai de eadem Fratris ſui, in quibusvis poſſeſſionibus eorum reſidentes, in nullis cauſis, & cauſarum articulis, demptis ſolummodo præmiſſis, in veſtris poſſeſſionibus, tenutis, honoribus, aut veſtri in medio judicare; vel veſtro adſtare judicatui compellere, resque & bona ipſorum ad cujusvis inſtantiam areſtare, prohibere, ſeu areſtari facere nullatenus præſumatis, nec ſitis auſi modo aliquali, ſignanter pro facto debito, delicto, & offenſis aliorum. Si qui enim quidquam actionis, vel quæſtionis contra præfatos Jobbagyones, & familiares impoſſeſſionatos præfatorum Stephani, & Nicolai habent, vel habuerint; hi id in præſentia eorundem Dominorum ſuorum, aut officialium ipſorum juridice proſequantur ſuper eosdem, qui ſi in reddenda cuipiam juſtitia tepidi fuerint, aut remiſſi, ex tunc non prælibati Jobbagyones, & familiares impoſſeſſionati, contra quos agitur; ſed annotati Stephanus, & Nicolaus Domini ſcilicet ipſorum, aut officiales eorundem in noſtram, aut alterius ordinarii ſui Judicis præſentiam rationem abnegatæ juſtitiæ reddituri, per querulantes legitime evocentur, ex parte quorum nos, aut idem Judex eorum ordinarius omnem contra eos querulanti meri juris, & juſtitiæ, ac debiti, & indilatæ ſatisfactionis complementum exhibebimus, vel impendet, prout dictaverit, ordo juris. — — Datum Budæ die Dominico proximo poſt feſtum B. Marci Evangeliſtæ. Anno Domini MCDXX. Regnorum noſtrorum Hungariæ &c. XXXIV. Romanorum vero X.

(a) Familia Polyankai a Polyanka, vel Polyanocz nomen traxit, qui locus Montibus Braniſciis ſubjectus eſt.

Digitized by Google

XXIV.

Sigiſmundus Rex Petro de Berzevicze, Magiſtro Tavernicorum Regalium, confert poſſeſſionem Jamnik. Datum in Tata. Anno Domini 1425.

EX APOGRAPHO.

Nos Sigiſmundus, D. G. Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croat. &c. Rex memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit, univerſis: quod nos, qui ex innata nobis Regia liberalitate cunctorum, nobis fideliter obſequentium, merita, & actus virtuoſos dignæ retributionis bravio metiri ſolemus, eosque exinde præmiis decorare donativis, ad noſtri Regii culminis animum digne revocantes puræ fidei conſtantiam, & magnificæ fidelitatis indicia, ac laudum præconio attolenda præclara merita, nec non virtuoſa geſta, ſincerasque complacentias fidelis noſtri ſincere dilecti Magnifici Petri, Filii Henrici de Berzevicze (b), Magiſtri Tavernicorum noſtræ Majeſtatis, quibus ipſe, a præteritorum diuturnorum temporum curriculis, usque in præſens, in plerisque noſtris, & dicti Regni noſtri Hungariæ arduis agendis, & expeditionibus difficillimis, noſtra, ut puta, & ſacræ noſtræ coronæ facta ſupreme tangentia ſicuti proſperis ſic & adverſis, ſub diverſitate locorum, & temporum, & ſignanter in Turcia etiam diram captivitatem non parvuli temporis ſpatio duriter perferendo, cum omni fidelitatis fervore, devotionis eximia conſtantia, & ſolicitudine indefeſſa, juxta adoptati noſtri Regii deſiderii nutum, Majeſtati noſtræ valde ſtuduit complacere, ſeque gratum reddere, & acceptum, prætextu quorum licet ipſe multo majora antidotorum præmia a noſtra ſublimitate mereretur nanciſci, cupientes tamen ad præſens, uti promptis affectibus largius intendimus in futurum, præfatum Magiſtrum Taver. alicujus Regiæ munificentiæ antidoto conſolari, totum jus noſtrum Regium, quod noſtram in poſſeſſione, Jemnik vocata, in Cottu Scepuſ. exiſtente, quibuscunque cauſis, & rationibus ex nunc concernit, aut in futurum quolibet, & præſertim dum Blaſium, de eadem Jam-

(b) Exſtat in templo Berzeviczenſi rubeum marmor, cui de viro hoc ſequentia ſunt inciſa: *Sepultura Magnifici viri Domini Petri Berzeviczi de Brezzoviz* (hic marmor comminutum eſt) *Tavernicorum Regalium Magiſtri, Comitis Comitatus Scepuſienſis.*

Digitized by Google

Jamlik nunc hæredum ſolatio carentem, ab hoc ſæculo absque hæredibus decedere contigerit, ex ejusdem obitu concernere poterit Majeſtatem, ſimul cum omnibus ſuis utilitatibus — — memorato Petro Magiſtro Taver. & ſuis hæredibus, ac ſucceſſoribus univerſis dedimus, donavimus, & contulimus, imo damus, donamus, & conferimus, jure perpetuo, & irrevocabiliter poſſidendam, tenendam, pariter & habendam. — — Harum noſtrarum vigore, & teſtimonio literarum, quas in formam noſtri privilegii redigi faciemus, dum nobis in ſpecie fuerint reportatæ. Datum in Tata feria tertia proxima poſt feſtum Exaltationis Sanctæ Crucis. Anno Domini MCDXXV. Regnorum noſtrorum. Anno Hung. XXXIX. Romanorum XV. & Bohemiæ VI.

XXV.

Fragmentum Diplomatis Albertini, quo commendatur Magnificus Stephanus de Rozgon, Comes Poſoniens. ob prælia in Scepuſio contra Polonos fortiter geſta. Datum Anno Domini 1439.

EX APOGRAPHO.

— — Tandem nobis ulterius verſus, & ad partes Sileſiæ procedentibus, memoratus Comes Stephanus, quem, ut poſtmodum experientia claruit, intenſior præ aliis defenſionis hujus Regni cura angebat, in eodem Regno remanens, aggregataque velociter copioſa ſuorum familiarium multitudine, ad partes noſtras Scepuſienſes, quibus tunc ex Parte Polonorum Regni noſtri, & noſtrorum notoriorum æmulorum grandior hoſtilitatis timor incumbebat, imo & pernicioſior inſultuum imminebat aſperitas, ſe conferens, & in Civitate noſtra Keſmark mora fixa, tam in earundem partium, quam etiam totius Regni noſtri Hungariæ prædicti defenſione, coronæ ipſius Regni, & noſtræ Majeſtati multimoda, & alta laude digna ſervitia curavit exhibere. Nam ipſo in dicta Civitate Keſmark permanente, & quodam Polonorum Capitaneo, quem vulgus, proprio nomine velato, Saffranecz cognomine appellabat, tunc Civitatem Podolyin, in prætactis partibus noſtris Scepuſienſibus ſitam, tenente, nonnullaque damna inibi Incolis earundem partium quotidianis inſultibus committente, antefatus Comes Stephanus, veluti vir eximiæ ſtrenuitatis, fultus audacia damnificationem prætactam in ſui præſentia continuatam, conniventibus oculis verens pertranſire, trino principali, ſecluſis partialibus pugnæ

Digitized by Google

præludiis, cum antefato Saffranecz Polono, & ſuis gentibus bellicoſo congreſſu poſt ſe ſe ſucceſſive inito, & commiſſo, in qualibet vice Domino exercituum opem miniſtrante, de eisdem noſtris hoſtibus, aliis diræ morti traditis; aliis vero plurimorum vulnerum acerrimis plagis affectis, glorioſum, quamvis non ſine ſuorum ſanguinis effuſione, reportavit triumphum, taliterque eorum inſultuum præcluſit aditum, & audaciam edomavit; ut poſtmodum nusquam ipſo inibi exiſtente, Poloni prætacti, licet notabilis quantitatis fuerint, & numeri: mutuæ pugnæ congreſſum corde formidulo audebant præſtolari; ſed plerumque a facie armigerorum, antefati Comitis Stephani in certa quantitate collectorum, pro defenſione incolarum dictarum partium quotidie nemora inibi ſita peragrantium Polonorum gentes prætactæ, in ipſis nemoribus interdum repertæ, numerum eorundem armigerorum annotati Comitis Stephani duplicata, imo etiam aliquando triplicata quantitate excedentes, omni virilitatis audacia abjecta, nunc montium cacumina ſcandendo, nunc vero vallium ima pro ſui evaſione petendo, unus alium ex eis curſu ſuperans, ſe ſe fugæ præſidio commendabat, ſicque antelatæ partes noſtræ Scepuſienſes a prætactorum inimicorum inſultibus per ſtrenuitatem dicti Comitis Stephani liberatæ, damnorum notabilium expertes remanſerunt.

XXVI.

Alberti Regis literæ, quibus Ladislao de Palocz, & Stephano Poharnok de Berzevicz, Oratoribus ſuis dat plenam facultatem agendi cum Wladislao Rege Poloniæ. Dat. Strigonii. Anno Domini 1439. Edidit P. Mathias Dogiel Codice Diplom. Polon. Tom. 1.

Albertus, Dei Gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex, ſignificamus tenore præſentium, quibus expedit, univerſis: Quod de fide, & legalitate Magnificorum, & Nobilium Ladislai de Palocz, Magiſtri Curiæ noſtræ Majeſtatis, & Stephani Poharnok de Berzevicz, Oratorum noſtrorum fidelium dilectorum, plenam gerendæ fiduciæ præſumptionem, quam & eorum cuilibet in ſolidum plenam damus, & omnimodam concedimus præſentium tenore facultatem, cum Sereniſſimo Domino Wladislao, Rege Poloniæ, Litvaniæque Principe ſupremo, &c. conveniendi, neceſſariosque tractatus habendi, atque treugam, ſufferentiam, tolerantiam a guer-

guerra concludendi, inſcriptionibus firmandi, & ſtabiliendi, ac ſuper pace perpetua aliam Diætam congruentem inter nos utcunque recipiendi, & faciendi: promittentes verbo noſtro Regio omnia, & ſingula, quæcunque per dictos Oratores noſtros condictata, tractata, concluſave fuerint, rata, grata, atque firma habere, & ſervare, tanquam nos ipſi, ſi præmiſſis intereſſemus perſonaliter, eadem clauderemus, tractaremus, concluderemus, & modo efficaciori firmaremus. Harum teſtimonio literarum, quibus ſecretum Sigillum noſtrum eſt appenſum. Datum Strigonii Sabbato poſt feſtum S. Galli, Anno Domini MCDXXXIX. Regnor. noſtrorum Anno II.

XXVII.

Mathiæ I. Regis literæ, quibus indulget Stephano de Berzevicze, ut Caſtellum Berzeviczenſe, a Bohemis redemptum, eousque teneat, donec per Cognatos illi ſatisfiat. Datum Zegedini Anno Domini 1458.

EX APOGRAPHO.

Mathias, Dei Gratia Rex Hungariæ Dalmatiæ, Croatiæ, &c. memoriæ commendamus per Præſentes: Quod fidelis noſter egregius Stephanus de Berzevicze, noſtram veniens in præſentiam, nobis exponere curavit hunc in modum: Quomodo ipſe fideli noſtro, Magnifico Sebaſtiano de Rozgon, pridem Magiſtro Agazonum noſtrorum, ac Capitaneo gentium noſtrarum; nunc vero Vajvodæ Tranſilvanienſi pro illis 400. florenis auri, quos idem Sebaſtianus de Rozgon pro Caſtello Berzevicze Bohemis illis, (c) qui idem tenebant,

(c) Caſtellum Berzevicze, quo pacto ad Bohemos pervenerit, juvat ex Callimacho adferre. Ille poſteaquam Libr. 2. narraſſet, quomodo Cajca Polonus, qui Berzeviczino præerat, ab Giskra, Bohemorum Duce, captus eſſet; ſubdit: *Hic nempe Giskra, ut erat Dux belli acer, victoriam perſecutus, ad Brozoviczium caſtra movet. Capto enim a ſe præſidii illius Præfecto, ſubitæ deditionis ſpem non fruſtra conceperat; ſed cum inveniſſet oppidanos ad ſe tuendum paratiores, quam crediderat, cum ſuis abiturus, re minime tentata, apparebat. Verum caſu, aut humana fraude in altera arce (nam illic duæ ſunt) incendium exortum compulit defenſores ad alteram confugere, moxque ne quid tale in ea quoque contingeret, imperium hoſtis pene ultro ſuſcepere. Accidit id anno* 1442.; atque hinc clarum eſt, plures annos Berzeviczini moleſtos illos inquilinos hæſiſſe. Cæterum Caſtelli, cujus mentio hic fit, hodie nec rudera ſuperant.

Digitized by Google

bant, ſolviſſet, ſcilicet 400. florenos auri ſolviſſet, poſtea poſt obtentum ejusdem Caſtelli Berzevicze ad præſentes illas, quas pro defenſione ejusdem Caſtelli in eodem hucusque tenuiſſet 500. & 50. florenos auri expoſuiſſet, quæ ſcilicet expenſæ non ſolum in ipſum, ſed etiam in fideles noſtros, Egregios Stephanum Poharnok, Leonardum Filium Detrici, Joannem Schvartz, Staniſlaum Fratrem ſuum, ac Filios Jacobi Lomniczky de eadem Berzevicze, cum eosdem caſtellum præfatum communiter concernat, redundari deberent; ſupplicavit idem Stephanus Majeſtati noſtræ humillime, & devote, ut eidem ſuperinde oportune providere dignaremur. Nos igitur ſupplicatione ſua inclinati, eidem illo reſpectu, ut ipſe tutius, & commodius expenſas ſuas præfatas a præfatis propinguis, & conſanguineis ſuis rehabere poſſit, id duximus annuendum, & concedendum, ut, inquam, interim, quousque prætati Stephanus Pohárnok, Leonardus, Joannes Schwartz, Stanislaus, & Filii Jacobi Lomniczky, de illa parte expenſarum præfatarum, perque præfatum Stephanum factarum, quæ in eosdem Stephanum Pohárnok, Leonardum, Joannem, & Stanislaum, ac Filios Jacobi de Lomnitza redundare debebunt, eidem Stephano non ſatisfacerent, in dominium, ac poſſeſſionem dicti Caſtelli Berzevicze, & pertinentiarum ſuarum, ac etiam proventuum earundem quovis modo ingerere, & intromittere poſſint, imo annuimus, & concedimus teſtimonio præſentium mediante. Datum Zegedini feria 4ta proxima ante feſtum nativitatis Anno MCDLVIII.

XXVIII.

Mathias Rex orat Paulum II. Papam, ut vacantem Auranæ Prioratum, Emerico de Zapolya collatum, confirmet. Datum Anno Domini 1465. Ex Epiſtola Mathiæ Corv. Part. II. Epiſtola XXXII.

Vacavit jam pridem Prioratus (d) Auranæ Ordinis Cruciferorum Rhodienſium, dignitas in hoc Regno noſtro haud quaquam contemnenda. Cum vero

(d) Aurana ſita eſt in Dalmatia, ad lacum cognominem. Illic ordo Equitum Rhodiorum, nunc Melitenſium celebre Collegium habuit, quod Ludovicus I. ampliſſimis Poſſeſſionibus auxit. Collegii Præfectus Prior vulgo dictus eſt, ſimulque Comes Dubiczenſis, cui cæteri per Hungariam Cruciferi parebant. In poteſtatem Turcarum venit Aurana Anno 1537.

Digitized by Google

vero nuper Regnum Boznæ, a Turcis occupatum, magnis noſtris laboribus, & impenſis Deo propitio maxima ex parte recuperaſſemus, facile illud intelligimus, non minore illud difficultate nobis retinendum eſſe, quam eſt aquiſitum. Quapropter conſtituimus fidelem noſtrum Magnificum Emericum de Zapolya, nuper Theſaurarium noſtrum, partium illarum Gubernatorem. Verum cum nulla eſſet alia conſervandæ illius Provinciæ ſpes, modus, ac via, ſuperaddimus ei omnes Officiolatus noſtros illic vicinos, una cum Prioratu memorato: quem virum confidimus omnia ſapienter, & viriliter acturum, ac etiam præfato Prioratui, de homine interim idoneo, proviſurum. Proinde S. V. rogamus humiliter, quatenus ſuper adminiſtratione dicti Prioratus ſaltem uſque ad octo, vel decem annos, cum ipſo Emerico Gubernatore authoritate Apoſtolica, gratioſe diſpenſare dignetur. Factura in eo rem nobis quidem pergratam: non tamen privatim magis; quam publice fructuoſam. Imo plane neceſſariam, quia in præſenti rerum ſtatu nullo modo conterminis prænominati Prioratus caſtris carere poteſt Boznæ defenſio. Altiſſimus &c. MCCCCLXV.

XXIX.

Mathiæ Regis Diploma, quo eundem Emericum de Zapolya creat perpetuum Comitem Terræ Scepuſienſis. Datum — —

EX APOGRAPHO.

NOs Mathias, Dei Gratia Rex Hungariæ, &c. omnibus Chriſti fidelibus præſentibus, & futuris, præſentium notitiam habituris, Salutem. &c. Poteſtas Regnantium ad hoc divinitus in terris erecta eſt, ut, quemadmodum ad malorum vindictam; ita & ad laudem ſit bonorum, ut ſubjecti ſibi promiſcue populi benevolentiam liberalitate attrahat, ac uniuscujusque merita condignis retributionibus proſequatur. Quod etſi ex debito publici officii, ut quadam generali Principum Regula, fieri ſoleat: hi tamen charioribus ornandi titulis, & alacrioribus extollendi ſunt honoribus, quos ſincerior fides, magnanimi actus, & exellentia merita anteponunt. Nos itaque conſiderantes virtutes magnificas, fortiſſima geſta, & clariſſima merita, fidelis noſtri, Magnifici Emerici de Zapolya, Gubernatoris Boſnæ, Regnorum Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ Bani, quibus ipſe omnes fere ſtatus, & rerum ipſarum dominationes magno labore, atque ſtudiorum obſequio antecellit. Hic namque a juvenili ætate ſua apud quondam Illuſtrem Genitorem noſtrum, & inter curam, & inter directionem ejus enutritus, priusquam ob ingenii, morumque honeſtatem, inter ſecretaria officia conſtitutus, prima fidelitatis fundamenta jecit, ac

Digitized by Google

futuræ de ſe ſpei in ipſius Parentis noſtri oculis chariſſimum ſpecimen dedit, nec fefellit indicium ejus. Quippe cum relictus ab eo inter alios poſt obitum ſuum ad curam, & ſuſtentationem Domus, & familiæ noſtræ, erat excellenti conſtantia, accuratiſſime implevit. Non hunc fortuna anceps non incurſus, non amicorum mutabilitas, & ambigua ſpes deſtruxit; quoniam inter cuncta nobis, & domus noſtræ adverſa, obitum ſcilicet Patris, necem Fratris, & vincula nobis injecta, ſola genitrice ſuperſtite, dum jam hæc ipſa domus, & familia noſtra ruinæ, & excidio vicina eſſet, hoc uno præcipue in fide ſua, & ſpe noſtra perſeverante, quadam quaſi firma baſi, ne ad extremum interiret, ſuſtentata eſt. Qua ſubſiſtente, dum poſtea ex tot periculis, & fortunæ caſibus Divina clementia per nonnullorum fidelium noſtrorum curam educti, & ad hujus Regni noſtri ſtatus culmen, quo nunc fungimur, vocati, elatique fuiſſemus; tum demum palam clarius factum eſt hujus viri ſtudium, ad formandam imbecillem adhuc ætatem noſtram, qui in illo primordio novelli regiminis noſtri inter infeſtos æmulos nobis laborem, inter infidos nobis fidelitatem ſummam præſtitit. Quis ejus conſtantiam? quis ſolertiam? quis induſtriam facile exprimere valeat? Nos, ut paucis plura comprehendamus, nihil eum unquam neglexiſſe offendimus, quod homo fidelis obire potuit: nihil intermiſiſſe, quod ſcrutari, quod aggredi, quodve attingere debuit. Quacumque in re, domi, militiæque opera ejus nobis opportuna erat; mox infatigabili promptitudine inter primos nobis primo uſui, cæteris exemplo adſtitit; non labori, non rebus, aut facultatibus, non denique ſuæ, & ſuorum Perſonis pepercit. Poſſe ejus, & velle par ſemper, & in æquo fuit. Poſt vero dum altius jam ſtatus noſtri radicibus fixis bellum contra Bohemos, qui tertiam fere partem Regni noſtri cum caſtris, & oppidis occupaverant, ſuſcepiſſemus, quid, quantumque fecerit, quid egerit, profecerit, in aliis locis literarum noſtrarum confeſſi ſumus. Hoc repetiiſſe nunc ſufficiat, hunc unum præcipuum adhæſiſſe lateri noſtro, cujus induſtria, conſilio, & forti aſſiſtentia in expugnatione Caſtrorum, in conflictu, in expulſione hoſtium, alacres ubique victorias vicimus. Noviſſime pro recuperatione Sacroſanctæ Coronæ Regni noſtri, inter alios fideles noſtros, ſingulare ejus viri ſtudium, & diligentia claruit, quæ poſt quartum, & vigeſimum tandem annum ex manibus Friderici, Imperatoris Romanorum, per ipſum, ejusque collegas multo labore, & pretio intercedente, in patriam reducta eſt. Accedit huc recens virtus, ac ſolidior in dies conſtantia ejus, qua in expeditione ejus, contra Turcas ad Regnum Boſnæ facta, magis, ac magis experti ſumus, in qua quidcumque proſperi, quidcumque nocivi inter illas graviſſimas hyberni temporis, & circumſtantium hoſtium anguſtias in expugnatione caſtri, & Oppidi Jajeza, aliorumque caſtrorum recuperatione actum eſt, Divinæ primum gratiæ, deinde iſtius Propugnatoris noſtri vigiliis, & labori tribuimus:

utpote

Digitized by Google

utpote, qui totius ſolicitudinis, iſthic impenſæ primus Comes indefeſſus, & adjutor præcipuus fuit; ubi ita eum bene de nobis meritum agnovimus, ut congruum putaverimus judicio noſtro, quatenus quæſitos ex eo labore fructus quamprimum eidem referremus, ipſum Gubernatorem illius recuperati Regni, & curæ ampliori hac ratione præfeceramus, ut cujus opera maxime, & adminiculo vicimus, cum eo victoriarum honorem liberaliter communicaremus. Nunc igitur volentes dignitatem illam gubernationis temporalem, quam hactenus dignis meritis ad præfinitum tempus tenuit, in aliam perpetuam commutare, ipſum Emericum de Zapolya, ac filios, & hæredes ſuos univerſos ſuper Caſtro, & diſtrictu Scepuſienſi in perpetuos, (e) & liberos Comites, obſervatis illis omnibus ceremoniis, quæ in talibus obſervandæ ſunt, ſolemniter creamus, & præficimus, eundemque Emericum, ac Filios, & hæredes ſuos univerſos; ſed & Comitatum prædictum a judicio, & jurisdictione quorumlibet Judicum, Juſtitiariorumque hujus Regni noſtri eximentes, ſolius noſtræ Perſonalis Præſentiæ judicio reſervantes; decernentes, ut ipſe Emericus Comes, ac Filii, & Hæredes ſui univerſi cera rubea, qua ad ſigillum in ſignum honoris Comitatus, ac omnibus illis gratiis, honoribus, prærogativis, & privilegiis, quibus cæteri Comites liberi, & Perpetui de jure, vel conſuetudine utuntur, uti, & frui perpetuis ſemper temporibus valeant: recepto tamen ab eodem Emerico Comite in perſona ſua, ac hæredum ſuorum firmiſſimo, in talibus fieri ſolito, nobis, & ſucceſſoribus noſtris Regibus Hungariæ de fidelitatibus, & obedientiis juramento. Præfatum Comitatum Scepuſienſem cum caſtro Scepus, ac Civitatibus — — appellatis, ſimul cum cunctis eorundem & earundem utilitatibus, & pertinentiis quibuslibet, terris ſcilicet arabilibus, cultis, & incultis agris &c. ſub ſuis veris metis, & antiquis exiſtentibus, memorato Emerico Comiti, ſuisque hæredibus, & poſteritatibus univerſis dedimus, donavimus, & contulimus; imo damus, donamus, & conferimus, jure perpetuo, & irrevocabiliter tenendum, poſſidendum, pariter & habendum, ſalvo jure alieno, harum noſtrarum literarum vigore, & teſtimonio mediante. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam, præſentes literas noſtras Privilegiales, pendentis, & authentici ſigilli noſtri, quo ut Rex Hungariæ utimur, munimine roboratas dicto Emerico Comiti, ſuisque hæredibus, & poſteritatibus univerſis duximus concedendas. Datum — —

(e) Ambulatoria videtur olim fuiſſe apud Hungaros Comitum dignitas. Primus e profanis, quod ſciam, Joannes de Hunyad Perpetui Comitis Biſztricienſis honorem in familiam ſuam invexit. Alter fuit hic Emericus de Zapolya. Tertius Emericus de Peren, qui titulum Perpetui Comitis Abaujvarienſis ab Wladislao II. impetravit. Hodie plures videmus familias, hoc Ornamento illuſtres.

Digitized by Google

XXX.

Tabulæ Supremæ Voluntatis Stephani de Zapolya, Perpetui Comitis Terræ Scepus. & Regni Hungariæ Palatini, ſcriptæ in caſtro Papa Anno Domini 1499.

EX APOGRAPHO.

In nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejuſdem MCDXCIX. in die Beati Ægidii Abbatis, & Confeſſoris in caſtro meo Papa: Ego Stephanus de Zapolya, Comes perpetuus Terræ Scepus, nec non Regni Hungariæ Palatinus, & Judex Cumanorum, licet æger corpore; mente tamen per omnia ſanus, cogitans, & in arcano mentis meæ revolvens animo, quod omnes homines morituri ſunt, redditurique rationem in ultimo die obitus eorum de omnibus factis eorum coram altiſſimo Deo, ſive bona geſſerint, ſive mala in hoc ſæculo; & quam præſens vita caduca ſit, & tranſitoria, nihilque ſalubrius ſit mortalibus, quam, quod evenire neceſſario conſpiciunt, de hoc, adjuvante Deo, ſibi debito modo provideant. Itaque cum poſt multas fatigationes, multos labores meos, quos pro defenſione hujus Inclyti Regni Hungariæ, non ſine multa ſanguinis mei effuſione, non parcendo perſonæ meæ propriæ, & expenſis ſuſtinui ad graviſſimam corporis debilitatem, quam & modo ſuſtineo, incidiſſem; nolui amplius ultimam voluntatem differre, neſciens, qua hora Dominus meus JESUS Chriſtus, quem inſtar fidelium Chriſtianorum verum Deum profiteor, me vocabit. Propterea tale finale, & ultimum condo teſtamentum perpetue, & irrefragabiliter obſervaturum. Inprimis quandocunque me mori contigerit; commendo animam meam Omnipotenti Deo, ejusque intemeratæ Genitrici Mariæ, & omnibus Sanctis ejus, corpusque meum relinquo in Eccleſia S. Martini de Scepus in Capella ad honorem B. V. M. Aſſumptæ, per me fundata, ſepeliendum. Item lego, quod Commiſſarii corpus meum cum ea decentia, qua convenientius fuerit, ad laudem Divinam ſepeliant, & exequias meas perficiant, peragant, diſponant, prout eorum prudentiæ, & humanitati melius videbitur. Item recordari dignetur Majeſtas Regia, quod ego in omnibus rebus commodum, & utilitatem ſuæ Majeſtatis, & hujus Regni concernentibus, non parcendo Perſonæ meæ propriæ, ac laboribus, & expenſis, Majeſtati ſuæ, & huic Regno ſemper fideliter ſervivi, & omne onus ſubivi propter Majeſtatem ſuam, ſperans, & indubie ſemper tenens,

Digitized by Google

nens, quod Majeſtas ſua gratioſiſſima, prout ſæpius ſe facturam benigne offerre dignata eſt, poſt obitum meum, conſideratis meis ſervitiis, filios meos non derelinqueret: cujus reſpectu commendo Filios, & Commiſſarios meos ſuæ Majeſtati, & ſupplico ſuæ Majeſtati, tanquam Domino meo gratioſiſſimo, & juſtiſſimo Principi, de cujus ſumma æquitate fama per orbem viget, ut, ſi, Deo volente, me mori contingat, dignetur Filios meos una cum prædictis Commiſſariis habere commendatos, eosdemque Filios meos tueri, & defendere, prout ſummam ſpem gero in ſua Majeſtate. Spero enim, quod ipſi Filii mei, ſi Deus eorum vitam prolongaverit, Majeſtati ſuæ, & hæredibus, ſi quos Deus conceſſerit, nec non & huic Regno fideliſſimi ſervitores erunt. Item ſupplico Majeſtati ſuæ, veluti gratioſiſſimo meo Domino, quod quotiescunque Familiares, & Commiſſarii mei, quibus plenariam informationem dedi, qualiter in cunctis rebus procedere debeant, pro aliquibus rebus ad Majeſtatem ſuam acceſſerint, dignetur eosdem gratioſe exaudire, & juxta eorum ſupplicationem in cunctis rebus & negotiis tanquam gratioſiſſimus, & juſtiſſimus Princeps illis ſubvenire, & opitulamini fore: nam ſummam ſpem teneo in Majeſtate ſua, quod etiam poſt obitum meum recordabitur meorum ſervitiorum ſibi, & huic Regno per me conſtanter, & cum maxima ſanguinis mei effuſione exhibitorum, nec deſeret orphanos meos ſimul cum ſervitoribus, & Commiſſariis meis, quibus præcipuam curam eorum commiſi; Præſentibus ibidem Fratre Michaele Ordinis Carthuſianorum; Fratribus Demetrio, & Joanne Ordinis S. Franciſci de obſervantia; Petro Plebano de Karva; Bartholomæo de Kéſzi; Capellanis meis Michaele Bodo, & Thoma Chordányi. Item poſt prædictum teſtamentum meum, cum ſæpe in graves infirmitates corporis incidiſſem, tandem placuit Deo, ut ad extremam deveniſſem corporis mei ægritudinem. Itaque præſcriptum teſtamentum meum per omnia in ſuo vigore relinquatur; tandem de aliis rebus meis, a Domino collatis, tale facio teſtamentum: Inprimis ex omnibus Triceſimis mihi pro certa flor. auri ſumma, quam ego cum maximis meis ſervitiis aquiſiveram, impignoratis, & inſcriptis, de quibus etiam antea Majeſtati Regiæ, nec non Dominis Prælatis, & Baronibus, ac Regnicolis 20000. flor. auri relaxaveram; nunc ultra iterum Regiæ Majeſtati 10000; Dominis autem Prælatis, & Baronibus, & Regnicolis 10000. ſimiliter auri relaxo, ſupplicans Majeſtati Regiæ humiliter, & devote, tanquam Domino meo gratioſiſſimo, Dominos autem Prælatos, & Barones, ac Regnicolas rogans diligentius, quatenus dignentur habere memoriam ſervitiorum meorum, & Fratris mei piæ memoriæ dudum defuncti, quæ nos penes ſacram coronam hujus Regni exhibuimus, & nolint tempore neceſſitatis deſerere Filios meos; ſed ipſis omni opitulamine, & auxilio adeſſe dignentur, & velint.

Digitized by Google

velint. Item lego Regiæ Majeſtati unam credentiam, (f) nec non duas Cuppas meas, & item duos equos, unum, ſuper quo in armis ſervivi ſuæ Majeſtati, & huic Regno in Campo, alium vero gradarium, ſuper quo in Curia Majeſtati ſervivi: quæ omnia ſupplico, ut ſua Majeſtas non exiguitatem earum rerum intueri dignetur; ſed potius ſinceram Teſtatoris affectionem erga ſuam Majeſtatem, cui ego in hunc usque diem fideliſſime inſervivi. Item oppidum meum Göntz in Abaujvar. Comitatu habitum, ſimul cum cunctis ſuis utilitatibus, & pertinentiis quibuslibet, lego Eccleſiæ S. Martini in Terra Scepus. exiſtenti, conſequenterque Præpoſito, & Capitulo ejusdem Eccleſiæ pro ſalute animarum meæ, & ſpectabilis quondam Domini Emerici de Zapolya, Comitis Perpetui Terræ Scepus. alias ſimiliter Regni Hungariæ Palatini, & Judicis Cumanorum Fratris, & item quondam Dominæ Genitricis meorum chariſſimorum, in eadem Eccleſia S. Martini Sepultorum, in perpetuum tenendum, poſſidendum, pariter & habendum; ita, ut Venerabilis Georgius, Præpoſitus ejusdem Eccleſiæ, receptis penes ſe quamprimum Commiſſariis meis, præſertim autem illis, qui in partibus illis ſuperioribus propinguiores ſunt, habitaque limitatione omnium proventuum annualium ejusdem Oppidi, moderetur, & conſideret, determinetque, qualia, & quanta officia Divina in ipſa Eccleſia cum ejusdem proventibus ſingulis diebus annuatim peragi poſſint, & ſecundum hoc inſtituat officia divina ibidem perfici in perpetuum, & decantari. Item de omnibus meis rebus domeſticis, nec non de educatione filiorum meorum, ac aliis factis, & negotiis, præſente Illuſtri Domina Hedviga, Conſorte mea chariſſima, informationem dedi Commiſſariis meis, qui juxta informationem, eis per me datam, in omnibus illis procedere debeant. Item Tutores filiorum meorum lego Principaliores Reverendiſſimum, & Magnificos Dominos Thomam Archiepiſcopum Eccleſiæ Strigon.; Georgium electum Eccleſiæ Veſprimienſis, Secretarium, & Cancellarium; Petrum Gereb de Wingarth, Judicem Curiæ Regiæ Majeſtatis; dein autem Magnificos Dominos Laurentium Ducem de Ujlak, Joſam de Som Comitem Themeſiens. & Blaſium de Raska Tavernicorum Regalium Magiſtrum; ita, ut ſicuti mihi, me vivente, ſæpius ſe obligarunt, ſic etiam poſt mortem meam in cunctis rebus, & negotiis Filiorum meorum, pro quibus ipſi, vel autem familiares, & Commiſſarii mei ad ſuas dominationes recurſum habuerint, dignentur eosdem benigne exaudire, ac tueri, & defenſare. Finis ultimi mei teſtamenti in prædicto Caſtro meo Papa in Vigilia Vigiliæ Nativitatis Domini, Anno ejusdem MCCCCXCIX.

ſupra-

(f) Credentia: Menſa, vel tabula affabre facta ad conſervanda, exponenda item omnis generis vaſa. Græcis ἄβαξ.

ſupradicto. Præſentibus ibidem præfata Domina Hedviga Conſorte, ac Generoſa Domina Urſula ſorore meis, item Andrea de Pécs, Clemente Roſen, Franciſco de Kapnacz, Demetrio Marchalteo, & Ladislao de Chobad familiaribus meis, ad præmiſſa vocatis. In quorum omnium fidem, & teſtimonium præſentes literas meas Sigillis meo, & præfatæ conſortis meæ juſſi, & feci conſignari.

XXXI.

Sigismundus Rex Poloniæ Oratoribus ſuis dat plenam facultatem deſpondendi ſibi Barbaram de Zapolya, cæteraque negotia, quæ eo pertinent, conficiendi. Datum Cracoviæ Anno Domini 1512. Edidit P. Mathias Dogiel Codice Diplomatico Pol. Tom. I.

Sigismundus, Dei Gratia Rex Poloniæ, &c. ſignificamus tenore præſentium, quibus expedit, univerſis, & ſingulis, præſentibus, & futuris: Quia Reverendum in Chriſto Patrem Dominum Joannem Epiſcopum Poſnan. & Magnificos Lucam de Gorka Caſtellanum Poſnanien. & Capitaneum Generalem Majoris Poloniæ, nec non Chriſtophorum de Szydlowyecz Caſtellanum Sandomirien. & Vice-Cancellarium Regni noſtri, ſincere nobis dilectos, de noſtra ſcientia, & expreſſa voluntate Oratores, & Geſtores, ac indubitatos actores noſtros ad deſponſandam nobis Illuſtriſſimam Virginem Barbaram Filiam Spectabilis, ac Magnifici olim D. Stephani de Zapolya, Comitis perpetui Scepuſienſis, & Regni Hungariæ Palatini, ex Illuſtri Domina Hedvigi Duce Teſchinien. & conſorte legitima præfati Domini Stephani progenitam, & ad edendos alios Tractatus, quoscunque nomine noſtro ejusmodi deſponſationem concernentes, & neceſſariis cum Illuſtri Domina Hedvigi Duce Teſchinienſi Genitrice, ac Spectabilibus, Magnificisque Dominis Joanne Vajvoda Tranſilvanien. & Georgio de Zapolya Comitibus perpetuis Scepus. Fratribus præfatæ Illuſtris Virginis Barbaræ nobis deſponſandæ deputavimus, ac ſolenniter, & indubitate conſtituimus, dantes, & concedentes eisdem plenam, ac omnimodam facultatem pro nobis, & nomine noſtro cum præfata Illuſtri Virgine Barbara ſponſalia faciendi, contrahendique, & eandem nobis in ſponſam legitimam juxta prius præmiſſos Tractatus medio Oratoris per Sereniſſimum Principem, & Dominum Wladislaum, Dei Gratia Hungariæ, Bohemiæque, &c. Regem,

Digitized by Google

Regem, Germanum noſtrum chariſſimum, ac Illuſtrem D. Caſimirum, Ducem Teſchinenſem, præfatæ Illuſtris Dominæ Hedvigis, ac etiam prædictorum Dominorum Joannis, & Georgii Comitum Scepus. vigore ſpecialis mandati nuncium, & Geſtorem nobiſcum habitos, & determinatos deſponſandi, & collocandi ac procurandi. Inſuper vero eisdem noſtris Oratoribus etiam damus, & concedimus plenam, ac omnimodam poteſtatem cum præfata Illuſtri Hedvigi, ac prædictis Dominis Joanne, & Georgio Fratribus, nomine noſtro ſuper conditionibus, & modis hoc negotium ſponſalium concernentibus, quantum cum decore noſtro putaverint, agendi, tractandi, & concludendi: Itemque licebit præfatis Oratoribus noſtris vigore hujus mandati præfatæ Illuſtri Barbaræ Sponſalibus determinatis nomine noſtro conſentire, ut ipſa devolutionibus juxta juris, ſeu conſuetudinis Ordinum Regni Hungariæ in favorem Fratrum renunciet. Ut autem omnia rata, & firma ſint, quæcunque noſtri præfati Oratores vigore hujus mandati nomine noſtro, & pro nobis, ut præmiſſum eſt, transegerint, promittimus, & bona fide Regia firmiter ſpondemus, quod omnia per ipſos in rebus præmiſſis transacta, & tranſigenda, concluſaque, & concludenda, & quomodolibet ipſorum literis firmata, & firmanda, rata, & firma habebimus, tenebimusque, atque inviolabiliter, perpetueque obſervabimus harum teſtimonio mediante, quibus in robur Sigillum noſtrum ſupappendi fecimus. Datum Cracoviæ XIII. Januarii. A. D. MDXII.

XXXII.

Sigiſmundus Rex Poloniæ eidem Barbaræ de Zapolya, conſorti ſuæ, titulo dotis &c. certa bona in Polonia inſcribit. Datum Cracoviæ Anno Domini 1512. Edidit idem P. Mathias Dogiel eodem Tomo.

Sigiſmundus, Dei Gratia Rex Poloniæ, &c. Significamus tenore præſentium, quibus expedit, univerſis, & ſingulis, notitiam præſentium habituris, & recognoſcimus tam pro nobis, quam hæredibus noſtris, & ſucceſſoribus: Qualiter volentes, ut Sereniſſimæ Principis Dominæ Barbaræ Reginæ Poloniæ, natæ quondam Spectabilis, & Magnifici Stephani de Zapolya, Comitis Perpetui Scepus, & Regni Hungariæ Palatini, conſortis noſtræ chariſſimæ ſtatus, quem pari ſolicitudine cum proprio computamus, decenti, ac debito ordine in futurum dirigatur, ac conſervetur, ac ipſa ſuperſtite poſt mortem noſtram poſſit eſſe pacificus, tranquillus, & quietus, rebusque omnibus pro deducen-

Digitized by Google

ducendo honorifico ſuo ſtatu, prout ſua conditio requirit, & poſtulat, affluenter abundare, ipſi Dominæ Barbaræ, conſorti noſtræ chariſſimæ, & Reginæ, de ſcientia, & conſilio Conſiliariorum noſtrorum, pro vera, & legitima dote 100. millia flor. Hung. ratione dotalitii, ſeu donationis Nuptialis, alias Wiana alia 100. millia ſimiliter florènor. Hung. donamus, conferimus, & largimur, atque præſentibus inſcribimus in Terris, Diſtrictibus, Caſtris, Civitatibus, Oppidis, & Villis infraſcriptis videlicet: in novæ Civitatis Korczyn, Vislicienſis, Zarnocienſis, Radomienſis, Jedlna, Kozienicze, & Villis ad eadem ſpectantibus, nec non Sztanzicienſi, Radoſzevienſi, Lancicienſi, Przedecenſi, cum Clodava Oppidis, & Villis ad eadem nunc ſpectantibus. Item in ditione Pizdienſi, Juniovladislavienſi, ſimiliter cum diſtrictibus, Oppidis, Villis, prædiisque, & curiis, fructibus, & proventibus, cenſibus, utilitatibus, dominiis, juribus, pertinentiis attinentibus, apprehenſionibus, Teloneis, duorumque groſſorum, quod Parodlne dicitur, exactionibus, contributionibusque, & uſibus univerſis, quolibet ad ipſa caſtra, Civitates, & bona ab antiquo ſpectantibus, ac ſervitiis, dignitatibus, honoribus Juris Patronatus, nec non in Radzejow, & Slomko Teloneis in 200. flor. Hung. in dotem, & donationem dedimus, & donavimus, ac deputavimus, & aſſignamus, largimurque per præſentes, ut prælibata Sereniſſima Barbara Conſors noſtra Regina, cum contingeret nos Deo volente humana pro cœleſtibus commutare, omnibus præfatis Terris, Diſtrictibus, Caſtris, Civitatibus, Oppidis, Villis præſit, & omnia cum pleno jure dominii teneat, & poſſideat, eo modo, conditione, & forma, quibus nos illis præſidemus, & potimur, & Prædeceſſores noſtri, nos quoque potiti ſumus in hactenus, nihilpenitus excipiendo, ac juxta Regni, & Terrarum conſuetudinem absque omnium ſucceſſorum noſtrorum contradictione, & impedimento diriget, & adminiſtrabit: promittentes pro nobis, hæredibusque, & ſucceſſoribus noſtris, quod præfatam Sereniſſimam Dominam Barbaram Reginam, & conſortem noſtram chariſſimam in dictis terris, diſtrictibus, Caſtris, Civitatibus, Oppidis, & Villis, Bonis, Poſſeſſionibus certificabimus, aſſecurabimus, tuebimurque, ac manutenebimus adverſus quoscunque, ac ſtatus cujuslibet homines, efficiemusque, quod omnia ſupradicta, ſic, ut præmiſſum eſt, poſſidebit, tenebit, & in effectu percipiet, impedimento quovis ſemoto, pacifice, & quiete, ſine fraude, & dolo. Efficiemus præterea, & efficere nos obligamus, quod omnes prædictarum Terrarum, Diſtrictuum, Caſtrorum, Civitatum, Oppidorum, Villarum, Capitanei, Rectores, Tenutarii Cives, præſentes, & futuri, ipſi Dominæ Barbaræ Reginæ plenam præſtabunt ſponſionem, & fidelitatis corporale juramentum, quod nulli alteri, niſi ipſi, ab ea denique officialibus conſtitutis, vel conſtituendis, morte noſtra ſecuta Caſtra, Diſtrictus, Terras, Civitates, Oppida, & Vil-

Digitized by Google

las præfatas plenarie, & effectualiter, tradent, dabunt, & subjicient, & illorum omnimodam, plenamque facient cessionem, & resignationem, eidemque Dominæ Reginæ in omnibus parebunt fideliter, & constanter prout nobis, & nostris prædecessoribus parere consueverunt, & obligati sunt intendere, & obedire: hoc adjecto, ut si quo casu contributio aliqualis pro necessitate Regni communi laudo (g) instituta fuerit, ut tunc præfata bona Dotalitii ipsius Dominæ Reginæ cæteris Regnicolis se conformando contribuant: ad (h) podwodas vero dandas more solito sint adstricti. Item judicia terrestria, Capitanealia, Castrensia, & Regalia more solito in locis Terrarum, Districtuum, Castrorum, Civitatum exerceantur, & celebrentur; de quibus præfata Serenissima Domina Regina, nec sui officiales se ingerere debent, sed quoniam Illustrissima Princeps Virgo Elisabeth, Soror nostra charissima, nonnullos Districtus, Castra, & Civitates, atque Villas, ac etiam Telonea possideat ex superius descriptis, possessuraque est tamdiu, quamdiu statum suum in aliam conditionem non mutaverit: igitur præfatæ Serenissimæ Barbaræ Consorti, & Reginæ charissimæ, loco eorundem bonorum, quæ præfata Soror nostra carissima possidet, & obtinet, Civitatem Brecz cum omnibus Villis, & Oppidis ad eandem nunc spectantibus, quamque ab oppignoratione redimere, evincereque promittimus, nec non Castrum, Civitatem, Oppida, & Villas Sochaczow de consensu status utriusque Consiliariorum nostrorum, cum omnibus eorum pertinentiis, nunc in potestate nostra existentibus, inscribimus, & reformamus tamdiu tenere, & possidere, quamdiu a præfata Illustrissima Sorore nostra charissima Elisabeth Districtus, Castra, Civitates, & cætera bona ad eadem pertinentia evicta, & libera in possessionem suam realem consequetur, & habebit. Castris itaque, & Civitatibus, ac possessionibus omnibus suprascriptis eisdem, quæ Soror nostra charissima possidet, adeptis, & consecutis, Brecz, & Sochaczow cum eorum pertinentiis ad nos redibunt, & devolventur integre. Præterea comperimus bona Lobzow fuisse inscripta Serenissimæ olim Genitrici nostræ inter alia bona, quæ ratione dotis, & dotalitii eidem inscripta fuerunt. Quæ quidem bona Lobzow, ex quo famoso Joanni Bonner inscripta sunt in certis Summis pecuniarum, & in manus Serenissimæ Barbaræ Reginæ Consortis nostræ venire non possunt: in locum igitur eorundem bonorum præfatæ Serenissimæ Barbaræ Consorti, & Reginæ nostræ damus, & donamus

(g) Laudum: Sententia, quæ a pluribus, vel omnibus arbitris probatur.
(h) Podwoda: apud Polonos est vectura quælibet, quæ in usus cumprimis publicos adhibetur.

Digitized by Google

mus 200. flor. Hung. ex (i) Zuppis noſtris Vielicenſibus, ſingulis annis pro feſto S. Martini ſolvendos, ac per ipſam percipiendos. In cujus rei teſtimonium, Sigillum noſtrum præſentibus eſt ſubappenſum. Actum Cracoviæ feria tertia feſti S. Scholaſticæ V. Anno Domini MDXII. Regni vero noſtri Anno V. *Præſentibus Reverendiſſimis, & Reverendis in Chriſto Patribus, & Dominis Joanne Gneſnenſis, & Primate; Bernardino Leopolienſis Archiepiſcopis. Joanne Cracov. Joanne Poſnaniens. Luca Varmiens. Eraſmo Plocens. Mathia Premisliens. & Cancellario Regni noſtri, Nicolao Chelmens. Eccleſiarum Epiſcopis: nec non Magnificis, Venerabilibus, & Generoſis: Spitkone de Jaroslaw, Nicolao de Kamieniecz Palatino, & Capitaneo Cracov. Nicolao de Bardzina de Ludbrancz Poſnan. Joanne de Tarnow Sandomir. Jaroslao de Laſzko Sirad. Joanne Zaramba de Kalinowa Lancic. Nicolao de Kretkow Breſtens. Stanislao de Koſcielecz Junivladislav. Joanne Odrovaſz de Sprowa Ruſſiæ, Nicolao de Pilcza Belzenſ. Nicolao Firley de Dambrovicza Lublinens. Othone de Chodecz Podoliæ Palatinis: Luca de Gorka Poſnan. & Capitaneo Majoris Poloniæ Generali, Chriſtophoro de Schidlowiecz Sandomir. & Vice-Cancellario Regni noſtri, ac Sirad, Sochaczow, & Goſtin. Capitaneo, Joanne Jarandi de Bruczow Callis. Andrea de Oporow Breſt. Thoma de Bartniki Plocenſ. Andrea de Radzejovicze Sochaczev. Jacobo de Siekluka Vojnicenſ. Nicolao Jordan de Zaklyczin Vislic. Nicolao de Schidlowiecz Radom. Andrea de Tenczyn Biecens. Andrea Czurilo de Stajanicze Premisl. Alberto de Pothulicze Camenec. & Nicolao Miſſopus Czechov. Caſtellanis: Stanislao de Chodecz Marſchalco, & Capitaneo Leopol. Andrea de Koſcielecz Theſaurario Regni noſtri Scepus. Oſwiecim. Junivladislav. & Bidgoſt. Capitaneo, Zupparioque, ac Procuratore Generali Cracov. Joanne Latalski Gneſn. Cracov. & Lancic. Eccleſiarum Præpoſito: Petro de Thomicze Archidiacono, Sigismundo Targowski Decretorum Doctoribus, Joanne Karukowſzky Canonicis Cracov. & Stanislao Goreczki Præpoſito Callis. Secretariis noſtris: Stanislao Jarocki, Marſchalco, Stanislao Chroberſzki Vexillifero, Inviſore, & ſubpincerna, & Nicolao Orzeſzky Magiſtro Agaſonum Curiæ noſtræ, Coſtenſi, Pizdrenſi, & Coninenſi Capitaneo, cæterisque Dignitariis, Officialibus, & Curienſibus noſtris teſtibus ad præmiſſa fide dignis, ſincere fidelibus noſtris dilectis. Datum per manus præfati Reverendi in Chriſtro Pa-*

(i) Zuppa: apud eosdem Polonos eſt Salis fodina; cui qui præficitur, Zupparius audit, qualis legitur in hoc ipſo Diplomate Andreas de Koſcielecz.

Digitized by Google

tris D. Mathiæ Epiſcopi Premisl. & Regni noſtri Cancellarii ſincere nobis dilecti.

XXXIII.

Barbaræ de Zapolya Reginæ Poloniæ literæ, quibus quartam, quam vocant, puellarem, ſibi rite a Fratribus traditam profitetur, cum translatione omnis ſui juris in eosdem. Datum Cracoviæ Anno Domini 1512. Edidit idem eodem Tomo.

Barbara, Dei Gratia Regina Poloniæ, Magna Dux Litvaniæ, ac Ruſſiæ, & Pruſſiæ Domina, &c. Filia videlicet Spectabilis, & Magnifici quondam Domini Stephani de Zapolya, Comitis perpetui Terræ Scepus., Inclyti Regni Hungariæ Palatini, & Judicis Cumanorum, ex Illuſtriſſima Domina Hedvigi, Duce Teſchin. progenita, memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificando, quibus expedit, univerſis: Quod, quia præfata Domina Hedvigis, Genitrix noſtra chariſſima, ac ſpectabiles, & Magnifici Domini Joannes Vajvoda Tranſilvan. ſiculorumque Comes, & Georgius Fratres noſtri Carnales, Comites ſimiliter Perpetui Terræ Scepus. prædictæ de, & ſuper totali jure noſtro quartalitio, (k) ſeu quarta noſtra puellari, nec non cunctis aliis juribus noſtris etiam poſſeſſionariis, nobis de univerſis Caſtris, Caſtellis, Civitatibus muratis, Oppidis, Villis, poſſeſſionibus, prædiis, portionibusque, & juribus poſſeſſionariis, præfati quondam Domini Stephani Comitis, & Palatini, Patris noſtri chariſſimi, ubilibet, & in quibuscumque Comitatibus prædicti Hungariæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Regnorum, partium, ſimiliter ejusdem Regni Hungariæ, Tranſilvaniæ exiſtentibus, habitisque, & adjacentibus, ac quocumque nomine vocatis, & appellatis juxta ejusdem Regni Hungariæ conſuetudinem, & legem provenire debentibus, pecuniaria ſolutione mediante, nobis plenariam, & omnimodam impenderunt ſolutionem, atque ſatisfactionem, totalem etiam portionem

(k) Quartalitium Hungaris dicitur a quarta parte puellari, quæ eis ex bonis avitis, aut aliis etiam pro maſculo duntaxat ſexu collatis, obtingit; ſalvo tamen Fratrum jure, ut ære partem illam redimere poſſint. V. Verböczy Tripart. Part. I. Tit. 88.

Digitized by Google

tionem noſtram de cunctis bonis, & rebus mobilibus paternis aureis videlicet, & argenteis, paratis pecuniis, gemmis, lapidibus pretioſis, toralibus, (1) veſtibus, ſuppellectilibus domus, & generaliter omnium rerum ſpeciebus, cujuscunque generis exiſtant, nobis cedendo integraliter, effective pariter reſtituerunt. Quemadmodum igitur prænominatos Dominos Joannem, & Georgium Comites, Fratres noſtros, ut præfertur, carnales, mediantibus aliis literis, Spectabilis, ac Magnifici Domini Comitis Petri, Comitis de S. Georgio, & de Bozyn, Judicis Curiæ Sereniſſimi Domini Regis Hungariæ, faſſionalibus exinde editis, & confectis ſuper inde quietos, & abſolutos reddidiſſe fatemur; ita etiam præſentibus easdem literas ipſius Comitis Petri faſſionales, continentias, clauſulasque, & Articulos affirmamus, & ratificamus, ac eosdem Dominos Comites Fratres noſtros, ſuper præmiſſa omnium jurium noſtrorum, atque rerum plenaria reſtitutione, prout jus Regni Hungariæ dictat, & diſponit, quietos, expeditos, modis omnibus abſolutos, reddidimus, & commiſimus. Et nihilominus totum, & omne jus illud noſtrum, omnemque juris, & dominii proprietatem, quod, & quam in prænarratis univerſis Caſtris, Caſtellis, Civitatibus, Oppidis, Villis, poſſeſſionibus, prædiis, portionibusque, & juribus poſſeſſio, nariis paternis, ubilibet, ut præmittitur, adjacentibus, pro nunc habuiſſemus vel nos, aut noſtros hæredes etiam in futurum quocunque modo, & titulo habere ſperaſſemus, in eosdem Dominos, Joannem & Georgium Comites, ipſorumque Hæredes, eorumque duntaxat legitimas poſteritates univerſas juxta diſpoſitionem, & obſervationem Regni Hungariæ juris, & legis transtulimus pleno cum effectu; imo quietos, vel abſolutos reddimus, totum quoque jus noſtrum & dominium transferimus in perpetuum in tenentes pariter, poſſidentes, & habentes. Jus tamen devolutionis in defectu legitimorum hæredum juxta legem, ſeu conſuetudinem Regni Hungariæ reſervantes. Harum noſtrarum, quibus ſecretum ſigillum noſtrum, quo, ut Regina Poloniæ, utimur, eſt appenſum, vigore, & teſtimonio literarum mediante. Datum Cracoviæ feria 4. proxima ante feſtum S. Petri ad Cathedram. Anno Domini MDXII.

(1) Torale: Suppellex ad ſternendos, & ornandos lectulos accommodata.

Digitized by Google

XXXIV.

Diploma Maximiliani I. Cæſaris, quo Joanni Thurzo de Bethlemfalva, Epiſcopo Wratislavienſi, concedit jus aureæ monetæ cudendæ. Datum in Oppido Inſprugg. Anno Domini 1515. Edidit Frider. Wilhelm. a Sommersberg in Scriptor. Rer. Sileſiæ.

Maximilianus, Divina favente clementia, Romanorum Imperator ſemper auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c: Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ: Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, Limburgiæ, Lucembergiæ, & Geldriæ, Landgravius Alſatiæ, Princeps Sveviæ, &c: &c: ad futuram rei memoriam. Cum Imperatoriæ Majeſtatis ea potiſſimum gratia in Romani Imperii culmine conſtituta ſit, ut circumquaque aciem conſiderationis ſuæ dirigens, quos promereri digne animadverterit, ſingularibus gratiis, ac libertatum prærogativis præ ceteris extollat; in eo tamen omnium maxime debet intendere, ut priſcorum Romanorum, ab ipſis pene urbis initiis, & fundamentis cæptam Religionem, & deinde ſucceſſione ab Imperatoribus, Chriſtianorum ſacris imbutis, ad verum cultum redactam, & poſtremo a Germanis, in quos Imperium translatum eſt; ad hanc reverentiam, qua undique per latitudinem ipſius Imperii celebratur, perductam non modo fundaverint, auxerint, & conſervaverint, ac manutenuerint, ſed etiam amplioribus auxerint incrementis: Hinc nos, Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, ad ea præcipue, quæ ad ſtatum felicem, & honorabilem, conſervationemque Pontificalium dignitatum, & eorum æſtimationem attinent, cura intendimus diligentiori: Cum itaque nobis pro parte Venerabilis Joannis Turzi, Epiſcopi Wratislavien. Principis devoti, nobis dilecti, expoſitum ſit, quod licet ejus Eccleſiæ, & Prædeceſſores ſui Epiſcopi jam dudum ab olim Divis Romanorum Imperatoribus, & Regibus anteceſſoribus noſtris ſingularibus ſint privilegiis, gratiis, prærogativis, & libertatibus donati: ipſum tamen, ejusque Eccleſiam hoc Regali, ſplendidiſſimoque, Monetæ ſcilicet aureæ cudendæ, Privilegio, & facultate carere: Et cum non ſit inter ipſas S. Imperii Cathedrales Eccleſias minima, & perpaucæ ſint, quæ non gaudeant, & inſignitæ ſint hoc Imperiali munere. humiliter nobis ſupplicatum extitit, ut eidem Epiſcopo, & Succeſſoribus ſuis hanc poteſtatem & facultatem, Privilegium, & Conceſſionem ex ſingulari noſtra clementia elargiri dignaremur: Nos igitur, moti,

Digitized by Google

ſi, juſtis precibus præfati Epiſcopi, attentisque ſuorum Prædeceſſorum meritis, ac ipſius ſincera fide, & animi promptitudine, quibus nos & ſacrum Romanorum Imperium proſequitur; authoritate noſtra Cæſarea, ex certa ſcientia, motu proprio, & de plenitudine noſtræ Poteſtatis, præfato Joanni Turzo Epiſcopo, & omnibus ejus in dicta Eccleſia Wratislavien. Suceſſoribus in Epiſcopatu, dedimus, & conceſſimus, ſicuti tenore præſentium damus, concedimus, atque elargimur omnimodam & plenam authoritatem, poteſtatem, & facultatem cudendi, fabricandi, & faciendi legales, & bonos, veros, & indubitatos, & juſtos in materia, & pondere Ducatos aureos, & florenos, in quorum latere uno exprimi debet S. Johannis Baptiſtæ effigies, in altero vero inſignia dicti Epiſcopatus, quæ ſunt, ut accepimus, lilia ſex; ita tamen, quod in altero latere inſcribantur hæc verba: *Munus Cæſaris Maximiliani:* & in altero ponatur nomen Epiſcopi, pro tempore exiſtentis, Mandantes idcirco univerſis, & ſingulis noſtris Principibus, tam Eccleſiaſticis, quam ſæcularibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Clientibus, Capitaneis, Vice Dominis, Advocatis, Præfectis, Civium Magiſtris, (m) Scabinis, Judicibus, (n) Scultetis, Quæſtoribus, Procuratoribus ærariorum publicorum, Magiſtris Monetarum, Monetariis, (o) Compoſoribus, Mutuariis, ac quorumcunque locorum aliorum, terrarum, Civitatum, ac Communitatum Officialibus, & ærariorum Præpoſitis, cæterisque noſtris, & ſacri Imperii fidelibus dilectis: ut hujusmodi Ducatos, & aureos florenos, ſicut præmittitur, rite, debite, & largiter tam in materia, quam graves, ac pondere confectos, & excuſſos per præfatum Joannem Turzum, ac ejus Succeſſores, exiſtentes Epiſcopos Wratislavienses, ex nunc in antea futuris perpetuis temporibus, dummodo non inciderint (quod abſit) in Crimen læſæ Majeſtatis, & rebellionis, & falſos ſcienter adhibuerint Monetarios, ſine repulſa, & omni impedimento, ac contradictione pro legalibus, communibus, & currentibus Ducatis, & florenis aureis numerent, accipiant, levent, & commutent, ac ab aliis numerari, recipi, & levari, & commutari permittant,

&

(m) Scabinus vulgo apud Germanos Schöpf: denotat officium ejusmodi Judicis, qui a Domino delegatur ad colligendos cenſus. Cauſas item ſubditorum privatas ac minoris momenti decidendas. Hoc nomine utitur hodiedum Borealis Germania circa Hamburgum cumprimis, & Stetinum.

(n) Scultetus: Judex Pagi; nomen fere Synonimum Scabino. Caroli M. ævo Sculteti Regii erant minorum locorum Præfecti, qui Regios cenſus, & vectigalia accurabant, dicti tunc Sculdais, Sculdahais, hodie Schultheiſs; unde illud latino-barbarum Scultetus. Plura de utraque voce habebis in Gloſſar. Dufreſn.

(o) Mendum hic videtur cubare, legendum fortaſſe Campſoribus, ſeu Cambiatoribus.

Digitized by Google

& faciant: in quantum indignationem noſtram graviſſimam, & pœnam quinquaginta Marcarum auri puri pro medietate fiſco, ſive ærario noſtro Imperiali; pro reliqua vero medietate injuriam paſſis, aut paſſorum uſibus applicandarum, quam contrafacientes ipſo facto toties, quoties contravenerint, noverint ſe irremiſſibiliter incurſuros. Harum teſtimonio literarum ſigilli noſtri appenſione munitarum. Datum in Oppido noſtro Inſprugg, die ultima menſis Auguſti. Anno. Domini MDXV. Regnorum noſtrorum Romano XXX. Hungariæ vero XXVI.

XXXV.

Joannes Thurzo de Bethlemfalva ditionem Wolavienſem, Stinavienſem, & Raudenſem in Sileſia vendit Friderico II., Duci Lignicienſi, aſſentiente Rege Ludovico II. Datum Budæ Anno Domini 1524. Edidit Frider. Wilhelm. a Sommersberg in Scriptor. Rerum Sileſiac.

Wir Ludwig von Gottes gnaden czu Hungarn, Bohaimb, Dalmacien, Croacien, König, &c: Margraf zu Mehren: Herczog czu Luczenburg, und in Sleſien: Marggraf czu Lawſnicz &c: Bekennen, und thun kund jedermänniglich, das uor uns kommen iſt der wohlgebohrne unſer lieber getrewer Hanns Thurzo von Bethlensdorff mit uermeldung, wie er von wegen ſeines Nuczens, und beſtens die Herrſchafften Wohlaw, Stienaw, und Rauden, von uns zu lehn rührend, und in unſerm Fürſtenthumb Schleſien gelegen, dem Hochgebohrnen Friderich unſerm oheimb Fürſten, obriſten Hauptmann in nieder-Schleſien, czur Liegnicz und Brieg Herczogk, mit aller derſelbigen Herrſchafften zu, und angehörungen, nichts dafon ausgenommen, und ſonderlich, wie er dieſelbigen von dem hochgebornem Unſern Oheimb Fürſten unſerm in Königreich Böhaimb Obriſten Hauptmann Land-voigt, in ober-Lausnicz Hauptmann, des Fürſtenthums Glogaw. uud lieben getreven Carol in Schleſien czu Münſterberg Herczogen: Kauff weis an ſich bracht, und nach gehabtem Kauff nun gehalten, erblich uerkauft hätte, demüthiges Fleiſſes bittend: wir geruehten, gemeldte Herrſchaften, wie die in ihren Gräntzen umgriffen, Herczog Friderichen, und ſeinen Erben czu rechten Erb-lehen czu uerleyhen; haben wir angeſehen ſolch cziemlich bitten, und vielfältig getrewe nüczliche Dienſte, die gedachter Fürſt Unſerm geliebten Herrn, und vatern hochlöblichſter, milder gedencken, uolgens Uns ſelbſt gethan, hernachmals

deſto

deſto ſtattlicher thun ſoll, und mag, und haben ihme, und ſeinen rechten Erben obgemeldte Herrſcafften aus Königlicher Macht, und als obgedachter Herczogk in Schleſien mit allen begnadungen, Freyheiten, Nuczungen, ob und unter der Erden Bergwercken, waſerley Metall das ſey, Herrſchafften, Renthen, Lehſchaften, wie dieſelbig in ihren grenczen umgriffen, und gemelter Hanns Thurzo Kauffs weiſe an ſich bracht, und innen gehabt, nichts davon ausgezogen; ſondern nach Innhalt berührtes Kaufs, und unſers geliebten hern Uaters milder gedächtnüſs darüber gegeben beſtättigt, und geliehen, leichen, und reichen dieſelbig Herrſchaften gemelten unſern Oheim Fürſten, und ſeinen Erben hiemit Kräfftiglich dieſelben innen zu halten, alſs ſein Erbliches Kauff-Gut, czu genüſſen, czu gebrauchen, damit wie mit andern ſeinen Fürſtenthumben, und Landen frey zu thun, und zu laſſen vor uns, und unſern nachkommen Königen, auch ſonſt jedermäniglich ungehindert doch uns, und den nachkommenden Königen czu Böhaimb an Lehn, und Dienſten ohnſchädlich: Zu Urkund mit unſerm Königlichen annhangendem Innſiegel beſiegelt. gegeben zu Ofen, ſonnabends am Tag Hedwigis, nach Chriſti Geburt funffczehenhündert, und im uier und czwancigeſten: Unſrer Reiche des Hungriſchen, und Böheimbiſchen im neundten Jare.

XXXVI.

Ludovicus II. Rex Hung. concedit Joanni, & Chriſtophoro de Berzevicze, ut Curiam in poſſeſſione Kakas - Lomnycza munire poſſint. Datum Budæ Anno Domini 1525.

EX APOGRAPHO.

Nos Ludovicus, Dei Gratia Rex Hungariæ, & Bohemiæ &c: memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit, univerſis: quod nos, cum ad ſupplicationem nonnullorum fidelium noſtrorum Majeſtati noſtræ nomine, & in Perſonis fidelium noſtrorum Egregiorum Joannis, & Chriſtophori de Berzevicze factam, tum ob fidelitatem, & ſervitia, quæ ſacræ Coronæ hujus Regni noſtri, tam Prædeceſſores ipſorum, quam iidem Joannes, & Chriſtophorus pro temporum qualitate, & locorum diverſitate impenderunt, & pro ornamento hujus Regni noſtri eisdem Joanni, & Chriſtophoro, quo iidem ſecuriores ingruente diſcordiarum procella fieri poſſint, annuendum duximus, & concedendum, ut domum, & Curiam eorum Nobilita-

Digitized by Google

rem in Poſſeſſione, Kakas (p) Lomnycza nuncupata, in Comitatu Scepus. exiſtente habitam, inſtar fortalitii, foſſa, muro, mæniis, propugnaculis, & cæteris munitionibus neceſſariis, pro ipſorum facultate munire poſſint, & firmare valeant, ſalvis aliorum munitionibus, imo annuimus, & concedimus harum noſtrarum vigore, & Teſtimonio literarum mediante. Datum Budæ feria 3. proxima poſt feſtum Aſcenſ. Domini Anno ejusdem MDXXV. Regnorum vero noſtrorum X.

Per Emerici Bubek Secretarii Poſtmpria.

XXXVII.

Mandatum Ferdinandi Regis ad Capitulum Budenſe, ut Alexium Thurzo de Bethlemfalva ſtatuat in Oppidis Göncz, Telkibanya &c. eo quod Joannes de Zapolya per notam infidelitatis illa amiſiſſet. Datum Albæ Regalis. Anno Domini 1527.

EX APOGRAPHO.

Ferdinandus, Dei Gratia, &c. Rex Hungariæ &c. Capitulo Eccleſiæ Budenſis ſalutem, & gratiam. Cum nos debitum, ut decet, habentes reſpectum ad integerrimam fidem, & conſtantiam, ac ſervitia cumulata fidelis noſtri Magnifici Alexii ThurZo de Bethlemfalva, Magiſtri Tavernicorum noſtrorum, quæ ipſe ſacræ imprimis hujus Regni noſtri Hungariæ coronæ, & deinde Majeſtati noſtræ diverſis temporibus, non ſine magna fortunæ varietate, præſertim in aſſecutione ſacræ dicti Regni noſtri Hungariæ coronæ, qua Dei auxilio feliciter ſumus coronati, nullis ſuis parcens periculis, laboribus, facultatibus, & impenſis, ſumma cum fidelitate, conſtanter exhibuit, & impendit: Volentes igitur pro his ipſius Alexii Thurzo meritis cumulatis, & ſervitiis gratiſſimis ei, & cauſa ipſius Joanni Thurzo de eadem Bethlemfalva fratri ſuo uterino, gratia, liberalitate & munificentia noſtra adeſſe ſingulari. Oppida Göncz & Telkebánya, in Abaujvar — — Comitatu exiſtentia, habita Joannis de Zapolya Comitis Scepuſienſis, quæ alias poſt felicem electionem noſtram in regimen hujus Regni noſtri Hungariæ Poſonii factam, mediantibus certis literis noſtris donationalibus ſuper-

inde

(p) Kakas Lomnycza, alias etiam Nagy Lomnycza inter Villam Matthæi, & Hundsdorffum ſita eſt: Kis Lomnycza Podolino fere adverſa conſedit.

Digitized by Google

inde confectis, eidem Alexio Thurzo, & ſuis Fratribus dediſſe, donaſſe, & contuliſſe dignoſcimur. ſimul cum cunctis villis, ac quibuſuis utilitatibus, &c: quæ quidem oppida ex eo, quod idem Joannes Comes immemor fidei, & fidelitatis ſuæ, qua Sereniſſimo quondam Principi Domino Ludovico, dictorum Regnorum noſtorum Hungariæ, & Bohemiæ Regi, Sororio noſtro chariſſimo, Domino ſuo naturali tenebatur, eodem quondam D. Ludovico Rege curam, & defenſionem juſtam fidei Chriſtianæ, dictique Regni noſtri Hungariæ agente, caſtraque ſua caſtris Imperatoris Turcarum in Campo prope oppidum Mohacs opponente, idem Joannes Comes per literas, & iteratos nuncios ejusdem condam Ludovici Regis vocatus, & monitus in defenſionem capitis Regii, & Domini ſui naturalis venire non curaſſet, (q) ipſoque Rege Ludovico ibidem infelici caſu obeunte, dictus Joannes Comes coronam ejusdem Regni noſtri, fidei, curæ, & conſervationi ſuæ demandatam, contra jusjurandum ſuum ſuperinde præſtitum, pro ſe uſurpaſſet, & eadem extra leges, conſuetudines, & libertates jam fati Regni noſtri Hungariæ ſe coronari feciſſet, vendicataque ſibi corona ipſa, & Regio nomine, ſe nobis contra efficaciſſima jura noſtra hoſtem manifeſtum exhibuiſſet, multaque, & quam plurima damna, nocumenta, ſpolia, & incendia in ipſo Regno noſtro Hungariæ perpetraſſe dignoſcitur; ex eo que per notam infidelitatis ejusdem, qua communi voto, & unanimi deliberatione Hungariæ ſtatuum in Congregatione noſtra Generali, pro felici coronatione noſtra celebrata, criminis læſæ Majeſtatis, & notæ perpetuæ infidelitatis meruit condemnari, (r) & ad ſacram dicti Regni noſtri Hungariæ coronam, conſequenterque collationem noſtram devoluta exiſtunt, & redacta pariter, cum omni noſtro jure Regio — — præfatis Alexio, & Joanni Thurzo, ac per eosdem Georgio, & Franciſco ſimiliter Thurzo, Fratribus eorum Fratrueli-bus, ipſorumque hæredibus, & poſteritatibus univerſis vigore aliarum literarum noſtrarum donationalium ſuperinde confectarum dederimus, donaverimus, & contulerimus, velimusque eosdem per noſtrum, & veſtrum homines in dominium prædictorum Oppidorum, ac pertinentiarum ejusdem legitime facere introduci: Fidelitati igitur veſtræ &c: Datum in Civitate noſtra Alba Regali feria 2da proxima poſt feſtum OO. SS. Anno Domini. MDXXVII.

(q) Variant quidem hac ſuper re ſcriptores, Diplomati tamen publico, cui temere inſerta dici nequit, amplius deferendum.

(r) V. Decret. Ferdinan. I. Anni 1527. Articulo I.

Digitized by Google

XXXVIII.

Warkotſiana Familia inhibetur, ne poſſeſſiones Berzeviczianas pignori locatas retineat. Datum Anno Domini 1534.

EX APOGRAPHO.

Nos Capitulum Eccleſiæ Scepuſienſis memoriæ commendamus per præſentes: quod egregius Fridericus de Berzevicze in ſua, ac Nobilium Stephani, & Martini, ac Antonii filiorum ſuorum; item Joannis filii Franciſci de eadem Berzevicze; nec non Marci filii Thomæ de eadem, Fratrum ſuorum, Perſonis, noſtram perſonaliter veniendo in præſentiam, nobis per modum proteſtationis, & inhibitionis ſignificari curavit in hunc modum: Quod, prout ipſi percepiſſent, & revera intellexiſſent Egregii quondam Sigiſmundus de dicta Berzevicze, ac Franciſcus de eadem Fratres præfati Proteſtantis carnales, neſcitur, quo ducti motivo totales portiones ipſorum poſſeſſionarias in Poſſeſſionibus Farkasfalva, Hunsdorff — Egregio Chriſtophoro Varkocs, (s) quondam Capitaneo Caſtri, & Civitatis Késmark, jam olim in Anno Domini 1519. in certa ſumma pecuniaria — — obligaſſent, & impignoraſſent in præjudicium, & damnum præfatorum Proteſtantium valde magnum. Unde facta hujuscemodi proteſtatione idem Fridericus Berzeviczi ſuo, ac quorum ſupra nominibus — — præfatum Chriſtophorum Varkotz, vel potius, eo jam mortuo, Egregios Melchiorem, & Georgium Varkocs, filios ejusdem, ab occupatione, detentioneque, &c. prohibuit, contradicendo, & contradixit prohibendo publice, & manifeſte coram nobis. Harum noſtrarum vigore, & teſtimonio literarum mediante feria V. proxima ante feſtum OO. SS. Anno Domini MDXXXIV.

XXXIX

(s) Gens Varkocſia de Nobſchütz Sileſiæ natales debet. Inde cum Hedvigis Dux Teſſinenſis Stephano Zapolio nupſit, in Hungariam delata eſt. Domi, forisque Zapoliis fidelem operam præſtitit, per quos ad amplas facultates devenit, præſertim poſteaquam Tarczajis, Bubekiis, Drugethis &c. connubii vinculo innexa eſt. Extinctam prorſus refert Belius in Prodromo Hung. pag. 122., ſunt contra, qui ſplendidam hodie Barkocziorum familiam ab his Warkocziis promanaſſe volunt. Ego rem in medio relinquo.

Digitized by Google

XXXIX.

Joannis de Zapolya Regis Hung. cum Petro Kmitta, Oratore Regis Poloniæ, pactio, qua Conjugi ſuæ Iſabellæ Reginæ inſcribit 140000. florenorum aureorum Hungar. Dat. Budæ Anno Domini 1540. Edidit P. Mathias Dogiel Codic. Diplomat. Polon. Tomo. I.

Nos Joannes, Dei Gratia Rex Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit, univerſis: Quod, quia ſereniſſimi Principes DD. Sigiſmundus Pater, & alter Sigiſmundus Auguſtus Filius, ac ſereniſſima Domina Bona Dei Gratia Reges, & Regina Poloniæ &c. ſereniſſimam Dominam Iſabellam Hungariæ Dominam Comitem &c. Reginam earundem Majeſtatum, Filiam, & Sororem, Conjugem vero noſtram chariſſimam cum ſumma dotis, & paraphernorum 70. millium floren. Hungar. auri puri, veri, & juſti ponderis in gemmis, auro, & argento æſtimatorum, & ponderatorum nobis in matrimonium dederunt, ideo nos quoque ſuper obligatione dotis, & contradotis eidem Reginali Majeſtati Conjugi noſtræ chariſſimæ ad plenum reſpondere volentes, ita cum ſpectabili, & magnifico D. Petro Kmitta Comite a Wyſnice Palatino & Capitaneo Cracovienſi, Regni Poloniæ ſupremo Mareſchalco, ac Scepuſienſi, Premisl. & Colenſ. Capitaneo, prædictarum Majeſtatum Oratore, vigore pleni mandati, ipſi per præfatum Dominum Sigiſmundum Seniorem Poloniæ Regem dati, egimus, tractavimus, & concluſimus, cujus quidem mandati tenor eſt talis:

Sigiſmundus, Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lituaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſſoviæ &c. Dominus & Hæres Univerſis & Singulis, quorum intereſt, planum, teſtatumque facimus: Quod, cum miſerimus ad Sereniſſimum Dominum Joanem, Hungariæ Regem, Filium noſtrum chariſſimum, Magnificum Petrum Kmitta Comitem a Wyſnice, Palatinum & Capitaneum Cracovienſem, Regni Poloniæ Supremum Marſchalcum, ac Scepus. Premisl. & Colenſ. Capitaneum, ſincere nobis dilectum, ut curaret, quo ſereniſſimæ Dominæ Hungariæ Reginæ Iſabellæ, Filiæ noſtræ chariſſimæ dotis, & contradotis nomine caveretur a Sereniſſimo Conjuge ejus; perſpectam habentes virtutem ejus, & in rebus noſtris conficiendis fidem, diligentiam, dexteritatemque, plenam ei poteſtatem dedimus, ita & præſentibus damus,

Digitized by Google

& de rebus omnibus tranſigendi haut aliter, quam ſi nos ipſi præſentibus adeſſemus. Itaque quæcunque per ipſum in hoc negotio facta, pacta, & transacta fuerint, ea nos perinde rata, firmaque habituros verbo noſtro Regio promittimus, ac ſi per nos ipſos facta, pacta, & transacta eſſent. In cujus rei teſtimonium hæc ſcribi, ſignoque communiri fecimus. Datum in Civitate noſtra Krakov. die S. Dorotheæ V. Anno Domini MDXL. Regni noſtri Anno XXXIV.

Inprimis quod arces, ſeu caſtra bonaque inferius declaranda ſub modis, & conditionibus, in ſerie harum noſtrarum expreſſis, Dotis, & contradotis nomine pro Summa 100. & 40 mill. fl. aureorum Hung. auri puri, veri & juſti ponderis eidem Reginali Majeſtati inſcribi debeant, & obligari, & Caſtellani arcium, per præſentes obligatarum, in forma juramenti per nos præfatæ Reginali Majeſtati, mediantibus literis, ſubſcriptione manus noſtræ propriæ, & impreſſione ſecreti ſigilli noſtri munitis data, coram ſua Reginali Majeſtate ſtatuto die jurare, & ſi quem illorum ſucceſſu temporum aliqua cauſa mutari, vel mori contingeret, ex tunc illi quoque, quos loco illorum conſtituemus, in ſimili forma coram præfata Reginali Majeſtate juramentum præſtare debeant, & teneantur. Arces ſunt: Solymos (t) Lippa, Dewa, Chicho, & Kykellewwar, medietas Tokaj, & Triceſſima Caſſov. & quamvis Arces Chycho, & Kyhellewwar nullo jure Vajvodæ Moldavienſi, in cujus manibus antea erant, reſtitui debeant: tamen, ſi in aliquo caſu, nobis ignoto illæ ex neceſſitate aliquando reſtitui deberent, ex tunc nos, & Succeſſores noſtri ſimiles Arces in proventibus æquivalentes, & in locis ſimiliter tutis habitas, loco illarum Reginali Majeſtati obligare debeamus. Harum autem omnium Arcium fructus & utilitates una cum Triceſima Caſſovienſi, ſtatim ad uſus, & neceſſitates Curiæ Reginalis Majeſtatis converti, & dari debeant. Quæ ſi ad uſus & neceſſitates Curiæ ſuæ Reginalis Majeſtatis minus ſufficerent, ex tunc nos ex aliis proventibus noſtris Regalibus hujusmodi neceſſitatem ſupplere debeamus. Item oppidum Debreczen cum pertinentiis, in eandem dotem, & contradotem Reginali Majeſtati ſit obligatum. Sed quia nunc illud inſcriptum eſt, ita cum præfato Domino Oratore ſuper eo conventum eſt, quod nos illud ſpatio ad ſummum duorum annorum redimere, & juſtos illius quoque fructus ad uſus & neceſſitates Curiæ Reginalis Majeſtatis dari facere debeamus. Item alia medietas arcis Thokai, & Arx Regecz, & bona dirutæ arcis Thallya ad ſummam dotis, & contradotis Reginali Majeſtati ſint inſcripta. Quarum etiam Arcium fructus, & utilitates, dum ex manibus partis alterius illæ juxta Articulos

(t) Solymos in Aradienſi, Lippa in Temeſienſi Provincia hodie ſunt; cæteræ Arces Dewa, Chicho, Kyhellewar in Tranſilvania.

Digitized by Google

culos inter nos, & ſereniſſimum Dominum Romanorum Regem habitos, vel alio quovis modo eliberabuntur, ad uſus ſimiliter, & neceſſitates Curiæ Reginalis Majeſtatis dari debent. Item quod Arces prædictæ, & bona præfata cum omnibus Civitatibus, Oppidis, Villis, poſſeſſionibus, ac juſtis fructibus & utilitatibus eorundem de jure, & ab antiquo ad illa ſpectantibus, dotis & contradotis nomine, in toto pro Summa 100 & 40. mill. flor. aureorum Hung. auri puri, veri, & juſti ponderis Reginali Majeſtati ſint inſcripta, & obligata, ita videlicet: quod in caſu, quo prædictis Arcibus, vel alicui illarum ſucceſſu temporum aliquod immineret periculum, ſive illud ſit internum, ſive externum, nos ad conſervationem illarum gentibus, (u) & aliis rebus omnibus opportunis, & neceſſariis providere debeamus Et hoc non ex fructibus earundem arcium; ſed ex aliis proventibus noſtris. Item, quod ſi Reginalem Majeſtatem abſque liberis inteſtatam decedere (quod Deus avertat) contingeret, ex tunc dos ipſa ſuæ Reginalis Majeſtatis ad Parentes, vel Fratrem ſuæ Majeſtatis, vel illis deficientibus ad eos, qui ſibi propinquiores ſunt, redire debeat, & in eo caſu liberam ejus Majeſtas de dote ſua diſponendi, & cuicunque voluerit, legandi habeat poteſtatis facultatem. Item, quod nos quoque de Arcibus, & bonis prædictis in caſu mortis noſtræ libere teſtari, & quibuscunque voluerimus, illa relinquere poſſimus, ita tamen, ut poſteaquam Reginalis Majeſtas ad 2da vota tranſierit, illi, quibus hujusmodi Arces, & bona per nos legantur, totam Summam inſcriptionis, hoc eſt Summam 100 & 40. mill. flor. aureorum Hung. auri puri, veri, & juſti ponderis eidem Reginali Majeſtati deponere, & perſolvere debeant, & ita Reginalis quoque Majeſtas Arces illas, & bona illa citra ullam controverſiam ad manus illorum conſtituere teneatur. Immo Arces: ſeu caſtra, & bona præſcripta ſub modis & conditionibus præmiſſis, dotis, & contradotis nomine, pro Summa dictorum 100 & 40. mill. flor. Hung. auri puri, veri, & juſti ponderis præfatæ Sereniſſimæ Dominæ Iſabellæ Reginæ, Conjugi noſtræ chariſſimæ, inſcripta, locata, & obligata eſſe volumus, prout inſcribimus, locamus, & obligamus, promittentes in verbo noſtro Regio, quod nos eandem Reginalem Majeſtatem in hujusmodi inſcriptione, & obligatione noſtra, quamdiu beneficio Dei Optimi vivemus, manutenebimus, & Succeſſores quoque noſtros Reges, & alios quoslibet ad hoc obſervandum, juxta obſervationem conditionum præmiſſarum obligamus. Harum noſtrarum vigore; & Teſtimonio literarum. Datum Budæ in Dominica Reminiſcere. Anno Domini MDXL. Regnorum vero noſtrorum XIV.

XL.

(u) Gentes: exercitus, vel Turmæ Militares.

Digitized by Google

XL.

Tabulæ ſupremæ voluntatis C. Alexii Thurzo de Bethlemfalva, Judicis Curiæ Regiæ. — —

EX APOGRAPHO.

In Nomine Domine noſtri JESU Chriſti, Amen. Cum omnis noſtra ſalus, ex immenſa Omnipotentis Dei erga genus humanum miſericordia, & gratia conſiſtit, idque meritis paſſionis, & mortis Domini noſtri Jeſu Chriſti, quam fide amplectimur; confugio ego pro remiſſione peccatorum meorum erga miſericordiam Dei clementiſſimi, cui animam meam ſingulari ſpe, & fiducia commendo; firmiſſime credendo, quod me tametſi ab adoleſcentia peccatis innumeris obnoxium; immenſa tamen, & infinita ſua miſericordia non privabit, neque excludet ab ea redemptione, quam Filius ſuus Dominus noſter morte ſua pro omnibus hominibus peregit. Credo enim ejus morte ſatisfactum eſſe, & pro meis, & pro totius mundi peccatis, quæ omnia minora ſunt, quam merita illa paſſionis, & mortis Domini noſtri Jeſu Chriſti: in hac ſpe, fide, & fiducia volo reddere animam meam in manus Altiſſimi Dei Creatoris mei. Cæterum corpus meum volo commendare terræ, de qua ſumptum eſt, in ſpem futuræ reſurrectionis; & rogo chariſſimam meam Conjugem; item Fratrem meum Joannem Thurzo, præterea tutores Teſtamenti mei, & bonos ſervitores meos, ut corpus meum curent devehendum in locum ſepulturæ Majorum meorum ad Leuthſchoviam, & tumulari in Eccleſia Parochiali absque omni pompa, his duntaxat ſervatis, quæ citra publicum ſcandalum omitti non poterunt. Prohibeo autem Dominam uxorem meam, in quantum animam meam gravare non vult, ne corpus meum ad locum prædictum conducat. aut comitetur; ſed ſe in ſuo loco moderno contineat: ſatis enim erit per ſervitores meos iſta, quæ ad humandum corpus meum pertinent, curare, quod citra ullam moram, & dilationem ſtatim poſt mortem meam fieri volo, ſine omnibus, ut præmiſi, cæremoniis, quatenus ſcandalum publicum evitandum videbitur. Volo etiam, ut Genitori meo in eadem Eccleſia Leuthſchovienſi lapis honeſtus tumulo imponendus præparetur, & ſuo loco ſtatuatur cum Inſignibus Familiæ meæ, & decens titulus inſculpatur cum nominibus Filiorum illius: videlicet Joannis Epiſcopi Wratislavienſis, Stanislai Epiſcopi Olomucenſis, Georgii olim Comitis Zolienſis, & Camerarii Cremnitzenſis, & meo, quos ille generavit, & hoc, prout decentius fieri poſſit, peragatur, ſimiliter rogo,

ut

ut pro ſuperficie ſepulchri Dominæ Conjugis meæ prioris, quæ in Eccleſia Parochiali in Viſtonia ſepulta eſt, lapis honeſtus, & elegans præparetur cum inſigniis Familiæ ſuæ, quæ eadem fuerunt cum inſigniis condam Reverendiſſimi Domini Georgii Archiepiſcopi ſtrigonienſis. Ut autem inter Dominam Conſortem, & Filias meas, item Fratres, & Patrueles meos, ratione bonorum meorum, omnis diſſenſionum, & contentionum materia amputetur, de Caſtris, & bonis meis hanc facio diſpoſitionem, & hunc ordinem ſervari volo: Primum, quod Caſtrum Bajmocz, & Caſtrum Scepus, vel, ſi contingeret Majeſtatem Regiam pro Caſtro Scepus alia bona, & hæreditates, aut aliquam ſummam pecuniæ dare, cedant Fratri meo Domino Joanni Thurzo', quem rogo, ut iis bonis ſit contentus, ita tamen; ut ſi in recompenſam juris, & bonorum Scepuſienſium aliqua ſumma pecuniæ per Majeſtatem Regiam dabitur, hujusmodi pecunia in nullum alium uſum, quam in emptionem bonorum, & hæreditatum convertatur, quæ poſtea ad Familiam meam devolvi poſſint. Ex quo autem idem Joannes Thurzo hæredibus deſtitutus eſt, lego, & volo, ſi quid illi humanitus contigerit, bona prædicta mox, & defacto devolvantur ad Bernhardum Thurzo, & liberos Fratris ſui Chriſtophori Thurzo, ſed ita; ut, qui inter eos ſenior fuerit, bona ipſa gubernet, & poſſideat: cum reliquis autem, quoad reditus, & utilitates accordare debeat. Ex quo autem omnibus donationibus inſerti ſunt Georgius Thurzo ſenior, & alter Georgius Thurzo Junior & hujus Junioris Frater Franciſcus Thurzo, quorum duo Georgii jam de facto conſenſerunt teſtamentariæ dipoſitioni meæ, ſi quam feciſſem de bonis, & hæreditatibus meis parituros, volo, & decerno, ut, ſi contingat, quod Deus avertat, Familiam Bernhardi, & Chriſtophori Thurzo in linea Maſculina deficere, extunc præſcripta bona mea in hæredes ſuperſtites prædictorum utriusque Georgii Senioris, & Junioris devolvantur, quamdiu Familia iſtorum durabit: quod ſi vero iſtos quoque deficere contingat, volo, ut bona præſcripta condeſcendant ad Chariſſimas Filias meas Annam, & Eliſabeth, ipſarumque poſteritates univerſas utriusque ſexus. Viciſſim hoc ſtatuo, volo, & decerno, ut ſi Deo ita viſum fuerit, quod & ſua clementia dignetur procul avertere, ut Filiæ meæ ſine liberis decederent, mox, & defacto omnia bona, & Caſtra, quæ illis lego redeant, & devolvantur in Familiam meam ſuperſtitem juxta ordinem ſucceſſionis jam declaratum, quicunque ſcilicet ex præſcriptis ſuperſtites fuerint, & hæredes eorum, ac poſteritates. Chariſſimæ Dominæ Conthorali meæ pro ſua pecunia inſcribo, prout feci jurare Georgium Thurzo, Officialesque Caſtri Trenchinienſis ejusdem Caſtri Trenchin, & Triceſimarum partem dimidiam, in , & pro ſumma viginti millium flor. Hungaricalium: commendo autem, & confido eidem Dominæ Conjugi meæ chariſſimas, & Communes Filias meas Annam, & Eliſabetham, earumque educationem,

Digitized by Google

quibus lego Caſtra mea Sempthe, Galgocz, & Temetvény cum pertinentiis, in perpetua hæreditate, in hæredes earundem utriusque ſexus univerſos, & dimidiam partem Caſtri Trenchin, & Triceſimarum, quas habui, poſſideat Domina conſors mea, Filiarum nomine, Caſtra prædicta cum omnibus pertinentiis ſimiliter, & dimidia parte Triceſimarum, quoad Filiæ ad ætatem debitam perveniant, & eas interim educet, ac decenter veſtiat, & ubi, Deo diſponente, gener contigerit, cum illius ſcitu Caſtellanos in prædictis Caſtris conſtituat. Ex quo autem apud me laboratum eſt, ut Magnificum Andream de Báthor in generum aſſumerem, & videatur negotium hoc ex magna parte concluſum, ſi quid mihi contingat, volo, ut inter Filiam meam natu majorem, & Dominum Andream Bathory contractus matrimonialis absque omni dilatione perficiatur, & ad hoc rogo Dominam Conſortem meam, & ſpectabilem, ac Magnificum Dominum Petrum de Peren, ut contractum hunc quamprimum perficiendum curet; ubi autem tempus conſumandi Matrimonii advenerit, intromittatur Andreas Bathory in Dominium dimidiæ partis bonorum, Filiabus legatorum: pars tamen altera, Filiæ meæ Eliſabeth maneat in manu, & poteſtate Dominæ Conjugis meæ, ſed hoc non inaniter, ſed per expreſſum declaratum volo, quod Andreas Bathory, etſi quis alter futurus eſſet alterius Filiæ meæ Maritus, in Dominium Caſtrorum nullo modo intromittatur, niſi prius promittat, ac literas obligatoriales det, quod ſi contingat Filiam ſibi deſponſatam, vel nubentem ſine hæredibus ex hac luce decedere, extunc absque omni lite, & proceſſu juris Caſtra, ſeu bona illa Conjugi ſuæ cedenda, Filiæ meæ alteri ſuperſtiti; vel ſi illam quoque ſimiliter decedere contingeret, Fratribus meis defacto reddere, & reſtituere: nam in hoc caſu volo, & decerno, ut Filiabus meis ſuccedat Joannes Thurzo, & dein Bernhardus cum liberis Fratris ſui Chriſtophori, & poſt deceſſum horum bona prædicta ad duos Georgios Thurſones, ipſorumque hæredes devolvantur.' Rogo autem chariſſimam Dominam Conjugem meam, ut hujusmodi diſpoſitione mea ſit contenta, neque moleſto animo ferat, quod pro perſona ſua nominatim arx aliqua non aſſignetur: relinquo enim ipſam cum Filiabus in pacifico Dominio bonorum, etſi contingeret Filias meas, ipſa ſuperſtite, decedere; admitto, ut ubicunque voluerit, ſive Sempthæ, ſive in Galgocz, habitare poſſit, modo dein bona illa non alienentur a Fratribus; ſed & hoc decerno, quod ſi generi mei vellent nomine filiarum mearum a Conjuge mea partem illam Trenchinienſem, & Triceſimarum per me illi inſcriptam — — hoc, vivente ipſa Conjuge mea, nequaquam facere poſſint. Poterit autem Domina Conjux mea Reſidentiam Trenchinii, & ex Triceſimis competentem habere ſuſtentationem. Quod autem attinet ad arcem, & Epiſcopatum Nitrienſem, volo, & ſtatuo, ut Officiales mei, quemadmodum & jurare illos feci, arcem, & bona omnia illius Epiſcopatus

patus dent ad manus Fratris mei Franciſci Thurzo; ſed non prius, quam ipſe quoque prius per literas Faſſionales det conſenſum liberæ diſpoſitioni meæ Teſtamentariæ, quemadmodum duo Georgii Thurzones fecerunt, quæ literæ, & faſſiones exſtant; ſimili autem faſſione facta, & literis datis, detur Caſtrum Nitrienſe, & omnia bona Epiſcopatus ad manus illius. Domina Conjux noſtra habeat gubernationem bonorum meorum, ut præmiſi, alioquin, ſi quid illi contingat, Bernhardus Thurzo adminiſtret bona illa cum ſcitu Teſtamentariorum, ita tamen; ne qua fraus fiat Juribus, & bonis Filiarum mearum. Præterea cum Majeſtas Regia Dominus meus clementiſſimus, pro bonis, & hæreditatibus, per me Majeſtati ſuæ conceſſis, benevole dederit mihi in Arenda fodinarum Biſtricenſium aſſignationem octuaginta millium flor. Hungaricalium; per Dominos Fuggeros exſolvendorum, ex hac totali ſumma percepi ad 32. millia, & reſtant adhuc perſolvenda 48. millia flor. quæ ſumma per hos annos quatuor perſolvi debebat, ita videlicet: ut ſingulis Feſtis B. Georgii Martyris, a proxime venturo Feſto Georgii computando 12. millia flor. numerari debeant. Quod ſi aliquo caſu fieret, ut Majeſtas ſua aſſignationem iſtam ad quorumcunque ſiniſtram ſuggeſtionem mutare vellet, ſupplicandum erit ſuæ Majeſtati in perſona Dominæ Conjugis, & Filiarum mearum, ut Majeſtas ſua intuitu Divinæ juſtitiæ, & fidelium ſervitiorum meorum dignetur mihi eam jure debitam aſſignationem ſalvam relinquere. Rogo etiam ſororium meum Dominum Antonium Fugger, ut ipſe quoque hanc penſionem manuteneat, quod ita commodius faciet, ſi videlicet literas recognitionales, quibus fatetur ſe totalem illam ſummam 80. millium flor. mihi exſolviſſe, quibus ego viciſſim expeditorias relinquo, affirmando totam ſummam Capitalem ab illis percepiſſe: literas etiam aſſignationis Regiæ eis reſtituo, ut hoc modo, & nomine poſſit manuteneri ipſa penſio annualis, & rogo eosdem Dominos Fuggeros, reſpiciant inprimis Deum ipſum, dein Affinitatem noſtram, & commercium, quod tot jam annis inter nos, & has duas Familias interceſſit, dent operam, ne ipſa pecunia pereat hæredibus meis, cum alioquin habeant iidem Fuggeri expeditorias a Majeſtate Regia, & a me quoque, ut præmiſi, habebunt; velint tamen & ipſi viciſſim dare literas recognitionales de eadem ſumma, quam in futurum debent quotannis usque ad completionem ſummæ capitalis numerare, ut hæredes mei certiores de ea eſſe poſſint, & ſciant, quanta pars hujusmodi ſummæ ad exſolutionem debitorum, & aliorum opus ſit elocanda. Ex hac autem ſumma, quæ de hujusmodi aſſignatione Arendæ mihi, & hæredibus meis, numeranda eſt, volo, & decerno, ut inprimis dentur decem millia flor. quibus auxilio, & conſilio Domini Antonii Fugger, aut bona aliqua hæreditaria emantur, aut ipſa ſumma in eum locum collocetur, unde citra offenſionem conſcientiæ, honeſto modo, cenſus adminiſtretur, in manus Judicis, & ſenatus Leutſchovienſis, &

Digitized by Google

existimo posse ordinari ad eam summam censum flor. 500. quem, ut præmisi, Domini imprimis Antonii Fugger industriæ, demum & aliis Testamentariis comitto. Volo autem ex hujusmodi censu, aut bonorum emptorum emolumento Concionator doctus, & idoneus in Ecclesia Parochiali Leuthschovienſi habeat stipendium flor. 100. quotannis, ut verbum Dei diligenter prædicetur. Item ut alantur bonæ indolis adolescentes Scholastici duo in Gymnasiis, qui potissimum sacras literas discant in eum finem, ut suo tempore concionari, populumque docere possint, & cum ad docendum idonei videbuntur, alii duo similiter in Gymnasio docendi assumantur, & ex hoc singulis ad studia continuanda flor. 40. vel 50., aut prout senatui Leuthschovienſi magis expedire videbitur, dentur quotannis, & ut singulis annis duæ Virgines Orphanæ, dote destitutæ, matrimonio elocentur; & hujus elocationis summam conscientiæ prædicti senatus permitto limitandam; & ut alantur sex egeni Mendicantes, quibus semper de vestitu, & victu provideatur; & si quas præterea Eleemosynas, & pia opera ampliora ex censu, seu utilitate prædictæ summæ facere poterunt, Judex, & Jurati Cives prædicti non negligant (v). Volo autem, ut omnes hi sumptus, & elocationes per senatum Leutschovienſem fiant cum scitu Concionatoris. Quapropter eundem Senatum rogo, & conscientias eorum, qui Magistratu funguntur, interpello, atque onero, ut hæc fideliter, atque diligenter pietatis causa, & respectu Dei curent, & exsequantur, & ut hæc ipsa dispensandi onera promptius subeant, lego Civitati Leutschovienſi duas domos meas, quas in Cassovia habeo, similiter & Vineas meas duas, in promontorio oppidi Szantó sitas; præterea ex eadem Pensione Arendæ volo, ut his, quibus debeo, satisfiat secundum quod quis eam debitorum meorum rationem ostendere poterit, sive exterus existat, sive quis alius. De externis quidem nunc recordor: primum de quibusdam bis mille flor., quibus quondam Hochstetter debebam, dein quondam Pauli Polyak hæredibus, quibus impendatur satisfactio. Item debeo Bernhardo Thurzo 2000. flor. Hungaricales, volo, ut eidem satisfiat. Quod si autem per hos annos aliquorum subditorum meorum pecuniam, testamento legatam, attigissem, sicuti pecuniam Francisci Presbyteri in Galgócz, quæ jussu meo est exposita, volo, ut ipsi restituatur, quod & ipse faciam, si vita manserit incolumis; alia quoque debita, sive parva, sive magna existant, quæ juste deberi videbuntur. Similiter etiam damna, cujuscunque, & quibuscunque per me indebite illata, rectificentur, & exsolvantur

(v) Legatum hoc Senatus Leutschovienſis, ultra sæculum administrarat. Sed Leopoldo Cæsari aliter visum est; alioque in loco virtutum, scientiarumque officiis applicuit.

Digitized by Google

tur, & hanc curam Dominæ Conjugi meæ, & Teſtamentariis meis, eorumque conſcientiis impono. Volo etiam, & lego ex hac pecunia Arendæ, ut dentur duobus Georgiis Thurzo Seniori, & Juniori 5000. flor. ut hac pecunia emant intra limites Regni Hungariæ bona, & hæreditates certas, & in alium uſum pecuniam ipſam non convertant. Cum Fratris mei Joannis Thurzo res eo ſint redactæ, ut bona ſua neceſſitate urgente impignoraret, ad quotidianas illius neceſſitates obeundas, & ſuſtentandas lego illi 5000. flor., Franciſco Thurzo, tametſi & ipſi ex alienis manibus Epiſcopatum Nitrienſem liberaverim, lego flor. 6000. ſunt præterea mihi ex duabus ſororibus natu majoribus Margaretha videlicet, & Magdalena Neptes, lego liberis Margarethæ flor. mille; Magdalenæ liberis flor. ſimiliter mille. Georgio Thurzo ſeniori, qui multis annis mihi ſervivit, lego flor. mille. Hoſpitalibus egenorum Poſonii, Tyrnaviæ, & in Galgócz exiſtentibus, ſingulis videlicet hoſpitalibus, flor. ducentos. Hoſpitali, quod eſt Leutſchoviæ, lego flor. 500. Volo etiam, ut in prædictis Hoſpitalibus pauperes, quotquot ſunt, veſtiantur veſtitura decenti, tunica, pileo, calceis, & induſiis. Ad elocationem famularum Conjugis meæ ex prædicta pecunia juxta directionem, & indicata Dominæ Conjugis meæ ſex ſingulis usque ad ſexaginta, vel octoginta flor. Aliis autem famulabus ejusdem puellis inferioris gradus, ſingulis flor. decem lego. Mulieri ſeniori circa Dominam Conjugem meam lego flor. 40. Viduæ Popſtin lego flor. 200. duabus ejusdem Dominæ Filiabus flor. 200. Gregorio Sibrik flor. 400. Michaeli Mérej, ſi in ſervitio meo perſeverabit, flor. 300. Sebaſtiano ſimiliter flor. 300. Reſiduum vero omne, quod ex præſcripta pecunia aſſignationis Arendæ reſtabit, ultra præſcriptam diſpenſationem id totum lego Filiabus meis, niſi quid forte ante mortem meam in mentem venerit, quod addendum, vel mutandum judicavero. Rogo autem plurimum Conthoralem meam, nolit moleſto animo ferre, quod ex hac pecunia nihil ſibi decidere potuerim. Scit bene Filias meas eſſe Filias ſuas, nec dubito ſibi gratum futurum, quidquid cum Filiabus meis facere me videbit. Præterea quidquid in Sempthe habeo, ſive in pecunia numerata, ſive in argento, & clenodiis, facta prius ſolutione ſervitiorum meorum lego, & committo omnia, quod & Regni conſuetudo requirit, Conjugi meæ, & duabus Filiabus meis. Cæterum reconcilio Dominam Conjugem mihi chariſſimam, & rogo, ut ſi quæ in tot annorum ſpatio inter nos differentiæ contigiſſent, vel ſi qua in re eſſet gravius tractata, id omne ignoſcere, & mihi condonare velit. Poſtea Officiales, & ſervitores mei Dominos, & alios, quoscunque putabunt per me offenſos eſſe, & generaliter, & ſpecialiter petant pro Deo, ut ignoſcant mihi, ſi qua in re illis aliquid putarent nocitum. Comitatum Nitrienſem ſimiliter. Volo autem, ut ſi qui juſte queri videbuntur vel de metis, vel de terris uſurpatis, vel aliis caſibus, talibus remittantur ſua, refundantur damna illata, &

Digitized by Google

rectificentur. Eſt mihi magnopere moleſtum, quod in hoc turbulentiſſimo rerum ſtatu Colonos miſeros, & contributionibus, & ſervitiis, aliisque oneribus gravare coactus ſum. Rogo itaque Chariſſimam Conjugem meam, & peto ſervitores meos, ut ſubditos meos ex omnibus pertinentiis, & ſingulis Villis convocent, & rogent, ut conſiderata maligna conditione temporum, quæ coegit me, ut facerem expenſas magnas, & intollerabiles, & Colonos etiam invitus variis oneribus gravarem, condonare mihi velint, ſi quas ejusmodi ſenſiſſent moleſtationes, & gravamina. Volo autem, ut ſi quos viderint ex hujusmodi gravaminibus valde damnificatos; aut depauperatos, tales ſublevent, & damnis ſatisfaciant. Non deſunt autem proventus Triceſimarum, Fructus Allodiorum, vel Decimarum, unde tales oppreſſi ſubleventur, damnaque indebita refundantur: rogo autem, ut deinceps Coloni ſerventur bono modo citra omnem oppreſſionem, & injuriam. Ex quo Regia Majeſtas ſit Generalis Tutor, & Protector omnium Orphanorum, & Viduarum, ſupplico ſuæ Majeſtati Regiæ, uti Domino meo Clementiſſimo quam humillime, dignetur reſpicere inprimis Deum Optimum Maximum, & juſtitiam ejus, dein & fidelia ſervitia mea, ut quemadmodum dedit mihi liberam diſponendi facultatem de omnibus bonis, & rebus meis, quæ alioquin ad Fratrem meum Carnalem, & Patrueles meos deberent devolvi; ita Majeſtas ſua dignetur hujusmodi diſpoſitionem, & Legata mea gratioſe conſervare, & defendere contra univerſos, qui obſtare vellent, aut impedire ea niterentur. Conſtituo autem ſpeciales Tutores, Teſtamenti mei præſentis Reverendiſſimos Dominos Strigonienſem, & Colocenſem Archiepiſcopos; Magnificum Dominum Petrum de Perény, & Generoſum Dominum Joannem Hoffmann, & iisdem Dominis commendo defenſationem Dominæ Conjugis meæ, & Filiarum mearum, ac Fratrum, & bonorum meorum, rogoque Dominationes ſuas, reſpiciant humanos caſus, & communem hanc omnibus imminentem ſortem, & pro ipſarum in me benevolentia, proque pietate, velint apud Majeſtatem Regiam, & ubicunque opus fuerit, auxilio, defenſione, & tutela adeſſe Dominæ Conjugi, & Filiabus meis, & expectent a Deo benigniſſimo tam piorum officiorum meritum, & remunerationem. Sed quia Dominus Perényi eſt mihi conjunctus Dominus, & Frater, ſuæ ſpectabili, & Magnificæ Dominationi non ſolum ut Tutori, verum etiam ut Fratri committo, & commendo Dominam conſortem, & Filias meas, Fratres item, & bona mea ita, ut quandocunque Domina Conjux mutare Officiales Caſtrorum vellet, ſemper id ex voluntate, & ſcitu, atque conſenſu, & quidem præſente homine ſuæ ſpectabilis Magnificentiæ faciat, ut ordo, quem ſuperius declaravi, ſemper ſervetur, utque in his diſpoſitionibus meis, & aliis negotiis omnibus, quoties opus fuerit, generaliter, & ſpeciatim habeatur recurſus ad ſuam ſpectabilem Magnificentiam, quam rogo per amorem Dei Omnipotentis, ut ſua ſpectabi-

ctabilis Magnificentia non Fratrem, ſed Patrem agat erga Dominam Conjugem, & Liberos meos, & defendat eas, & bona mea ab omni injuria. Rogo etiam Magnificum Dominum Batthyani tanquam veteranum, & conjunctiſſimum Amicum, ut ſua Dominatio ſit auxilio, & defenſioni, qua eſſe poterit Dominæ Conjugi, & Filiabus meis, ſuæ autem Magnificentiæ do, lego annulum meum, quem geſtavi cum lapide (x). Theurkys, & præterea equum meum unum, qui inter equos meos videbitur præſtantior. Et licet Domini Fuggeri ſignificent, & dicant debere me ipſis 2300. flor. tamen, cum velim prædictam ſummam decem millium florenorum, ad uſus pios citra dilationem deponi, & collocari, rogo Dominum Antonium Fugger, & Nepotem meum Dominum Joannem Jacobum in futuro termino B. Georgii, proxime venturi, cum videlicet ſumma 12. millium florenorum eſſet per illos deponenda, & numeranda ita debita præſcripta, ſive alia etiam quæcunque, alio medio tempore, per me quibuscunque deputata, excipere, & defalcare velint, ut ſummam decem millium ſinant eſſe integram. Si autem ea, quæ in Leuthſchovia fieri decrevi, ex hujus ſummæ integræ cenſu alio utilitatem poſſint. — — Nam alioquin opera, & conſilio Domini, Antonii, & Fratris mei Joannis Thurzo cupio hanc ſummam in locum tutum collocandam; unde cenſus quotannis ſubminiſtretur ad manus Senatus Leutſchovienſis. Reliqua autem debita; item ea, quæ Fratribus, Affinibus, ſervitoribus, & aliis legavi, ex eadem penſione Arendæ annuæ, deinceps per Fuggeros exſolvantur. Rogo autem ſervitores meos: Georgium Sibrik, Michaelem Mérej, Ambroſium Dolgos, & Sebaſtianum, ut, quæ circa tumulationem meam ſpectant, curare velint, & præterea reſpectu meæ erga ipſos fiduciæ Dominæ Conjugi meæ, & Filiabus meis in earum negotiis, vel ſaltem ad unius anni ſpatium adſiſtant, neque eas deſerant, quotiescunque eorum opera, & miniſterio opus fuerit. Hæc pro nunc ita fieri, & geri volo, ac decerno, ſalva ſemper mihi reſervata facultate iſtis addendi, vel, quæ placuerit, aliter mutandi, ſi ex Dei optimi clementia incolumitas, & diuturnior vita mihi contigerit. Oppidum meum (y) Rudobánya cum pertinentiis lego, & committo Joanni Thurzo Fratri, ac eo decedente Bernhardo, & Filiis Chriſtophori Thurzo, ac eorundem hæredibus, illisque deficientibus, devolvantur ad Filias meas Annam, & Eliſabetham, ac earundem hæredes in utrumque ſexum jure perpetuo. Caſtrum meum dirutum Richno cum omnibus ejusdem pertinentiis lego, & committo Georgio Thurzo ſeniori, ejusque hæredibus; & poſterita-

(x) Theurkys, Türckis, Turcois durus, & pretioſus lapis, cœleſtini coloris. Optimus eruitur in montibus Perſiæ Piruskuanis.

(y) Oppidum Metallicum in Provincia Borſodienſi; in eadem eſt Vámos.

Digitized by Google

ritatibus in perpetuum. Oppidum vero Vámos lego Georgio Thurzo Juniori, ac ſimiliter hæredibus ſuis jure perpetuo, quibus deficientibus, tam Richno cum pertinentiis, quam etiam Vámos devolvantur in prædictas Filias meas, & earundem hæredes utriusque ſexus jure perpetuo. Item Caſtrum (z) Ozora cum pertinentiis, ac alia univerſa bona, & jura poſſeſſionaria per hæc diſturbiorum tempora apud alienas manus, in præjudicium jurium meorum habita lego, & committo Filiabus meis Annæ, & Eliſabethæ, earundemque hæredibus utriusque ſexus in perpetuum. Item prædia, & portiones poſſeſſionarias: Jathó, Reſſi, Mezökezy, Sok, Majthén, ac alia bona in Vicinatu Caſtrorum Sempthe, Galgocz, & Temetvény habita, & per nos acquiſita, ſuper quibus in præſenti diſpoſitione ſpecialiter mentio facta non eſt, lego, & committo Filiabus meis præſcriptis, ipſarumque hæredibus utriusque ſexus in perpetuum; ſalva tamen in his, & aliis etiam omnibus ſucceſſione in caſu defectus ſeminis dictarum Filiarum mearum in jam fatos Fratres noſtros, ac eorundem hæredes perpetuo jure defacto fienda — — (a).

XLI.

Mandatum Ferdinandi Regis ad Capitulum Scepuſienſe, ut Marcum Horváth Stanſith de Gradecz, Præfectum Szigethanum ſtatuat in bonis Warkotſchianis. Datum Viennæ Anno Domini 1556.

EX APOGRAPHO.

Ferdinandus, Divina favente clementia, Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex Fidelibus noſtris Honorabilibus, Capitulo Eccleſiæ Scepus. Salutem, & gratiam. Quum nos debita conſuetudine animo revolveremus fidelia, conſtantia, ac ſtrenua ſervitia fidelis noſtri Egregii Marci Horváth Arcis, & Oppidi noſtri Zygeth Capitanei, quæ idem ſacræ inprimis Regni noſtri Hungariæ Coronæ, & deinde Majeſtati noſtræ, cum alias in Confiniis

(z) Ozora Provinciæ Tolnenſis Oppidum, de quo Sigiſmundi Regis ævo, Pipo Florentinus nomen duxit.

(a) Tabulæ hæ videntur ſcriptæ ſub exordium Anni 1543. quo ipſo e vivis exceſſit Alexius die 25. Menſis Januarii.

Digitized by Google

finiis noſtris a pluribus jam annis, tum vero potiſſimum nunc proxime memorabili illa dictæ Arcis, & Oppidi noſtri Zygeth propugnatione, cum ſummo Regni iſtius noſtri, ac totius denique Chriſtianitatis commodo, ſua vero inſigni gloria, & laude exhibuit, & impendit; non potuimus non facere, quin Egregium illius facinus ad perpetuam rei præclare geſtæ memoriam condigno, ac merito remunerationis bravio condecoraremus. Nam cum his proxime diebus Ally Paſſa, Budenſis Imperatoris Turcarum in Hungaria Locumtenens, adjunctis ſibi Begorum, Zanchakonum, & aliorum Præfectorum Turcicorum copiis, dictam Arcem, & Oppidum noſtrum Zygeth, in interioribus Arcium Turcicarum confiniis ſitum, haud mediocri exercitu, omnique rerum bellicarum, tormentorum, & machinarum genere probe inſtructus obſidere pararet, dictus Marcus Horváth Capitaneus hoſtem, primo adventantem, non ſolum intrepide excepit viriliterque repulit; verum etiam omnem poſtea illius impetum, implorata ope Divina, continuis quadraginta octo diebus, totidemque noctibus, ſtrenue, ac fortiter, infracto prorſus animo, ſuſtinuit. Poſt diruta enim continuis noctium, & dierum quaſſationibus Arcis, & Oppidi mænia, cum propugnaculis non ſolum Arcem ſolo æquatam ſtrenue contra graviſſimas impreſſiones, & inſultus defendit; verum etiam cum pauca ſtrenuorum Militum noſtrorum manu ſæpe egreſſus, inſignes hoſtium ſtrages ipſe inter alios Dux Magnanimus præcedens edidit; hoſtium munitiones, in exitium Arcis noſtræ e lignis, & terra inſano labore erectas, deſtruxit, & in Arcem ipſam noſtram Captivis, ac hoſtium ſignis, & ſpoliis onuſtus Victor glorioſe remeavit. Ad extremum pauca, ſed ſtrenua Militum noſtrorum ſecum exiſtentium manu, ſæpius aperto Marte confligens, univerſum exercitum hoſtilem, cæſis Præfectorum Turcicorum potioribus quam pluribus, cum ſumma Paganorum clade, & ignominia; Chriſtianorum autem gloria, intempeſta nocte ab obſidione fugam arripere coegit (b). Quorum omnium ſuorum ſtrenuorum, & memorabilium ſervitiorum intuitu, ne virtus perfraudetur præmio, univerſa bona — — Egregiorum condam Melchioris Varkocz de Nobſtych, & Thomæ ſimiliter Varkocz Fratris ejusdem, tam in Byhor, & Scepus, quam aliis quibuscunque Regni noſtri Hungariæ, & partium ei ſubjectarum Comitatibus ubivis exiſtentia, habita, quæ quidem bona, & jura poſſeſſionaria univerſa ejusdem condam Melchioris Varkocz ex eo, quod idem proximis his diebus ſine hæredum ſolatio ex hac vita migravit; Thomæ autem Varkocz ſimiliter univerſa bona, & jura poſſeſſiona-

(b) Zigethanam Anni 1556. obſidionem Iſtvanffius more ſuo eleganter contexuit, ubi & hujus Marci Hotváth virtutes poſteritati literis prodidit.

ſionaria ex eo, quod idem immemor fidei, & fidelitatis ſuæ nobis, tanquam legitimo Hungariæ Regi debitæ, in partes Factioſorum, & Adverſariorum noſtrorum tranſire; fideles item ſubditos noſtros omni violentiarum deprædationum, & vaſtationum genere in fidelitatem Filii condam Joannis Regis cogere, & nunc demum conjunctis ſibi Turcarum auxiliis Arcem Varadinenſem, in fidelitate noſtra conſtanter perſeverantem, a certis jam diebus obſidione premere non formidavit, & per hoc notam perpetuæ Infidelitatis merito, ac de jure incurriſſe dignoſcitur — — memorato Marco Horváth, ipſiusque hæredibus, & poſteritatibus univerſis vigore aliarum literarum noſtrarum ſuper inde emanatarum dederimus, donaverimus, & contulerimus, velimus eundem in Dominium eorundem per noſtrum, & veſtrum homines legitime facere introduci. Super quo fidelitati veſtræ harum ſerie firmiter committimus, & mandamus, quatenus veſtrum mittatis hominem, pro teſtimonio fide dignum, quo præſente Nobilis Petrus Polyankaj, aut Franciſcus Polyankaj, ſive Thomas Polyankaj, vel Paulus Mariaſſi, ſive Leonhardus Thölke, ſive Balthazar Szakács, aut Lazarus Korithry, aliis abſentibus homo noſter Regius — — Datum Viennæ 8va — Anno Domini 1556.

XLII.

Ferdinandus I. Cæſar, & Rex Hungariæ arma Berzeviczi-ziana innovat, & auget. Datum Auguſtæ Vindelicorum. Anno Domini 1559.

EX APOGRAPHO.

Nos Ferdinandus, Divina favente clementia, electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex &c. vobis Fidelibus noſtris, Nobilibus, Valentino, Georgio, & Martino, filiis quondam Chriſtophori, Filii olim Nicolai de Berzevicze; item Marco, filio condam Thomæ, Filii olim Joannis de eadem Berzevicze; nec non Stephano, Martino, & Henrico, Filiis quondam Friderici, Filii olim præfati Joannis de præſcripta Berzevicze, Fratribus condiviſionalibus ſalutem, & favoris erga vos noſtri perpetuum incrementum. Ea virtutis dos eſt, ut ſeneſcere, aut intermori nequeat; quin etiam præclara hominum facinora, quæ ab hac veluti radice, ſeu ſtirpe oriuntur, decus obtinent ſempiternum, atque immortale, ac tametſi interdum temporum injuria, & fortunæ iniquitate, quæ in rebus humanis plurimum dominatur, virtus premitur; tamen paulo poſt emer-

Digitized by Google

emergunt, atque enitescunt, lumenque suum uberiori velut lampade effundunt, pristinumque sibi splendorem ex intervallo vindicant. Quod in vetustis Familiis apparet, quæ, cum virtute olim claritatem insignem & gloriam essent adeptæ, deinde adversis casibus actæ, atque impulsæ succubuerunt, diuque obscuræ delituerunt: tamen tandem, veluti e tenebris eluctatæ, pristinam in lucem se adseruerunt, id quod licet interdum accidit etiam depravatione quadam Seminarii, unde permulti degeneres claris Parentibus, avisque, & proavis succedunt: tamen, nescio quomodo, permanent quidam ceu igniculi, qui post multas ætates se demum exerunt in minoribus, & pristinæ virtutis sepultum multis retroactis sæculis quasi jubar accendunt. Quod ut paucis, nec nisi Divino munere contingit; ita laudem habet haud mediocrem, & præmia non vulgaria meretur. Quamobrem, cum intellexerimus vos prædictos Valentine, Georgi, & Martine; item Marce, & Stephane, Martine, Henriceque de Berzevicze, Nobilibus, iisque vetustis ortos Majoribus, eorum vestigiis ita ab ipsa pueritia institisse, ut eis vos similes, ac neutiquam degeneres tam clara prosapia probaveritis, omnibusque planum feceritis, Domui denique, ac familiæ vestræ, anteque transactis temporibus obscuratæ, ad lucem ejus pristinam non parum claritatis, virtute vestra addideritis: igitur dignos vos judicavimus, qui gratiam nostram Cæsaream, ac Regiam experiamini, & amissa Majorum vestrorum Stemmata de munificentia nostra recuperetis. Te enimvero Georgi accepimus ab ineunte ætate militiam secutum, sub ductu fidelis nostri spectabilis, ac magnifici Comitis Andreæ de Bathor, Judicis curiæ nostræ, 20. continuis annis, præclara militaris fortitudinis specimina edidisse, ac tandem Capitaneatu copiarum ejusdem cum laude functum esse. Reliquos quoque in eodem genere probe, & non sine laude Versatos. Te vero Martine, Fili prænominati Christophori de Berzevicze, optimas literas, & disciplinas amplexum, in iis ad hanc ætatem tuam juvenilem præclaros progressus feciſſe, unde te olim tam Coronæ nostræ Regni Hungariæ, quam Reipublicæ usui esse posse non diffidimus, prouti ejus rei eximium apud prædictum Spectabilem, & Magnificum Comitem Thomam de Nádasd; Regni nostri Hungariæ prædicti Palatinum, Secretarii sustinendo officium, jam pridem edidisti specimen, atque nunc etiam, cum per varias nostras, & S. R. J. Regiones, & Provincias nos sequendo, Patriæ tuæ prædictæ, nobisque similiter rerum, ac negotiorum Regni dicti publicorum, tuæ fidei, ac industriæ concreditorum expeditionibus acceptiora reddere non cessaveris ministeria, prouti non cessas etiam de præsenti. Cum igitur ob prædicta virtutum vestrarum merita præstantissima; tum vero ex nostra erga vos gratia speciali, vos de Cæsareæ, Regiæque potestatis nostræ plenitudine in verorum, & indubitatorum ejusdem Regni nostri Hungariæ, in quo hactenus ab antiquo præstitistis, cætum Nobi-

lium, dignitatemque denuo reſtituentes, eadem Jura, Privilegia, immunitates, honores, libertates, gratias, ac prærogativas, quibus iidem veri, & indubitati Regni noſtri Hung. Nobiles ab antique ſemper de jure, vel conſuetudine uſi ſunt, vobis, veſtrisque hæredibus, & poſteritatibus utriusque Sexus univerſis, propria facimus, concedimus, & donamus. In uberioris autem gratiæ erga vos noſtræ, ac evidens utilitatis veſtræ ſignum, hæc antiqua Majorum veſtrorum arma ſive Nobilitatis inſignia, quæ ſuperioribus temporibus inter bellorum turbas a vobis alienata eſſe intelligimus, vobis, veſtrisque hæredibus, & poſteritatibus utriusque Sexus univerſis iterum danda, conferendaque duximus, Scutum videlicet Lazurei, ſive cæleſtini coloris erectum, in quo petra albicans ab una verſus dextram ſcuti partem oblique ſe ſe erigens, & inſurgens expreſſa eſt; in imo ejusdem petræ corona aurea, variis gemmis ornata, Regiæ dignitatis ornamentum, ex qua Caprea, ſuo genuino colore picta, in poſteriores erecta, anterioribus autem pedibus ipſi petræ innixa, veluti in ejus apicem aſcenſura depicta, & oculis ſubjecta videntur. Scutum ipſum extrinſecus ambit Draco caudam collo circumvolutus, verſuſque dextram ignem eructans; cujus ſuper cervicem in ſummitate ſcuti galea craticulata Sincerioris Nobilitatis Symbolum, monili, & torque aurea circumdata, aureis, & nigris, argenteis, & Lazureis utrique a ſummitate ad dimidium usque ſcuti latus mixtim profluentibus laciniis, ſeu lemniſcis eſt exornata. Galeæ ſuperincumbit priori ſimile Diadema Regium, ex quo itidem Caprea dimidia anteriore ſui parte prominet conſpicua, quemadmodum hæc omnia Pictoris artificio, & ingenio, propriis ſuis coloribus in principio præſentium literarum noſtrarum lucidius expreſſa eſſe cernuntur. Quo in ſymbolo petra ſignificat fidei noſtræ erga Principem, ac Rempublicam firmitatem, conſtantiam veſtram in recto, & honeſto propoſito contra corruptelas, & fortunæ adverſæ impreſſiones: nihil enim petra poteſt eſſe ſolidius. Quod vero ea recta in cælum ſuſpicit, non aliud notat, quam quod virtutis via ſit ardua, & difficilis, atque hominem efferat, & Divorum adjungat conſortio. Caprea cum viſus perſpiciaciſſimi perhibeatur, acumen notat mentis, atque animi prudentiam, quæ recta ratione ſuſcipit, aut omittit actiones, & firmo, ac vero judicio bonum deligit, contrario rejecto; ac vitæ exiſtit moderatrix. Denotat eadem etiam celeritatem, cum ſit velociſſima, & in periculis præſens ad ſalutem conſilium: ea enim, hoſtium inſequentium impetu exagitata, editiſſima rupium petit cacumina, exilique ſe firmat crepidine; quod eſt argumentum ſummi cujusdam in Principem verum, & legitimum, ac Divinitus datum ſtudii, zelique ardentis, quo qui ducitur, paratior eſt jacturam rerum ſuarum, bonorumque facere, in que fortunæ veluti crepidine conſiſtere, quam alienum officio, fide, integritate, atque conſtantia admittere; ne hoc omittatur, quod Majores veſtros veriſimile eſt ad eum tractum

Digitized by Google

ctum Carpati montis res geſſiſſe, ubi petræ illæ eminentiſſimæ longa ſerie porriguntur, quæ Fatræ vulgi ſermone appellantur. Draco autem ille, qui ſcutum undique ſpira circumdat, quo ſigno ægiptii annum deſignaviſſe dicuntur, portendit quidem, & tempus ipſum, motumque illum Aſtrorum, qui a puncto, unde prodierat, ad idem punctum revertitur: periodum tamen præcipue, & ante omnia efficit, imaginem refert vitæ ab exordio ad finem æquabili tenore honeſte, ac cum laude, absque aliqua nominis, famæque macula, ac labe deductæ. Decernentes, & ex certa noſtra, univerſorumque Prælatorum, & Baronum prædeclarati Regni noſtri Hungariæ ſcientia, animoque deliberato, ac Cæſareæ, Regiæque poteſtatis plenitudine concedentes, ut vos Valentine, Georgi, & Martine, & Henrice de præfata Berzevicze, hæredesque, & poſteritates veſtræ utriusque Sexus univerſæ ea, quæ diximus, arma, ſive Nobilitatis Inſignia ubique in præliis — — ferre, geſtare, illisque uti, frui, & gaudere perpetuis ſemper temporibus poſſitis, & valeatis; imo Nobilitamus, damus, & concedimus, præſentium per vigorem. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam præſentes literas noſtras, duplicis, & authentici ſigilli noſtri impendentis munimine roboratas, vobis Valentine, Georgi, & Martine; item Marce, ac Stephane, Martine, Henriceque de Berzevicze, ac hæredibus, & poſteritatibus veſtris utriusque Sexus univerſis dedimus, & conceſſimus. *Datum per manus Rendiſſimi in Chriſto Patris Domini, Nicolai Olahi Archiepiſcopi Strigonienſis, Locique ejusdem Perpetui, ac Comitatus Honthenſis Comitis, Legati nati, Primatis Hungariæ ſummi, & Secretarii Cancell. ac Conſiliar. nec non Compatris noſtri fidelis, ſincere nobis dilecti, in Civitate noſtra, & S. Romani Imperii Auguſta Vindelicorum, die penultima Menſis Maji Anno Domini MDLIX. Regnorum noſtrorum Romani XXIX. aliorum XXXIII. Electionis autem noſtræ Imper. II. Venerabilibus in Chriſto Patribus eodem Nicolao Olaho Archiepiſcopo Strigonien. Collocenſi ſede vacante, Antonio Verantio electo Agrienſi, Mathia Brumano electo Zagrabienſi, Paulo Bornemiſſa Tranſilvanien. Franciſco Forgacs de Gymes Varadienſi, Georgio Draskovics quinque Eccleſien; Paulo de Gregoriancz Jaurinenſi, Andrea de Keveſs Veſprimienſi, Chanadien. Sede vacante, Blaſio de Varadino Petri Vacien, præfato Paulo Bornemiſza Gubernatore Nitrien. Joanne ab Ujlak Tinn. electis Eccleſiarum Epiſcopis, Eccleſias Dei feliciter gubernantibus. Item Spectabilibus, ac Magnificis Comite Thoma de Nadasd, Regni noſtri Hungariæ Palatino, Judice Com. noſtrorum, ac in Hungaria Locumtenente noſtro, nec non Terræ Fogaraſs, & Comitatus Caſtriferrei Comite Perpetuo, Andrea de Bathor Judice Curiæ noſtræ, Petro Erdodi de Monyorokerek Comite Montis Claudii, ac Regnorum noſtrorum Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ Bano, Comite Nicolao de Zrinio Taver-*

nicorum, Franciſco Tahi Agaſonum, Joanne Deſſeoffi Curiæ noſtræ, Petro Macedoniai Cubic. Stephano Banfi de Alſo Lindva Dapif. Ladislao Banffi de eadem Janit. Chriſtophoro de Batthyan Pinc. noſtrorum Regalium Magiſtris. Comite Ecchio a Salmis, & Neuburgh, Comite Poſon, aliisque quam plurimis Regni noſtri Hungariæ Comittatus tenentibus, & honores.

Ferdinandus Manup.

Nicolaus Olahus Arch. Strig. Manup.
Franciſcus Forgacs Ep. Varad Manup.

XLIII.

Ferdinandus I. inſtituit Tutores Gregorio Filio Magnifici Marci Horváth Præfecti Szigethani. Dat. Viennæ Anno Domini 1561.

ED AUTOGRAPHO.

Ferdinandus, Divina favente clementia, electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex Infans Hiſpaniarum, Archidux Auſtriæ &c. Memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes: Quod nos, cum ad ſupplicationem nonnullorum noſtrorum fidelium pro parte Gregorii Stanſich pueri, in tenera adhuc ætate conſtituti, ac Filii Magnifici quondam Marci Horváth, Capitanei Arcis, & oppidi noſtri Zygeth noſtræ propterea factam Majeſtati, cum vero conſiderantes eundem puerum, in tenera ætate conſtitutum, non poſſe commode, prout deberet, rebus ſuis invigilare, & bona ſua regere; Ne igitur eadem bona in hujusmodi tenera ætate ab eo alienentur, vel deſolarentur, ad regenda, & poſſidenda quælibet bona, & Jura ſua poſſeſſionaria ubivis, & in quibuscunque Regni noſtri Hungariæ, & Partium ei ſubjectarum Comitatibus exiſtentia, & habita. Fideles noſtros: Reverendum, & Egregios Georgium Draskovich Epiſcopum Eccleſiæ Quinque-Eccleſienſis, Conſiliarium noſtrum, &c. ac Franciſcum Semſey, & Thomam Therjek ea conditione eligendos duximus, ut iidem Epiſcopus Quinque-Eccleſienſis, & Franciſcus Semſey, & Thomas Thérjek univerſa Bona, & jura poſſeſſionaria dicti Gregorii pueri usque ad illud tempus, quo idem puer Gregorius ad legitimam, & adultam pervenerit ætatem, nomine Tutorio tenere, poſſidere, & conſervare, fructusque eorundem percipere valeant,

Digitized by Google

leant, atque poſſint. Ita tamen, & ea conditione, ut bona eadem dicto puero infra tempus, ut dictum eſt adultæ ætatis ſuæ, ſalva, & integra conſervare, & adveniente ætate ſua legitima, & adulta rurſus ſine omni jurium ſtrepitu, ad ſimplicem duntaxat ejusdem pueri requiſitionem, reddere, & remittere, de univerſisque proventibus hujusmodi Bonorum juſtam, & veram rationem tenere, reddereque ſint obligati; immo eligimus, & eadem bona tempus infra præmiſſum apud eosdem poſſidenda relinquimus. Harum noſtrarum vigore, & teſtimonio Litterarum. Datum Wiennæ die XIV. Septembris. Anno Domini MDLXI.

Ferdinandus m. p.

(L. S.) Nicolaus Olahus Strigonienſis Manup.
Joahnes Liſthius Manup.

XLIV.

Georgii Draskovith Epiſcopi Quinqueeccleſ. literæ, quibus ſuadet Franciſco Semſey. & Thomæ Therjék Tutoribus Gregorii filii Marci Horváth Præfecti Szigethani, ut familiarem ejus gladium, & loricam vendant Comiti Nicolao a Zrinio. Datum Viennæ Anno Domini 1561.

EX AUTOGRAPHO.

Egregii Domini, & Amici nobis obſervandiſſimi! Salutem, & ſervitiorum noſtrorum commendationem. Et nuper perſcripſimus Dominationibus veſtris ratione cujusdam frameæ, parvæ quantitatis, quam vivens quondam Dominus Marcus Horváth quotidie ad latus habere ſolebat, ut ex voto unanimi omnium noſtrum D. Comiti Nicolao Zrinio pro juſto, & competenti pretio venderemus: ita & nunc manet noſtra ſententia, rogamusque Dominationes Veſtras, velint votis Dicti D. Comitis reſpondere, eidemque frameam ipſam vendere. Cæterum eſt quædam Lorica optima, quam dictus quondam D. Marcus pro centum aureis Ducatis (prout in inventario rerum continetur) emerat, pro ea quoque laborat præfatus D. Zrinyi, ut ei pro eadem ſumma loricam ipſam dare velimus. Nos perpendentes, eum nobis plurimum in defenſione Bonorum ſæpe dicti D. Marci multum prodeſſe poſſe, omnino ſtatuimus apud

nos,

Digitized by Google

nos, quantum ad Perſonam noſtram attinet, ut ei ipſam Loricam pro centum aureis concedamus; rogamusque Dominationes veſtras, velint ſe noſtræ ſententiæ, ejusdemque voluntati accommodare: non enim ſe ingratum oſtendet. Hanc noſtram ſententiam Dominationibus veſtris ſignificare breviter voluimus, easdemque benevalere optamus. Datum Viennæ XXI. Septembris Anno MDLXI.

Dominationum veſtrarum.

Addictiſſimus amicus
Epiſcopus Quinque-Eccleſienſis Manup.

XLV.

Tabulæ Teſtamenti C. Hieronymi Thurzo de Bethlemfalva Scriptæ in Arce Scepus Anno Domini 1576.

EX APOGRAPHO.

In Nomine Domini noſtri JESU Chriſti Amen. Cum nihil in hoc orbe terrarum humana vita fragilius ſit, quæ infinitis objecta periculis a ſolo Dei Omnipotentis nutu pendet; adeoque nihil homini morte, quam nemo effugere poteſt, certius, quamvis hora ejus incertiſſima ſit; ego quoque memor hujus ſortis, fragilitatisque humanæ, ſana, & integra mente, quamvis corpore infirmo, primum, & ante omnia plena ſpe, fide, ac fiducia confugio ad Deum Omnipotentem, ac Redemptorem meum, cui, hanc animam peccatricem humiliter commendo, ſupplexque oro, ut quandocunque ei viſum fuerit, eam ex hoc corporis ergaſtulo diſſolvere dignetur, eam abolitis omnibus peccatis meis, per immenſam ſuam miſericordiam, & infinitam gratiam in æterna ſua gaudia, beatorumque recipere conſortia: corpus autem meum volo terræ, de qua & ſumptum eſt, in ſpem futuræ reſurrectionis commendare tumulandum in Eccleſia Cathedrali Leutſchoviæ, monimento Majorum meorum, ſine Cerimoniis, & Pompa; his tamen ſervatis, quæ citra publicum ſcandalum omitti non poſſunt. Ut autem inter Fratres, Sorores, cæterosque amicos meos omnis diſſenſionis, & contentionis materia tollatur, de bonis meis hanc facio diſpoſitionem. Primum lego Sorori meæ chariſſimæ Annæ Conſorti Magnificorum condam Chriſtophori Welzer primum; nunc autem Georgii Kevenhyller, aut, illa forſan interim defuncta, liberis ejusdem duo millia Talerorum: Alterius condam Sororis meæ Magdalenæ Conſortis Magnifici condam Erasmi de Ge-

Digitized by Google

za filiis lego ſimiliter duo millia Taler. Lego præterea alios 1500. Taleros, qui inter Pauperes, & egenos homines diſtribuantur. Pongratio Pongratz Proviſori Arcis Baymocz lego Taleros 100. Claræ Proviſſoriſſæ in Arce Scepus, Alexandro Rypſcher lego ſimiliter Taleros 100. Reliqua vero omnia bona mea tam mobilia, quam immobilia lego, & comitto fratribus meis dilectiſſimis Stanislao, & Alexio, hæredibusque eorundem maſculini Sexus tali ſub conditione: ut ſi alterutrum ſupra dictorum fratrum meorum ſine ſolatio maſculini Sexus ex hac luce decedere contingat, ſic prædicta bona mea omnia in ſuperſtitem Fratrem devolvantur; ita tamen, ut ſi defunctus hæredes fæminei Sexus ſive unam, ſive plures reliquerit, eædem, ſive iisdem inſimul cedant ex ſupra dictis bonis meis duo millia flor. Rhenenſ. Conſtituo autem ſpeciales Tutores, ac Executores Teſtamenti mei præſentis ſupra dictos Fratres meos dilectiſſimos Stanislaum, & Alexium, quibus etiam curam diſpenſationis ſuprafatorum 1500. Talerorum in vere pauperes committo. Atque hæc pronunciata (c) ſcitu volo, & diſpono ſolvenda, ſed reſervata facultate iſtis addendi, minuendi, aut quæ placuerit, aliter mutandi.

XLVI.

Albertus a Laſzko Palatinus Siradienſis vendit Arcem Dunavecz Georgio Horvath de Palocſa. Datum Anno Domini 1589.

EX APOGRAPHO.

Nos Capitulum Eccleſiæ Scepuſienſis memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit univerſis: quod Illuſtris, ac Magnificus Dominus Albertus a Laſzko Palatinus Siradienſis, L. B. in Kesmark, Rytyvany, & Dunavecz; nec non caſtrorum Voliniæ, Januſpoliæ, Rœoni, Polonnæ D. Hæresque in Laſzko &c. coram nobis perſonaliter conſtitutus matura, & exacta intra ſe ſuperinde præhabita deliberatione, oneribus

&

(c) Corpore admodum fracto Hieronymus, duos e Collegio Sacerdotum Scepuſienſium in Arcem evocarat, coram his ſupremam voluntatem recenſuit, a quibus in litteras relata eſt, & ritu ſolenni firmata Anno 1576. Feria 6. Feſto B. Scholaſticæ virginis.

Digitized by Google

& quibuslibet gravaminibus Illuſtrium, ac Magnificorum puerorum Joannis, Alberti, & Hieronymi Filiorum, ac puellarum Mariæ, Iſabellæ, & Leonoræ Filiarum, ſuorum jam natorum, vel poſt naſcendorum, aliorumque cunctorum Fratrum, ſororum, affinium, proximorum, & conſanguineorum ſuorum, quibus infra ſcriptum tangeret, tangereque, ſeu concernere quoquomodo poſſet negotium, ſuper ſe aſſumptis, atque levatis ſponte, & libere confeſſus eſt, & retulit in hunc modum: Qualiter ipſe his ſuperioribus annis certis quibusdam arduis, & ſumme urgentibus, ac inevitabilibus neceſſitatibus ſuis adactus, & præſertim in redemptionem & eliberationem certorum bonorum ſuorum de manibus alienis in Regno Poloniæ habitorum, & ad Laſzko pertinentium, Totale Caſtrum ſuum Dunavecz, alias Nyedecza vocatum, in hoc Comitatu Scepuſ. exiſtens, & habitum ſimul cum cunctis ſuis Poſſeſſionibus. — — Quod videlicet Caſtrum Dunavetz ſimul cum præſcriptis ſuis cunctis pertinentiis, alias per Egregium condam Joannem Horvath de Lomnycza ex faſſione, & inſcriptione Magnifici olim D. Hieronymi a Laſzko, Palatini Siradienſis, Genitoris Antelat' D. Alberti a Laſzko, & ex conſequenti ejusdem etiam Alberti a Laſzko, deinde per Generoſos, ac Magnificos condam Caſparem Serédy ex Inſcriptione ejusdem quondam Joannis Horvath; poſtea vero per Magnificum D. Andream Balaſſa de Gyarmath, & Generoſas, ac Magnificas Dominas quondam Annam Merej alias ejusdem quondam Caſparis Seredy, ex poſt autem ipſius Andreæ Balaſſa conſortem, nec non Suſannam Seredi Conſortem Illuſtris, ac Magnifici Domini Joannis Ducis Oſtrog, ac Comitis in Tarnow &c. Filiam ſimiliter ejusdem condam Dominæ Annæ Merej ex præfato quondam D. Caſparo Seredi priore Domino, & Marito ſuo ſuſceptam titulo pignoris jure redemptibili, ſumma pignoris ab octo millibus pedetentim creſcente, eidem Georgio Horváth, ſuisque hæredibus, & poſteritatibus univerſis præmiſſo titulo pignoris coram nobis reimpignoraſſet, ac inſcripſiſſet, prout hæc omnia aliæ literæ noſtræ ad faſſionem ipſius D. Alberti a Laſzko Palatini Faſſionales, feria 2da proxima poſt Dominicam; *quaſi modo* in Anno 1584. transacto præteritam, ſuperinde confectæ, & emanatæ clarius continerent, & exprimerent: verum, quia annotatus D. Albertus a Laſzko Palatinus alia meliora, commodiora, fructuoſiora, & utiliora bona intra præſcriptum Regnum Poloniæ ſibi, Hæredibusque ſuis, & poſteritatibus ſuis comparare propoſuiſſet, ubi nimirum Reip. Polonicæ in his turbulentis temporibus inſerviendo, meliori cum commoditate prodeſſe poſſet; præterea etiam, ut idem D. Albertus a Laſzko Palatinus bona ſua, ad Laſzko pertinentia, in Regno Poloniæ adjacentia, quæ nimirum partes Sacratiſſimi quondam Principis, & Domini Maximiliani II. alias Imperatoris, & Regis Hungariæ in promovenda electione ejusdem in Regem Poloniæ ſecutus, aliis neceſſario inſcribere coactus fuerat, ut ex ipſorum

mani-

Digitized by Google

manibus redimeret, & eliberaret, ſimul etiam, ut præmiſſum eſt, potiora, & utiliora bona ſibi in Regno Poloniæ, ubi ſimiliter in hac ingraveſcente, ſenilique ſua ætate vivere, commorari in pace, & tranquillitate ſecure conſtituiſſet, pro ſua, ſuorumque Conjugis, & liberorum conſervatione comparare, ac aquirere poſſet, ad eas tanquam arduas neceſſitates ſuas a præfato Georgio Horvath de dicta Palocſa ſupra prædeclaratam ſummam adhuc — — fl. Hung. levare, & recipere coactus fuiſſet: tum igitur ob hoc, tum quia idem D. Albertus a Laſzko Palatinus propter loci magnam diſtantiam ex Regno Poloniæ, cauſis variis cum diverſis vicinis Polonis privatim cum quibus ſibi tanquam Incolæ, non eſſet integrum ex Regno Poloniæ altercari ratione metarum, & terrenorum, bonorum item, pertinentiarum dicti Caſtri Dunavecz, tam in ſede Judiciaria Comit. Scepus. quam etiam in Tabula Regia motis, & vertentibus invigilare nequiret, eosque dirigere, proſequi, ſeque defendere nullo pacto valeret, ob quod non parum incommodi, & damni ſucceſſu temporis prætactæ arci Dunavecz imminere animadverteret; conſiderans præterea, & in animo diligenter perpendens idem D. Albertus a Laſzko multiplices illas complacentias, & fidelia, gratuitaque ſervitiorum merita dicti Georgii Horvath quibus ipſe Georgius Horváth eidem D. Alberto Laſzky Palatino oneribus, & quibuslibet gravaminibus, quorum ſupra, in ſe aſſumptis, præſcriptam arcem Dunavecz, aliter Nyedecza vocatam, in præſcripto Comitatu Scepuſ. exiſtentem, & habitam, cum Jure Patronatus ſuper præpoſitura Eccleſiæ de Landek, nec non etiam cum iisdem jurisdictionibus, libertatibus, immunitatibus, & prærogativis — — ejusdem arcis Dunavecz de jure, & ab antiquo ſpectantibus, & pertinere debentibus ex benigna condam Sacratiſſimi Principis, & Domini Ferdinandi I. Romanorum, Hung. Boh. &c. Regis &c. de, & ſuper libera univerſorum, & quorumvis bonorum, & jurium poſſeſſionariorum ipſius D. Alberti a Laſzko Palatini venditione, vel quovis titulo alienatione, eidem D. Alberto a Laſzko Pal. facta conceſſione, & annuentia memorato Georgio Horváth, ſuisque hæredibus, & poſteritatibus maſculini duntaxat ſexus, illis exſtantibus: deficientibus vero maſculis, ex tunc utriusque ſexus eorundem univerſis dediſſet, donaſſet, vendidiſſet, inſcripſiſſet, ac per manus tradidiſſet, & aſſignaſſet jure perpetuo, & irrevocabiliter per eundem Georgium Horváth, hæredesque, ac poſteritates ſuas tenenda, poſſidenda, pariter & habenda, ipſo pariter facto coram nobis — — Harum noſtrarum vigore & teſtimonio literarum mediante. Datum die Dominico proximo poſt feſtum B. Franciſci Conf. Anno Domini MDLXXXIX.

Digitized by Google

VII.

DIPLOMATA OPPIDORVM SCEPUSIENSIUM, UBI DE SAXONIBUS, EORUM CONDITORIBUS, LOCIS METALLICIS, ALIISQUE, QUÆ NUNC JURE PIGNORIS TENENT POLONI.

I.

Bela IV. Rex confirmat Saxonibus de Villa Sumugh certam terram, quam emerant ab ejus Caniferis, adjectis nonnullis gratiis, & immunitatibus. Datum Anno Domini 1254.

EX APOGRAPHO.

Bela Dei gratia Hungariæ, &c. Rex Omnibus, præſentem paginam inſpecturis, Salutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum notitiam tam præſentium, quam futurorum harum ſerie volumus pervenire: Quod accedentes ad præſentiam noſtram Saxones noſtri de Scypus, in Villa Sumugh (a) cum Caniferis (b) noſtris exiſtentes, ſuppliciter a nobis poſtularunt, ut quandam particulam terræ, Sumugh nominatæ, exiſtentem in Scypus, emptam per ipſos a Caniferis noſtris, ſuper eandem terram Sumugh exiſtentibus, noſtro dignaremur Privilegio confirmare. Nos ſiquidem eorundem petitionem in hac parte

(a) Sumugh veteri Hungarorum pronuntiatione, Germanis Schmegen, Slavis Zmiſán.

(b) Caniferi, qui canibus venaticis præſunt. Neque dubium eſt, tales in Scepuſio plures egiſſe, quod per ea tempora, utpote ſilvis obſuſum, in ſectandis feris mire accomodatum erat. Reges ipſos huc ventitaſſe, ut ea exercitatione vires corporis reficerent, docet Diplom. Nobil. Scepus. Num. XIX. certe affatim relaxationis ſuppeditare poterant, tum colles nemoribus conſiti, tum vero vaſtiſſima, denſiſſimaque carpati, ac Regii montis juga, ſimilitudo Nominis facit, ut exiſtimem, Hundsdorffii quoque Caniferos ejusmodi incoluiſſe, quod Latinum Nomen: *Villa Canis* abunde probare videtur.

Digitized by Google

te juſtam eſſe attendentes, prædictam particulam terræ Sumugh emptitiam eorundem, noſtro duximus Privilegio confirmandam, illa tamen conditione interjecta, ut tam ipſi Saxones, qui ad præſens ipſam terram habitant, quam illi, qui in ſocietatem ipſorum cauſa commorandi ad eandem terram venerint, ut idem ſervitium exhibere teneantur, quod univerſi Caniferi noſtri ſuper ipſam terram Sumugh exiſtentes tenentur exhibere, nec ultra id per eos, vel per Comitem ipſorum, pro tempore conſtitutum, in aliquo poſſint aggravari. Si quis etiam ex ipſis portionem terræ, quæ ipſum contingit, in eadem particula terræ Sumugh vendere voluerit, hominibus eis eadem libertate conſtitutis, ſeu hoſpitibus ad eandem libertatem venientibus, & non aliis, liberam habeant vendendi facultatem. Præterea ut iidem Saxones noſtri pleniora nobis valeant exhibere ſervitia, talem eisdem fecimus gratiam, ut per Comitem ipſorum, vel per Centurionem, more aliorum Saxonum noſtrorum, in Scypus exiſtentium, & non aliter in omnibus cauſis debeant judicari. Ut igitur præmiſſa omnia robur perpetuæ firmitatis obtineant, nec per quempiam proceſſu temporum in irritum poſſint revocari, præſentes litteras conceſſimus duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum Anno Domini MCCLIV. IX. Kalend. April. Regni autem noſtri Anno XIX.

II.

Diploma Stephani V. Regis Hung. quo Saxonibus Scepuſienſibus ampliſſimas immunitates largitur. Datum Anno Domini 1271.

EX APOGRAPHO.

Stephanus, Dei Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque Rex, omnibus tam præſentibus, quam futuris, præſentem paginam inſpecturis, Salutem in omnium Salvatore. Regiæ ſublimitatis immenſitas, cujus eſt in ſubjectorum opulentia, & populi multitudine gloriari, ſolet ſuorum formam libertatis ſubditorum, & ſolutionum, ac ſervitiorum meritum, ſive modum miſericorditer moderari, ut populis certa lege fruentibus, eorum numerus augeatur. Proinde ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire; quod cum per tranſitum Domini Belæ, Illuſtris Regis Hungariæ, Patris noſtri chariſſimi, felicis recordationis, ad nos Regni Gubernaculum deveniſſet, jure ſucceſſorum, ſeu ordine

Digitized by Google

geniturae; placuit nobis inter cætera libertatem fidelium hoſpitum noſtrorum Saxonum de Scepus, gratioſius reformare, concedentes eisdem hunc ſtatum, & gratiam libertatis: Quod nobis ratione terragii ſingulis annis trecentas marcas fini argenti cum pondere Budenſi in feſto B. Martini Confeſſoris ſolvere teneantur, quibus ſolutis ab omnibus exactionibus, & collectis, dicis, & victualibus, quæ in Regno noſtro exigi contigerit, ſint liberi penitus, & exempti. Deinde cum nos in Regno noſtro, vel extra Regnum exercituare, vel militiam exercere coegerit temporis neceſſitas, ut parati cum quinquaginta viris armatis venire teneantur, ſub vexillo Regis viriliter pugnaturi. Cum autem nos Provinciam intrare acciderit, quotiescunque illuc cum Baronibus noſtris, & noſtra militia veniemus, ipſi hoſpites noſtri nobis in introitu dare tenebuntur diſceſſum opulentum, & ſimiliter in egreſſu deſcenſum delicatum, noſtræ celſitudini competentem. Et quia crebrius in conflictibus noſtris ſanguinem ſuum uberius effuderunt noſtræ Majeſtatis Regiæ in conſpectu; hanc eisdem gratiam, & libertatem duximus concedendam; quod liberam habeant licentiæ facultatem inter ſe Comitem, ſeu Judicem, quemcunque voluerint, eligendi, qui una cum Comite, pro tempore conſtituto, omnes cauſas inter ipſos emergentes judicabit in Leucha, Civitate Provinciæ Capitali, juxta jus, & conſuetudines Provinciæ approbatas: de pœnis vero, ſeu mulctis, ſeu birſagiis, (c) de cauſis, majoribus provenientibus, Comes pro tempore conſtitutus, duos recipere denarios, Comiti Provinciæ tertio denario perveniente (valeat) hoc expreſſo, quod de ſimplici vulnere, quod non tranſit in mutilationem, cedit media Marca, de mutilatione quinque Marcæ, de fiſſura ſimiliter quinque Marcæ, de cæde vero redent decem Marcæ. Cauſas vero minores pro pecunia, vel hæreditatibus Comes Provinciæ per ſe judicabit. Conceſſimus etiam iisdem liberam licentiæ facultatem Sacerdotes, quoscunque decreverint, in ſuas Eccleſias eligendi, qui de ubertate noſtræ gratiæ liberis decimis jugibus temporibus potientur ad Omnipotentis gloriam, & honorem. Volumus etiam, quod nullus Comitum, pro tempore conſtitutorum, ipſos contra libertates, eisdem conceſſas, moleſtare audeat, vel præſumat. Inſuper de prærogativa ſpeciali hanc ipſis dedimus libertatem; quod per nullius conditionis, ſtatus, aut ordinis hominem poſſent ad noſtri præſentiam extra provinciam evocari, vel citari, maxime, quia homines ſunt ſimplices, & in jure Nobilium nequeunt converſari, agriculturis, & laboribus intenti, proprio jure, & lege perfruantur; verum omnes cauſæ pro poſſeſſoribus, hæreditatibus,

(c) Birſagium idem, quod mulcta ab Hungarico Birſág.

Digitized by Google

bus, metis, & limitibus, facultatibus, & mortibus, ſeu quibuscunque caſibus, per Comitem, pro tempore conſtitutum, & Comitem Provinciæ, (d) terranis mediantibus, judicabuntur in loco ſuperius memorato, ſecundum formam juris. Deinde ſingulis annis in Ramis Palmarum monetam noſtræ Cameræ Regiæ cum omni reverentia ſuſcipere tenebuntur, & ſolemniter permittere currere, ſecundum jus, rigorem, & lucrum Cameræ Regiæ cambire univerſaliter tenebuntur, ita, quod Comes Cameræ, vel ſui officiales, quos ad hoc deputaverit, altero dimidio menſe, ſive ſex hebdomadas, plenam habeat poteſtatem cambiendi, jus, & lucrum Cameræ proſequendi, de qualibet Marca in cujuslibet fori, vel emptionis titulo recipiet unum pondus. Volumus etiam monetam quintæ eſſe combuſtionis. Finito autem tempore ſex hebdomadarum expreſſo ſuperius, Comites Cameræ ſurgent de cambio, ceſſante omni vigore eorundem, ipſa moneta nihilominus currente per totum annum, usque ad revolutionem novæ monetæ, quod quilibet habeat licentiam emendi, vendendi cum ipſa moneta, cum auro, & argento, vel cujusque ſubſtantiæ, facultatis. Nec prætermiſſo, quod ſæpe dictis hoſpitibus noſtris fidelibus, in aquis piſcandi, in campis, in ſilvis venandi, plenam conceſſimus libertatem. Volumus inſuper, quod in metis, & limitibus, ſilvis, & nemoribus, per nullius conditionis hominem impediantur, vel graventur: verum ipſi larga potiantur licentia ſilvas exſtirpandi, & in terram arabilem redigendi, ſuisque uſibus applicandi. Cum autem collectores terragii noſtri certo tempore præſcripto ad ipſos pervenient, tenebuntur eos ſuſcipere honorifice, & gratanter in certo numero quatuor perſonarum, & quinque equorum, quibus in vectualibus, & deliciis lautius providebunt, donec ſumma trecentarum Marcarum cum pondere prænotato integraliter colligatur. Poſtremo ipſis petentibus hanc conceſſimus gratiam: quærendi mineras, & metalla in montanis, inventa colere, & ſuis uſibus applicare, ſalvo jure noſtro, dedimus poteſtatem. Ut igitur hujus a nobis conceſſæ libertatis ſeries robur obtineat firmitatis perpetuæ; nec per quempiam proceſſu temporis retractari valeat, aut in irritum quomodolibet revocari, præſentes conceſſimus litteras, duplicis Sigilli Noſtri munimine roboratas. Datum per manus Magiſtri Benedicti, Orodienſis Eccleſiæ Præpoſiti; Aulæ Noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti, & fidelis Noſtri. Anno Domini MCCLXXI. VIII. Kal. Decembr. in dictione XIV. Regni autem Noſtri Anno II.

III.

(d) Terrani; hic pro iis accipiuntur, quos vulgo officiales vocamus. Alias ſunt terræ, vel loci alicujus Incolæ.

Digitized by Google

III.

Ladislaus IV. Rex ex fodina Gölniczenzi assignat centum Marcas quotannis pauperibus, & infirmis dependendas. Datum Anno Domini 1280. Edidit Odoricus Raynaldus in Hist. Ecclesiast. ad A. 1280.

Ladislaus Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque Rex, omnibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, salutem in auctore salutis. Cum ad Catholicos, & Deo devotos Principes, & quoslibet alios Christianæ fidei professores principaliter quasi spectare noscatur, culpas suas agnoscere, & Ecclesias, ac alia pia loca ad usum pauperum, & egenorum, ac infirmorum Christi ædificare; notum fieri volumus universis: Quod cum tempore Sacri Concilii per Venerabilem Patrem D. Philippum Dei gratia Firmanum Episcopum, Apostolicæ sedis Legatum, in Castro Budensi, devote, & solenniter celebrati, (e) nos fervore juventutis contra nostram salutem accensi, & quorundam pravorum consiliis depravati, atque seducti, in nostram hoc inferri injuriam æstimantes, quod erat ad propagationem virtutum, exclusionem etiam vitiorum, Judici, & Civibus dicti Castri Budensis sub gravibus pœnis dedimus in mandatis, ut Prælatos Regni nostri, ad mandatum Domini Legati præfati ibi occasione dicti Concilii congregatos, de Castro ipso excluderent, nec aliquos in dictum Castrum permitterent introire, quodque eis, & familiæ eorundem victualia, & venalia prohiberent. Tandem paterna mansuetudine ab ipso Domino Legato pie, & leniter informati, ad eruditionem, & frequentem inductionem ipsius, excessum nostrum in hujusmodi cupientes misericordiæ operibus expiari, cum crimina eleemosinis redimantur; in perpetuam eleemosinam ad mandatum ipsius D. Legati donamus, concedimus, atque offerimus eidem Reverendo Patri D. Legato, recipienti nomine, & vice egenorum, ac pauperum, & infirmorum Christi, centum Marcas argenti, annis singulis, perpetuis temporibus, ipsorum pauperum, & egenorum, ac infirmorum nomine percipiendas, ad opus con-

(e) Habita est hæc Synodus Anno 1279. Ejus Hist. juxta, ac decreta edidit P. Carolus Péterffi Conciliorum Ecclesiæ Hunga. parte I.

Digitized by Google

conſtruendi unum hoſpitale, pro ſuſtentatione dictorum pauperum, egenorum, ac etiam infirmorum, & in ſolatium eorundem in Regno noſtro, ubi, quando, & ſicut præfato D. Legato videbitur expedire, & per ſe, vel per alium duxerit ordinandum, irrefragabiliter ſtatuentes: quod dictæ centum marcæ per nos, & ſucceſſores noſtros, annis ſingulis, perpetuis temporibus perſolvantur de argenti fodina noſtra (f) Qviyluych bana vocata, circa Scepes, qui per ipſum, vel alium, qui de mandato ipſius, aut per Venerabilem Patrem Lodomericum, Dei gratia Strigonienſem Archi-Epiſcopum, ad curam, miniſtrationem, & gubernationem dicti hoſpitalis fuerint deputati, nos, & Cameram noſtram, noſtrosque Succeſſores, ad prædicta omnia, & ſingula per præſens privilegium obligantes. Quod ſi caſu aliquo dictam argenti fodinam deficere, diminui, vel deperire contingeret; quod dictæ centum marcæ de ipſius argenti fodinæ proventibus ſolvi non poſſent, aſſumimus, promittimus, ordinamus, atque ſtatuimus, nos, & Cameram, & ærarium noſtra, ut ſupra obnixi, obligantes, quod dictæ centum marcæ de Camera, vel ærario noſtris annis ſingulis perſolvantur, tam pro ſatisfactione præfatæ injuriæ, & offenſæ per nos Deo, & Eccleſiæ irrogatæ; quam pro noſtro, & progenitorum noſtrorum remedio peccatorum. In cujus rei memoriam ſempiternam, & perpetuam firmitatem præſentes conceſſimus literas duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Diſcreti Viri, Magiſtri Bartholomæi, Aulæ noſtræ Vice Cancellarii, dilecti, & fidelis noſtri. Anno Domini. MCCLXXX. XV. Kal. Septembr. Regni noſtri Anno VIII.

IV.

(f) Sic quidem Raynaldus; recte tamen ſubſtitui poteſt Guylnych, vel Gölnicz banya; nam Qviyluych bana circa Scepuſium nulla eſt. Erutum autem olim Gölniczii non argentum ſolum; verum etiam aurum ex ſequenti diplomate claro pateſcit.

Digitized by Google

IV.

Idem Ladislaus IV. conceſſa Gölniczenſibus a deceſſoribus Regibus Privilegia confirmat. Datum. ——

EX APOGRAPHO.

Ladislaus, Dei Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque Rex; Omnibus Chriſti fidelibus, præſentem paginam inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Regali incumbit Majeſtati ſuos ſubditos turbationibus, & neceſſitatibus opreſſos, ab ipſa turbatione, & neceſſitate miſericorditer relevare, & eosdem in eorum juribus indemniter conſervare. Proinde ad univerſorum notitiam tenore præſentium harum volumus pervenire: Quod Judex, Jurati, & univerſi Cives de Gölniczbania, fideles Noſtri, ad noſtram accedentes præſentiam, a nobis humiliter ſupplicando, poſtularunt, ut nos eosdem in libertatibus eorum, ipſis per Belam, Avum noſtrum chariſſimum, & per Stephanum Patrem, Reges Illuſtrium recordationum, mediantibus Privilegiis eorundem, quæ nobis pluries per eosdem exhibita exſtiterunt, datis, & conceſſis ſimul cum poſſeſſionibus, terris, auri fodinis, argenti fodinis, ferri fodinis, aquis, & ſilvis, ac cum omnibus utilitatibus eorundem de benignitate Regia tueri, & conſervare dignaremur. Nos itaque, qui ex officio debiti, & ſuſcepti Regiminis noſtri, ſubditos noſtros oppreſſos turbationibus, & juribus eorum pro fidelitate nobis debita, & impenſa privatos relevare tenemur, ipſis, Judici, Juratis, Univerſis Civibus de Gölniczbania illam, & eandem in omnibus libertatem, qua temporibus D. Belæ Avi noſtri chariſſimi, & poſtmodum etiam Patris noſtri, Regum Illuſtrium recordationum uſi ſunt, & gaviſi, de benignitate Regia duximus concedendam, ita videlicet; quod iidem ſpecialiter iſta prærogativa libertatis a Noſtra Majeſtate indulta debeant congaudere, ut omnes cauſas in medio ipſorum, & populorum, intra metas eorundem conſtitutorum emergentes, ſanguinis videlicet, furti, & latrocinii judicare poſſint, & finem debitum imponere, ut poſtulat ordo juris. Conceſſimus etiam eisdem ut nullus forum in Villis, intra metas dictæ Civitatis conſtitutis, in præjudicium ipſius Civitatis habere poſſit, ſed omnes populi, intra metas eorundem concluſi, ad forum dictæ Civitatis de Gelniczbania cum mercibus eorum ire, & accedere teneantur. Statuimus etiam, ut piſcatores in aquis, ſtructores carbonum, & inciſores lignorum in ſilvis, ſeu aliqui alii laboratores de Civitate Gelniczbania intra

ter-

Digitized by Google

erminos , & metas eorum, ut inferius annotantur libere, & abſque inquietatione quorumlibet laborare valeant, & ſua officia exercere — — datum per manus Theodori Epiſcopi — —

V.

S. Kunegundis Relicta Boleslai Ducis Cracovi. & Sandomir. Henrico Sculteto donat ſilvam inter villas Podolin, & Gneznam. Datum in Sandech Anno Domini 1288.

EX APOGRAPHO.

In Nomine Domini Amen. Quoniam fluxus rerum temporaneus cum ipſo temporis ſpatio labitur, & decreſcit, proficuum, & cautum eſt, ut, quod temporaliter geritur, competenti teſtimonio, ſeu litera memoriæ commendetur. Noverint ergo univerſi tam præſentes, quam poſteri, quod nos Kunekundis Relicta Sereniſſimi Principis Boleslai, bonæ memoriæ quondam Ducis Cracovienſis, & Sandomirienſis Domina de Sandech, ſub ordine S. Franciſci divinis mancipata obſequiis, conſiderantes fidelia, & utilia ſervitia fidelis Noſtri Henrici Sculteti de Podolin, quæ nobis multipliciter exhibuit, & conſtanter in diſtrictu maxime tranſilvano; volentesque merita meritis prævenire, & dignam dignis ſervitiis reddere recompenſam, concedimus, & donamus eidem Sculteto, & ſuis hæredibus Silvam (g) noſtram infra terminos Villarum Podolin, & Gnezna juxta fluvium Poprad — — quam videlicet Silvam damus, & confirmamus perpetuo dicto Henrico Sculteto, & ſuis ſucceſſoribus jure hæreditario libere, quiete, & pacifice poſſidendam, in eos omne jus, & dominium, quod in ipſa habuimus, plenius transferentes, ita videlicet, quod liceat, & fas ſit eisdem infra terminos, ſeu confines Silvæ ſupra dictæ exſtirpationes, locationes, ſive plantationes pro ſuo commodo, & utilitate facere, & formare ubicunque, quandocunque, & quodcunque poterunt, inibi, & ſibi videbitur expedire, & quidquid fructus, & utilitatis exinde percipere poterunt, ſuis tantum uſibus deputamus. Præterea cupientes eidem Henrico munus amplioris

(g) Itaque diva Kunegundis, beneficio Regum Hungariæ cognatorum ſuorum, ſi non totum Scepuſium, certe ejus tractum, qua Poloniæ vicinus eſt, poſſedit.

Digitized by Google

gratiæ impertiri, volumus, & ex propoſito ſtatuimus efficaci, ut & ipſe cum ſuis hæredibus, & Incolæ, ſeu Coloni locationum jam dictarum ab omni exactione, collecta, taxatione, petitione, deſcenſu, expeditione ad caſtra, ſervitio, & generaliter ab omni ſolutione, & ſervitio, quocunque vocabulo cenſeantur, ſint penitus Immunes, liberi, & exempti: eo duntaxat excepto: quod poſt revolutionem Annorum libertatis, qui Incolis præfatis per ſæpe dictum Henricum Scultetum, aut per ſuos ſucceſſores juxta ſuæ diſcretionis beneplacentiam fuerint aſſignati, nobis ſingulis Annis tres marcas puri argenti, & — — Novem (h) Scotos valentem, in Feſto S. Martini Epiſcopi ſolvere ſint adſtricti; in eorum ponimus arbitrio, quandocunque ipſis viſum fuerit, aut ſuæ poſſibilitati congruerit, exſtirpare Silvam præhabitam, & locare abſolutam ſuper eo, & liberam habeant facultatem. Et ne per quempiam quispiam Calumniæ, vel dubietatis ſcrupulus poſſit in poſterum ſuboriri, præſentes ſibi ſcribi fecimus, & noſtri Sigilli munimine roborari. Actum & datum Anno Domini MCCLXXXVIII. In Sandech. In Octava S. Luciæ Virginis, Præſentibus, ac Teſtantibus Nobilibus Viris, Comite Selchone, & Philippo Judicibus Curiæ noſtræ Tilmanno Advocato Sandechenſi & aliis, quam pluribus fide dignis.

VI.

Diploma Caroli I. Regis, quo confirmat Privilegia Saxonum Scepuſienſium. Datum Anno Domini 1328.

EX APOGRAPHO.

Carolus von Gottes Gnaden der Lande von Ungern, zu Dalmatia, &c. ein König &c. und ein Herr zu Salernitan, und des erlichen Bergs Sant Engels ein Herr, allen Gottes Holden, die unſere Brieff anſehen, unſeren gruſs. Wir thun zu Wiſſen, das die Invoner von Cyps unſer getreyen, haben geſandt mit voller unterweiſung Stephan Helias Son, ihren Growen, und Heinrichen den Richter von Kirchdorff, und Johanen von Schperendorff, und haben gebracht Hantfeſten über ihre freythumb, die ſie haben von unſern Vor-

(h) Scotus a Germanico Schock, quod ſexagenam valet, derivatum videtur. Cæterum ut e contextu patet, eſt vox illa, quæ novem ſexagenas indicat.

Digitized by Google

Vorhern, und Königen zu Ungern, und haben uns gebetten, das wir ihr freythumb beſtettigen, und darinne behalten wollen. Welcher freythumb laut iſt alſo:

—— Zu den erſten, das ſie von Ziens wegen ihres Lands, und Erbes alle jerlich ſein gfflichtig zu geben (i) tauſend und 400. Mark. zu Sanct Joannes Tag 400. Mark, und zu Sanct Mertens Tag 400. Mark gutes Silbers in Königlicher wog ſeyn ſchuldig in den geſchriben tagen, und wir wellen in den oben geſchriben Tagen, das ſie die botten, die man ſendet, erlich ſollen halten mit 4. oder 5. pferdenn nach der gewonheit, als ſie dan ſchuldig ſein. So wellen wir, das ſo die ergenanten Sachſen unſere getreyen, ſo ſie bezalen ihre tzins auf die geſezten tag, das ſie von allen geben, und Thiergut frey ſeyn, und auch von der Speis, die wir wurden nemen zu leib narung in unſeren Lande, das ſie des ganz frey ſein, des meyſte Theil durch des willen, das ſie ſich abgekaufft haben mit den eegeſchriben 1400. Mark ſilbers. wir wellen auch, das ſie von aller Herfarth frey ſeyn, und uberhaben, die uns gebürett zu vorbringen, es ſey in welchen es iſt unſern Landt an allein ſo es gebieth; in dem Cyps aber an derſelben Craniz, und darumb zu einer beſchirmung ires Lands, ſo ſollen ſie gfflichtig ſeyn zu helffen mit irer ganzen krafft. Auch wellen wir ihnen imer zu mit geben, das kein Menſch, es ſey welcherley weſen es iſt, als die Einvoner des Cyps, das man die mit nichte geladen mag vor unſer Majeſtett in keinerley weis, ſunder der Graw, und der Burgrow, der dozu der Zeit wird, von der Königlicher gewalth durch ſich ſelbſt, ader durch ſeinen Untergrawen mitſampth dem Landgrowen, die zu ihn gehören, allerley ſachen zu erforſchen, und zu richten ſollen in unſer ſchtatt Leutſch, nach der gewonheit des Lands Rechten, und der freytumb ihres Lands, und ihrn alten gewonheit; als das die burſe, und byrchſe ausgeſprochen werden, derſelbig Grow, der zur zeit geſazt wird, das hernente zwen pfenig, den dritten dem Landgrowen, und denſelbigen Sachſen, die dazu gehören. Aber das wellen wir, das kein Graw, der geſezt wirth, dieſelbigen mit nichts betreyben ſoll in ihrem gerichte, ader in andern

(i) Hinc conſequitur tempore illo, quod inter Stephani V., & Caroli I. regimen interceſſit, tam Incolis, quam Villis Scepuſium vehementer auctum eſſe. Nam illi Saxones nonniſi 300. Marcas dependere jubebantur. V. Diplom. II. Creſcente deinde populo, ad 1400. adſtricti ſunt. Et octingentæ quidem, quo tempore numerari debuerint, ex literis Regis clarum eſt; ignotum contra, vel potius mendoſe in Apographo, quo uſus ſum, exmiſſum, quando reliquæ repræſentandæ erant.

Digitized by Google

ſachen beſchweren ſoll, darin ſie recht haben. den wir wellen ſie auf ewige zeit darinnen behalten, und zu einer Groſſen ſicherung wellen wir königlicher Guttigkeit, die wir gebrauchen, alle ihre Steht, und Merke, und Dorffer, vorwerck, und Mayerhoffe, die in ihrem Hatterth, und zu gehör ſeyn, ordentlich mit einander beſchreiben. Zum erſten die Hauptſchtath Leutſch mit ihren vorwerken, und Höwen, die in ihrem Hatterth ligen, und (k) köperen mit ſampth der Stadt Wylkoſtorff, Friderichsdorff, Durſt, das Dorff Meiſter Gottfrides; hernach Kyrchdorf, Kalbach, und das dorff Heinrich Richters, und Erharts zwen Nadaſch; Item Eylenbach; item Wallendorff mit ihren Zugehören, als Johansdorff, und Altznau, welcher dorffer man heyſſet anderswo Dytrichsdorff, item Kolisdorff; item die Duren mit Denisdorff; item das Neudorff mit ſeinen Mayerhöwen, und Berkwerken; Palmesdorff mit dem Howe Marſchky; item Sperendorff mit dem Stock Land von Drawes; item Groſe Thomesdorff, und klein Thomesdorff; item Donnerſtagmark mit Pulmesdorff, Kabisdorff und Preymandorff; item Teutſchendorff, item Filka, Slakendorff, Möllenbach; item gros Eysdorff; item Menhardsdorff; item die Bela; item Kesmark mit dem Erbe und Zugehör, das ſye vom König Laslo haben gekaufft; item die Leibitz mit ihren Mayerhöwen; item Risdorff; item Thurlsdorff: alſo werden die Namen der Stette, und Merkte, und dorffen underſcheyden, und in königlicher gewaldt wider jerlichen guberniren, und regiren, darum durch des empfangen machts wegen, wel-

(k) Uti nationum, linguarumque varietas in Scepuſio erat; ita ejus oppida varia nomina obtinuerunt; quæ ne ſæpius repetam, juverit hic ſub unum conſpectum ponere, ea præſertim, quæ aliquid diſcriminis habent.

Köperen, vel Kopperſchin Slav. Uloza.
Kirchdorff, Latinis olim Suburbium, Hung. Várallya. Slav. Podhrad.
Eylenbach, Slav. Velbach.
Wallendorff, Latinis olim Villa Latinorum, aut Italorum; Hung. Olaſzi, Slav. Vlachy.
Palmesdorff, vel Palmsdorff, Lat. Villa Palmarum, Hung. Harigötz.
Sperendorff Lat. Villa Urſi, Hung. Illyésfalva, Slav. Eliaſſovcze.
Donnerſtagmark, vel Donnertmark, Lat. Quintoforum, vel Quintumforum, olim Villa S. Ladislai, Hung. Cſötörtökhely, Slav. Stwartek.
Kabisdorff, vel Kabsdorff, Lat. Villa compoſiti, Hung. Kapoſztafalva, Slav. Hrabuſicze.
Teutſchendorff: Lat. Villa Teutonicalis, Slav. Poprad.
Schlakendorff: Hung. Szalók, Slav. Szlavkow.
Eysdorff: Lat. Villa Iſaaci, Hung. & Slav. Zakocz.
Menharsdorff: Lat. Villa Menhardi, vel Meynardi, Slav. Verbov.
Kesmark: Lat. Forum Caſeorum.
Risdorff: Lat. Villa Rusquini, Hung. & Slav. Ruſzkinotz.
Thursdorff: Lat. Villa Durandi, Slav. Twarozna.

Digitized by Google

welchen wir eyn jerlichen unſer getreyen aus dem Cyps in ihrem Rechten behalten, darum des wir haben erkanth ihre treye, und dinſt, die ſie uns von unſere Kindheit guttwillig erwieſen haben, beid demütiglich, und begirlich in Schtrayten, die wir hatten wider Matheum von Trentchin, und Demetrium, und wyder Omodeus Son auf dem Felde bey Rozgon, und dieſelbigen Cypſer unſer getreyen menlich ſtritten, und ſchonten nicht ihrer gütter, noch eigner perſon, ſundern ſich vor unſer königlich Majeſtät dargeben haben in fertikeit, und blutvergieſſen bis in den Todt, ſo wellen wir ihren getreyen dinſt, und blutvergieſſen, und vor den Todt irer freünde mit beheglikeit begaben, wie wol das ſie mer würdig weren. So ſeyn wir doch bereit die eigenannten freyeten vor gut zu haben, und zu beſtettigen on hindernuſs Königlicher Rechten, und ander. In welcher ding zu einem ewigen gedechtnus, und Sicherung haben wir verlihen unſer Brieff mit unſern beyden zeitlichen Sigill ungedrukt, ſundern angehangen zu beſtettigung. *Gegeben durch die Hende des erſamen Mannes, Magiſtri Johannis, der ein Probſt zu Weiſſenburg, ein Underkenzler unſers Sales, und ein Ertzpriſter von Küklburg, unſer Libhaber, und getreyer, in dem Iahr nach der Geburth Chriſti MCCC. und in den XII. Iar, und in den XII. Iar unſers Königreichs. In gegenwertikeit der erwürdigen Vetter, und Herrn Thomas Erzbiſchoff zu Gran, und Bruder Laslo Erzbiſchoff zu Colocz, unſers Sales Kenzler, Emericus Biſchoff zu Wardein, Auguſtinus Biſchoff zu Agram, Joannes Biſchoff zu der Neytra, Stephan Biſchoff zu Weſperin, Benedictus Biſchoff zu Czanadin, Nicolaus Biſchoff zu Rab, Benedictus Biſchoff in Sibenbürgen, Ladislaus Biſchoff zu Fünfkirchen, Martinus Biſchoff zu Erla, Georgius Biſchoff zu Sirmin, die alle ir Bisthum regiren in Gott. Und Demetrius Tharnok Meiſter, Dominicus Groſgrow, und Magiſter Lambrecht Richter unſers Hoffes, und Petrus Kromholcz Son Tharnok Meiſter der Frauen Königinn, und Magiſter Dyonis Grow von Sol, Petrus Stephans Son unſer Schpeiſtrager; und viel andere Edling. die do Graffſchaft haben in unſeren Landen.*

Darum haben wir die briefliche vorgeſchribne handfeſten beſchauet, und haben ſie befunden warhafftig, und haben angeſehen die bett des vorgenanten Grow Stephans, und haben ſie mit dem Rath aller Biſchöff, und Landherrn unſeres Landes unſere getreyen mit unſeren neuen Inſigill, das zweyerlei Saiten iſt, beſtettiget, alle abgeſchribene Stuck, und Artikel. *Gegeben durch die Hende des erſamen Meiſters, Andres Probſt zu Weiſſenburg in Sibenbürgen, unſers Sales Underkanzler, in dem Iare nach der Geburth Chriſti MCCCXXVIII. und in dem Iar unſers Reichs auch in XXVIII. in gegenwertikeit der erwürdigen Vetter, und Herrn Boleslaus*

laus Erzbiſchoff zu Gran, und Bruder Laslo von Colocz, beyde Erzbiſchoff; und Biſchoff Joannes von Naytra, Georgius von Sirinn, Bruder Petrus von Boſſen, Nicolaus von Rab, Benedictus von Czanadin, Laslo von Fünfkirchen, Iwanka von Varadin, Heinrich von Weſperin, Czanadinus von Erla, Andreas von Sibenbürgen, Ladislaus von Agram, der erwürdigen Biſchoff; und vor den groſmechtigen Herrn Demetrio unſer Tharnok Meiſter, Grow von Bács, und Trencſin, Thoma Weywoda von Sibenbürgen, und Groff von Solnok, Micha ein Span ganz Windiſchen Landes, Paul Ban von Maczow, Grow von Valko, und Budrog, Joannes Bangbans Son Tharnok Meiſter der Frauwen Königin unſer geliebſten Hausfraue, Dyoniſio unſrem Speismeiſter, Stephano unſerem Bechermeiſter, und Nicolao Grow von Presburg, und ander viel Edle Leute, die haben Eere von uns.

VII.

Mandatum Caroli Regis ad Capitulum Scepus, ut Szomolnokinenſibus circum circa terram duorum Milliarium aſſignet. Datum in Wiſſegrad Anno Domini 1332.

EX APOGRAPHO.

Carolus Dei Gratia Rex Hungariæ, Fidelibus ſuis Capitulo Eccleſiæ Scepus. ſalutem, & gratiam. Cum nos Civitati noſtræ, Smulnucsbanya vocatæ, more aliarum Civitatum noſtrarum, eadem libertate fruentium, pro uſibus, & utilitatibus hoſpitum univerſorum, in ipſa commorantium, terram undique circum circa ipſam Civitatem noſtram adjacentem, & quorumlibet poſſidentium, & utentium titulo qualicunque manibus aufferendo, & retrahendo in ſpatio duorum Milliarium undique pergyrando duximus perpetuo conferendam. Fidelitati veſtræ firmiter præcipientes mandamus, quatenus veſtrum mittatis hominem pro teſtimonio fide dignum, quo præſente Farkaſſius Filius Foy de Vigman famulus Magiſtri Thomæ, Filii Petri Caſtellani de Chokakew; & de Geſztus (1) fidelis & familiaris noſtri vice, & nomine ejusdem Domini ſui homo noſter — — ſtatuat ipſum univerſum territorium — per-

(1) Arces Trans-Danubianæ: Chokakö in Albenſi, Geſztes in Comaromienſi Provincia.

perpetuo poſſidendum. Si qui vero aliquid juris intra hujusmodi territorium dictæ Civitatis noſtræ ſe habere allegaverint, eos ad edocendum noſtram Majeſtatem de juribus ipſorum, certum terminum eisdem aſſignando transmittat, ut ipſis in partibus aliis poſſeſſiones, vel terras meliores, vel pares ipſorum poſſeſſionibus, viſis juribus, & rationibus eorum evidentibus, recompenſatione condigna, per modum concambii pro ſuis poſſeſſionibus de Regia benignitate conferamus — — Datum in Wiſſegrad tertia feria proxima poſt Dominicam (m) *Circumdederunt* Anno Domini MCCCXXXII.

VIII.

Carolus Rex inhibet Palatinum, aliosque Judices, ne ullus eorum Quintoforenſes judicare præſumat; ſed ut ſolius Comitis Terreſtris Scepus. Tribunali ſubſint Dat. in Wiſſegrad. Anno Domini 1336.

EX APOGRAPHO.

Carolus Dei Gratia Rex Hungariæ ſignificamus tenore præſentium, quibus expedit, univerſis, memoriæ commendantes: Quod Nicolaus, filius Pauli Civis de S. Ladislao, de Comitatu Scepuſ. in ſua, & aliorum Civium, ſeu hoſpitum univerſorum de eadem perſonis, ad noſtræ Majeſtatis accedens præſentiam, querulose declaravit; quod ipſos prætextu terrarum, ſeu poſſeſſionum Martonfölde, Machalfölde, Kelechenfölde, & Gerlachfölde vocatarum, in Comitatu Scepuſ. juxta eandem Civitatem adjacentium, quas ipſi hoſpites noſtri, a Martino, Machal, Kelechen, & Gerlach Auridatoribus (n) noſtris pro ipſorum pecunia, prout dicunt, comparaſſent, & emiſſent, & uſui ejusdem Civitatis noſtræ, ut augeri valeat, applicaſſent, quidam homines, imo quamplures Regnicolæ noſtri ad præſentiam Caſtellani Scepuſ. evocarint, per quod factum iidem hospites noſtri injurias infinitas, damna indicibilia, & vaſtitates plurimas paterentur, ſupplicans idem nomine ipſius, & univerſitatis ipſorum Civium in perſona, noſtræ Majeſtati, ut ſuper hoc de ſolita Regiæ pietatis clementia

(m) Dominica Circumdederunt dicta eſt ab exordio Miſſæ, quæ in Septuageſima legitur.
(n) Itaque in fundo Quintoforenſi aurum olim eruebatur.

Digitized by Google

mentia ipſis providere dignaremur remedio opportuno. Nos itaque qui ſuſcepti Regiminis officio ſingulorum intueri debemus merita, & unicuique anxietates, & neceſſitates, ac oneroſa gravamina indebite imminentia alleviare teneremur, remedio Regio opportuno eisdem Hoſpitibus noſtris de Regia pietate duximus annuendum; ut nullus Regnicolarum noſtrorum ipſos, vel aliquem ex ipſis ad Allicium alterius Judicis, & Juſtitiariorum Regni noſtri, niſi ad præſentiam Comitis Terreſtris dicti Comitatus, poſſit citare, & evocare quoquo modo. Qui quidem Comes Terreſtris ex parte ipſorum quibuslibet querulantibus juxta conſuetudinem, & libertatem ipſius Provinciæ, juſtitiæ debeat facere complementum. Qui quidem Comes Terreſtris, ſi in reddenda juſtitia quibuspiam ex parte ipſorum negligens, vel remiſſus fuerit, non dicti hoſpites; ſed idem Comes Terreſtris ad noſtram, vel ordinarii Judicis ſui præſentiam debeat legitime evocari: ex parte cujus nos, vel ipſi Judices eorum Ordinarii quibuslibet querulantibus, juſtitiæ faciemus complementum. Et quia res tranſire debet cum onere, proprietasque ipſarum poſſeſſionum dictæ noſtræ Civitati ſit annexa ex eo ſpecialiter: quia etiam primitus ex libertate, proprietate conditionis poſſeſſionum earundem ad extraneam jurisdictionem in nullo ſpectare, prout nobis dicitur, dignoſcebantur, bona deliberatione præhabita decrevimus ſtatuentes, ut prætextu dictarum poſſeſſionum ipſi hoſpites noſtri Scepuſienſes, ad præſentiam Judicum, & Juſtitiariorum extraneorum Regni quorumlibet non poſſint per quospiam, ut prætactum eſt, deinceps evocari. Aurum tamen ex eisdem poſſeſſionibus proveniens, juxta antiquam libertatem, & conſuetudinem in termino conſueto, prout in eorum privilegio aſſerunt contineri, in Feſto B. Martini Confeſſoris, ſicut dicunt, mediam marcam, & tria pondera de auro finiſſimo nobis ſolvere teneantur. Igitur vobis Palatino, Judici Curiæ noſtræ; Item Comitibus Parochialibus, & ſpecialiter Caſtellanis Scepuſ. nunc conſtitutis, & in futurum conſtituendis præcipimus per præſentes, quod dictos hoſpites noſtros de S. Ladislao judicare, vel veſtro aſtare judicio compellere, nullo modo præſumatis; & aliud in præmiſſis facere non audeatis. Datum in Wiſſegrad feria quarta proxima poſt Dominicam Ramis Palmarum. Anno Domini MCCCXXXVI.

IX.

Digitized by Google

IX.

Mandatum Caroli Regis ad Capitulum Scepuſ. ut Szomolnokinenſes, ac Gölniczenſes ſtatuat in tribus Schvedler, & Remethe. Datum in Wiſſegrad. Anno Domini 1338.

EX APOGRAPHO.

Carolus Dei Gratia Rex Hungariæ Fidelibus ſuis Diſcretis Viris, Capitulo Eccleſiæ S. Martini Confeſſoris de Scepus, ſalutem, & gratiam. Noverit fidelitas Veſtra, quod invigilantes ſuper eo, ut montanæ noſtræ, Smulnuchbanya, & Gylnuchbánya vocatæ, non deſtruantur; ſed recuperentur, poſſeſſiones infraſcriptas in metis ipſarum Montanarum exiſtentes videlicet: tres Svedler vocatas, quæ erant Nicolai, & Georgii filiorum Corradi; & Filii Thomæ Filii Franck, ac Laurentii filii Nicolai, item poſſeſſionem Remethe vocatam, quæ erat ſimiliter prædictorum Nicolai, & Georgii filiorum Corradi, ac Laurentii filii Nicolai prænominati, eisdem Montanis, ſeu Civitatibus noſtris jure perpetuo, & irrevocabiliter dedimus, donavimus, & contulimus ex certa ſcientia. Aſſumpſimus autem prædictis Nobilibus in concambium dictarum poſſeſſionum eorum, ſeu pro poſſeſſionibus ſuis, dare poſſeſſiones tales, ſicut decet, & convenit, prout conſuetudo Regni noſtri ab antiquo approbata expoſcit, & requirit. Quapropter fidelitati Veſtræ firmiter præcipiendo damus in Mandatis; quatenus Veſtrum mittatis hominem pro teſtimonio fide dignum, coram quo Paulus Plebanus de Zeleus Specialis Capellanus noſter — easdem — — eisdem Montanis, ſeu Civitatibus noſtris ſtatuat perpetuo poſſidendas — — Datum in Wiſſegrad in feſto Nativitatis B. Joannis Baptiſtæ. Anno Domini MCCCXXXVIII.

Digitized by Google

X.

Laurentii Magiſtri Tavernicorum, & Comitis Nitrienſis literæ, quibus Szomolnokinenſes in ſuis Privilegiis, & poſſeſſionibus, contra Chanadinum Archiepiſcopum Strigon. & Bebekos confirmat. Datum in Wiſſegrad. Anno Domini 1344.

EX APOGRAPHO.

Nos Laurentius, Magiſter Thavernicorum Domini Ludovici Dei gratia Illuſtris Regis Hungariæ, & Comes Nitrienſis, Memoriæ commendantes ſignificamus, quibus expedit, univerſis præſentium per tenorem: Quod Judex, Jurati, & univerſi hoſpites de Smulnuchbánya ab una; Item Venerabilis in Chriſto Pater Dominus Chanadinus DEI, & Apoſtolica gratia Archi-Epiſcopus Strigonienſis, Locique ejusdem Comes perpetuus; Item Stephanus, & Georgius, Filii Dominici dicti Bebek parte ab altera in Octavis Feſti Beati Michaëlis Archangeli, juxta continentiam Literarum Excellentis, & Magnifici Principis Domini Ludovici Dei gratia Illuſtris Regis Hungariæ, Domini noſtri annuleo ſigillo ſuo iſto modo confectarum, quod ſi quæ partium prædictarum coram ſui Regii culminis conſpectu in jam dictis Octavis Beati Michaëlis Arch-Angeli comparere, & quoque ipſorum inſtrumenta ſuper quadam nova Montana, ſeu Aurifodina in vulgari Laſſyu patak, in Theutonico nomine (o). Stilbach vocata, exhibere non curaret; extunc illa partium Jus ſuum quidem in eadem Montana habere ſe ſperaret, amitteret eo facto, debeant comparere coram Regia Majeſtate, tandem ipſis Octavis occurrentibus Comes Nicolaus Judex, & Magiſter Nicolaus Notarius dictæ Civitatis de Smulnuckbánya ſua, & totius comunitatis in perſona, cum ſufficientibus literis Procuratoriis dictæ Civitatis ab una; Item Dominus Chanadinus Archi-Epiſcopus Eccleſiæ Strigonienſis prænotatæ, propria ſua in perſona, & Stephanus ſimiliter, tam pro ſe perſonaliter, quam cum Procuratoriis literis ſufficientibus, & legitimis pro Georgio Fratre ſuo annotato, coram nobis conſtituti, iidem Comes Nicolaus Judex,

(o) Stilbach, vel Stelbach ampliſſima quondam poſſeſſio ſubjecta montibus, qui Gömörienſem Provinciam a Scepuſienſi dirimunt. Bellum Civile Ferdinandum inter, & Zapolyam Reges cum ferveret, per Bebekos everſa traditur. Hodie nonſi Templum ſuperat cum pauculis parietinis.

Judex, & Nicolaus Notarius de Smulnuchbanya exhibuerunt nobis Privilegium Sereniſſimi Principis Domini Caroli, quondam Illuſtris Regis Hungariæ bonæ memoriæ Octavo Kalendas Junii, in Anno Domini MCCCXXXVIII. confectum, confirmans literas Ejusdem Domini Caroli, feria tertia proxima poſt Dominicam, qua cantatur Reminiſcere, patenter confectas, ſuper reambulatione trium Poſſeſſionum Swedler, & quartæ Poſſeſſionis Remethe vocatarum, ac metarum diſtinctione earundem, & ſtatutione eisdem hoſpitibus de Smulnuch facta continentes, ac quasdam literas patentes ipſius Domini Ludovici Regis, quæ confirmabant Privilegium eorundem hoſpitum ſupradictum, & quasdam literas honorabilis Capituli Eccleſiæ Beati Martini de Scepus ſuper reambulatione, & ſtatutione Novæ Montanæ dictis hoſpitibus factæ, patenter confectas; quarum ſeries nos informabat eo modo: Quod dictus Dominus Rex Carolus ex innata Regali pietate, quæ in multitudine populorum decoratur, prædictæ Civitati Sumulnuchbánya more aliarum Civitatum, eadem libertate fruentium, pro commoditatibus, uſibus, & utilitatibus univerſorum hoſpitum, in ipſa Civitate commorantium, & congregandorum, terram in circuitu ipſius Civitatis ad duo milliaria ſe extendentem, a quibuslibet qualicunque titulo poſſidentibus auferendo, eisdem hoſpitibus perpetuo contuliſſet, quam Farkaſius Filius Fay de Vigman, homo Regius, ſub teſtimonio Domini Thomæ, hominis videlicet ipſius Capituli de Scepus, cui ipſa Regalis benignitas approbata Regni ſui conſuetudine requirente, ſuper hoc ſcripſerat, convocatis vicinis, & Commetaneis ejusdem univerſis reambulaſſet, reambulatamque, & undique per ſpatium duorum milliarium metis, ac vicinariis Poſſeſſionibus diſtinctam, ac ſeparatam cum omnibus utilitatibus, & pertinentiis ſuis univerſis, quæ ipſam terram, ſeu Territorium in circuitu dictæ Civitatis ad duo milliaria ſe extenſum contingerent, perpetuo poſſidendam, contradictione cujuspiam non obſtante. Ita ut illis, qui aliquid Juris intra hujusmodi Territorium dictæ Civitatis ſe habere allegarent, terminum coram Regia Majeſtate comparendi iidem Regius, & Capituli homines aſſignarent, ut ipſis hominibus, Jura ſua evidenti ratione demonſtrantibus, recompenſatione condigna prius facta, terras meliores, vel pares ipſorum terris, per modum Concambii in aliis partibus Regni ſui condonaret, & conferret poſſidere; & quia ad Octavas Beati Georgii Martyris tunc venturas quibuslibet ad allegandum ſua Jura in prædicto Territorio, ſi quæ eſſent, aſſignatas nemo veniſſet, ex eo ipſa Regalis Celſitudo prædallegatum territorium, ſine aliquo intermedio ſuo Regio Juri agnoſcens pertinere, eisdem hospitibus ſuis prænotatum territorium metis, indicto Privilegio per ordinem contentis, ſeparatum, & diſtinctum cum prædictis quatuor Poſſeſſionibus, Swedler, & Remethe vocatis, intra metas dicti Territorii Smulnuchbánya, & etiam Gylnichbánya vocatarum exiſtentibus, quas Dominus

Paulus Plebanus de Zeulos, homo Regius, ſub teſtimonio Domini Beke hominis prædicti Capituli de Scepuſ. in Octavis Nativitatis Beati Joannis Baptiſtæ, in Anno Domini MCCCXXXVIII. Vicinorum, & Commetaneorum eorundem legitime convocatione facta, ſecunda vice reambularat, & prædictis Civibus de Smulnuchbánya, & de Gylnichbánya ſtatuerat perpetuo poſſidendas, confirmaſſet. Adhuc iidem Comes Nicolaus Judex, & Nicolaus Notarius ad Conſervationem Juris ipſius Civitatis Smulnuchbanya ſupradicti firmiorem, exhibuerunt nobis Literas dicti Capituli de Scepus patenter confectas, per quarum tenorem Nos edocebamur eo modo: Quod Jacobus filius Petri, Juvenis Aulæ Sereniſſimæ Principiſſæ Dominæ Eliſabeth, DEI Gratia Reginæ Hungariæ, Dominæ noſtræ, & Thomas Literatus homo Magiſtri Thavarnicorum Regalium, ſub teſtimonio diſcreti Viri, Magiſtri Philippi Canonici Eccleſiæ de Scepuſ. & hominis ipſius Capituli, juxta continentiam literarum Reginalium ſuper reambulatione Montanæ infraſcriptæ, in Octavis Feſti Nativitatis Beati Joannis Baptiſtæ, in Anno Domini MCCCXLIV. proxime præteritis, ad faciem ipſius novæ montanæ, Stilbach vocatæ, accedendo, ipſam intra curſus metarum in præmemorato Privilegio ipſorum Hoſpitum de Smulnuchbánya contentarum reperientes, cum terris montoſis, planis, ac ſylvis eidem monti novo, & ipſi Civitati Smulnuch cum quibuslibet aliis utilitatibus ſuis ſtatuiſſent poſſidendam, tenendam, & habendam. Item adhuc exhibuerunt literas ejusdem Domini Ludovici Regis patentes, feria ſecunda, proxima poſt Octavas Beatorum Philippi, & Jacobi Apoſtolorum Anno Domini MCCCXLIII. Sub annulari Sigillo ſuo Confectas, hujusmodi ipſius Domini Regis præceptum explicantes, quod univerſi Barones, Comites, Caſtellani, Nobiles, Officiales, & quilibet alii Juſtitiari Regni ſui, nec non Civitates, Villæ, ac earum Rectores, Judices, & Villici pro tempore conſtituti, Literas ipſorum Civium, & hoſpitum de Smulnuchbánya Privilegiales, ſuper libertatibus ipſorum confectas, quandocunque, & quotiescunque iidem hoſpites eisdem exhiberent, acceptarent, & contra ipſas Literas eos aggravare, moleſtare, & perturbare non auderent. Quibus viſis, & perlectis ſeriatim licet ipſe Venerabilis Pater Dominus Archi-Epiſcopus Strigonienſis, & dictus Stephanus ſuo, & ipſius Georgii Fratris ſui nomine Procuratorio, ſua Privilegia exhibuerint coram Nobis, & ſibi juſtitiam juxta tenorem eorundem impertiri petierint: tamen, quia tempore primæ reambulationis, & ſtationis dicti Territorii ejusdem Civitatis, Smulnuch vocatæ, ab ipſo Excellentiſſimo Domino Rege Carolo, cujus ſemper memoria ſit in benedictione, in ſpatio duorum miliarium undique collati; demum in ſecunda reambulatione ipſarum trium Poſſeſſionum Swedler, & quartæ Remethe vocatarum, & ſtatutione eisdem Hoſpitibus facta, ac tertiæ reambulationi, & ſtatutioni, mediantibus Literis Reginal bus nuper adhuc eisdem Hoſpitibus, Smulnuch, &

de

Digitized by Google

de novo monte factæ, ipſi Venerabilis Pater Dominus Archi-Epiſcopus, & Stephanus Filius Dominici ſua, & ipſius Georgii Fratris ſui in perſona prohibitionem, & contradictionem, tam in facie ipſius Territorii, quam poſtmodum in termino cujuslibet jus ſe habere, in eodem Territorio ſperantibus legitime aſſignato, nec etiam ante, & poſt dictam ſtatutionem per contradictionis, proteſtationis, & inquiſitionis formam, quarum vigore cujuslibet Jus convenit illæſum permanere, per Nos numero tertiario, & pluries, ut moris eſt, requiſiti ſe feciſſe, procuraſſe, & ſuum Jus, inibi quod haberent, iſto modo defendiſſe non valebant, nec in antea demonſtrare aſſumebant; ideo Nos cum Nobilibus Regni, nobiſcum pro tribunali ſedentibus, dicta ipſorum Domini Archi-Epiſcopi Stephani, & Georgii Privilegia, contra diſpoſitionem, ordinationem, & collationem privilegiatam, Ipſius Domini Regis Caroli, confirmationemque præmemorati Domini Ludovici Regis judicando non vidimus admittenda, ſed ipſum Privilegium dicti Domini Regis Caroli ſuper Collatione Territorii duorum milliarium hoſpitibus ſuis de Smulnuch hinc & inde facta, & prænotatis vicibus legitime ſtatuti, demum per Dominum Regem Ludovicum Dominum noſtrum confirmatum, cum omni ſui parte, & continentia gratanter acceptando, Noſtra Judiciaria authoritate mediante, approbamus perpetuo valiturum, dictum Territorium ſub metis ſupradictis eisdem Hoſpitibus relinquendo, & non ipſis Domino Archi-Epiſcopo, & Stephano, ac Georgio Fratri ſuo præallegata Privilegia exhibentibus, juxta continentiam Privilegii ſupradicti, & promiſſionem in eisdem contentam, quod quibuslibet aliis, qui Jus ſuum, ſi quod in eodem Territorio haberent, non veniendo, nec ſuas Literas, & quæque munimenta exhibenda juxta prænotatam Domini Ludovici Regis commiſſionem amiſerunt, ſilentium perpetuum imponendo, teſtimonio præſentium mediante, ſine tamen præjudicio Juris alieni. In cujus rei memoriam, perpetuamque firmitatem eisdem de Smulnuch Hoſpitibus præſentes conceſſimus Literas Privilegiales, pendentis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum in Wiſſegrad ſedecimo die Octavarum Beati Michaëlis Arch-Angeli prædictarum. Anno Domini MCCCXLIV.

XI.

XI.

Literæ Andreæ Comitis Saxonum Scepus. ad Ludovicum Regem, ne permittat certam terram auferri populo S. Ladislai, ſeu Quintoforenſibus.

EX APOGRAPHO.

Sereniſſimo Domino ſuo Ludovico, Illuſtri Regi Hungariæ, Fideles ſui Andreas Comes Saxonum, Jurati, & Univerſi Judices, cum tota communitate hoſpitum de Cyps, tam debitum, quam paratum ſervitium ad omnia ſuæ Majeſtatis Regiæ beneplacita, & mandata; Veſtræ Regiæ Majeſtati, quæ nobis eſt ſpes, & ſolatium ſpeciale, & refugium ſingulare, præſentibus innoteſcat, quod Concives, & amici noſtri, veſtri fideles populi, de S. Ladislao, quandam terræ particulam prope metas, & limites eorundem ſitam —— ad æſtimationem quatuor aratrorum cum menſura Regali pro ſe, & ſuis hæredibus rite, & rationabili emptionis titulo compararunt; de qua quidem particula, cum auro ſingulis annis ſervierunt veſtræ Regiæ Majeſtati, quod notorium nobis eſt, & porrectione noſtræ fidei complectimur, & proteſtamur, quod terræ particula eſt ipſis populis de S. Ladislao Privilegiis Regalibus tum Regum, & litera Capituli de S. Martino in Cyps confirmata; modo Magiſter Thomas Caſtellanus in Cyps, & Vice Comes Honorabilis Viri Domini Thomæ Magiſtri Thavernicorum Curiæ Veſtræ eandem terræ particulam conatur, & nitatur auferre, alienareque a veſtris fidelibus de S. Ladislao, & ſuis uſibus applicare, & in ipſam Villam locare ſuo nomine, & fundare in præjudicium irrecuperabile veſtrorum fidelium, & gravamen, & perpetuam loci ejusdem deſolationem, quæ terræ particula eſt melior omnibus hæreditatibus dictorum populorum; quæ ſi auferetur ab eis, dicta Civitas penitus deſtruetur. Quapropter Veſtræ Celſitudinis magnificentiam precibus humillimis exoramus, quatenus Divinæ retributionis intuitu, & noſtræ humilis petitionis reſpectu præſcripto Domino Thomæ Magiſtro Thavernicorum, & ſuo Vice Comiti, Magiſtro Thomæ dare dignetur firmiſſimis in mandatis, quod memoratam terræ particulam populis de S. Ladislao relinquant liberam, & ſalvam, eo quod dicti populi ipſam rite, & rationabiliter emptionis titulo compararunt, eosdem in ſuo jure, & libertate, quam habuerunt temporibus a primævis, miſericorditer conſervantes, pro quo ſortietur mercedem ab altiſſimo copioſam, & a noſtra parvitate gratiarum uberes actiones.

XII.

Digitized by Google

XII.

Mandatum Ludovici Regis ad Nicolaum Konth Palatinum, ut Wagendrüzlenſes, & Stilbachenſes defendat contra Bubekios. Datum in Wiſſegrad Anno Domini 1358. Edidit Godofredus Schwartz in Recenſione Critica originum, & occaſuum Tranſilvaniæ pag. 43.

Ludovicus Dei Gratia Rex Hungariæ, &c. fideli ſuo Viro Nicolao Konth, Regni noſtri Palatino, & Judici Cumanorum, ſalutem, & gratiam. Noveris, quod Paulus, & Danus filii Jordani, filii Leonardi Vichler, ad noſtræ Celſitudinis venientes in præſentiam, graviter ſunt conqueſti, quod cum Ladislaus Rex, Prædeceſſor noſter bonæ memoriæ Villicos, & hoſpites poſſeſſionis Wagendrüzel, in Comitatu Scepuſienſi habitæ, cum hac tunc ſilva denſiſſima, nunc vero, uti dicitur, poſſeſſio, ipſorumque hæredes, & ſucceſſores univerſos mediantibus literis ſuis patentibus, quarum tenorem legimus, in cœtum, & Collegium fidelium exercituantium cum terra Stilbach de Villa exciſa aggregaſſet; nunc Georgius, & Stephanus filii quondam Dominici Bubek eosdem hoſpites, tanquam Ruſticos conſervarent, & ad metendum fruges in Comitatum Lyptovienſem, falcandum fœnum, ac alia ſervitia Ruſticalia, non curata ipſorum libertate, compellerent, quoniam pro eo videlicet, quod literam privilegialem Karuli Regis Genitoris noſtri Michaëli filio Marcus de Cſepan, pro ipſis hoſpitibus, eorumque ſucceſſoribus datam confirmationalem, & per iniquitatem temporum a ſe alienatam, ad ipſosque Bubek deventam, cum Valore exhibere non poſſent. Unde cum Excellentiſſimus Princeps, Dominus quondam Karulus Rex Hungariæ, Genitor noſter chariſſimus piæ memoriæ, ipſas literas tempore examinationis univerſarum literarum Nobilium, in præſentia ipſius per eundem Michaëlem exhibitas acceptaverit, & confirmaverit; ideo fidelitati veſtræ firmiter mandamus, & præcipimus, quatenus de facto in Congregatione veſtra generali in Comitatu Scepuſienſi per vos maxime celebranda, citatis prædictis Georgio, & Stephano Comitibus Liptovienſibus dicatis verbo noſtro, & Reginæ Genitricis noſtræ chariſſimæ, præſentibus communicatis, ut eosdem hoſpites de Wagendrüzel, & Stilbach, in Comitatu noſtro Scepuſienſi conſtitutos, in præmiſſa gratia, & libertate per ipſum Dominum Ladislaum Regem eisdem, & Succeſſoribus eorundem conceſſa conſervarent; nec aliqualiter moleſtent, & ad facienda ruſticalia ſervitia compellant; ſed sem-

per in eadem libertate futuris etiam temporibus conſervatos habeant; & teneantur. Datum in Wiſſegrad in feſto Epiphaniæ Domini. Anno MCCCLVIII.

XIII.

Ludovicus Rex Hungariæ Conventui Jaſzovienſi, eo quod in illius fundo Szomolnokinum erectum eſſet, concedit facultatem eruendi Metalla in ſuis Montibus. Datum in Wiſſegrad Anno Domini 1358.

EX APOGRAPHO.

Nos Ludovicus Dei gratia Rex Hungariæ &c. memoriæ commendamus &c. Quod Religioſi Viri, Conventus Monaſterii de Jaſzou. Ord. Præmonſtratenſis, miſſo ad nos Magiſtro Michaële Notario, & Procuratore ipſorum, ſuam nobis humillimam petitionem detexerunt, & queſtionem. Quod cum dudum Dominus Carolus, olim Illuſtris Rex Hungariæ, Pater noſter cariſſimus laudandæ memoriæ, Civitatem Szomolnokbanya in territorio Monaſterii noſtri S. Joannis Bapt. de Jaſzou collocari feciſſet, & ad eandem Civitatem magnam quantitatem terræ ejusdem Monaſterii, de ſuo Regio mandato per ſuum, & Honorabilis Capituli Eccleſiæ Scepus. homines circumquaque cum erectionibus Metarum ſeparari, diſtingui, & ſub nomine Regiæ ſuæ Majeſtatis præfatæ noſtræ Civitati applicari feciſſet perpetuo poſſidendam pariter, & habendam, ita tamen, quod prædicto monaſterio talem, vel conſimilem terram æquivalenter cum tanta utilitate, & fructuoſitate dare, & conferre de ſua Regia benignitate promiſiſſet, prout in literis ipſius Patris noſtri chariſſimi vidimus contineri; ſed propter non ſolicitationem facti, & tarditatem Præpoſitorum dicti Monaſterii, ſicuti idem Notarius, & Procurator annotati Conventus noſtræ expoſuiſſet Majeſtati, nullam recompenſationis emendam præfato Monaſterio, a Patre noſtro chariſſimo procurare valuiſſent; ob hoc dictum noſtrum Monaſterium ad nimiam deſolationem, & inopiam deveniſſet, & pro nunc de die in diem deveniret. Qua queſtione præmiſſa, noſtræ Majeſtati ſupplicare curarunt humili precum inſtantia, ut, ſi quod genus metallorum temporis in proceſſu videlicet: auri, argenti, cupri, plumbi, ferri intra metas, in quibus pro nunc dictum Monaſterium exiſteret, invenire poſſent, ad ſublevandam indemnitatem ejusdem Monaſterii, ex noſtra Regia collatione pro remedio animarum Proavorum noſtrorum, ac Patris noſtri chariſſimi, feliciſſimarum recordatio-

Digitized by Google

dationum, ſæpe fato Monaſterio noſtro, & per conſequens Fratribus in eodem Deo famulantibus conferre, & donare dignaremur. Unde cum nos Deus ad hoc Gubernatorem ſuper gentes, & Regna conſtituit, ac eſſe Principem plurimorum diſpoſuit, ut oppreſſionibus ſingulorum, maxime indemnitatibus Eccleſiæ Dei remediaremur, pro eo ſanctorum Progenitorum noſtrorum Illuſtrium Regum Hungariæ veſtigiis inhærentes, & ob devotionem, quam habemus ad ſanctam Matrem Eccleſiam, & quam pio veneramur affectu, eorum petitionibus animo compaſſibili, prout Regiam decet clementiam, liberaliter inclinati, ex noſtra Regia benignitate, omne genus metallorum, ſuperius expreſſorum, ſi quod temporis in proceſſu intra novas metas per Regium, & Teſtimonium Honorabilis Capituli Eccleſiæ S. Martini de Scepus. hominum, erectas invenirent, aut contingeret invenire, pro remedio animarum Progenitorum noſtrorum, Illuſtrium Regum Hungariæ, feliciſſimarum recordationum, dicto Monaſterio, & per conſequens Fratribus in eodem Deo famulantibus, ac pro reficiendis ejusdem Monaſterii ædificiis, temporibus ſucceſſivis perpetuis reliquimus, dedimus, donavimus, & contulimus tenore præſentium literarum noſtrarum, & rigore mediante perpetuo poſſidere, tenere, pariter & habere — — Datum in Wiſſegrad in feſto B. Ladislai Regis Anno Domini MCCCLVIII.

XIV.

Sigismundus Rex Hungariæ Podolinum in numerum Liberarum Civitatum, adjectis nonnullis immunitatibus, refert. Datum Caſſoviæ. Anno Domini 1412.

EX APOGRAPHO.

Nos Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Bohemiæ &c: Rex memoriæ commendamus ſignificantes tenore præſentium, quibus expedit, univerſis: Quod, quia inter cæteras ſolicitudinis noſtræ curas, quæ circa ſtatum, utilitatem, & commodum Regni noſtri animum noſtrum horrende perfodiunt, & infeſtant, ſpecialis nos cura inducit, & ſolicitat, quomodo Civium, hoſpitum, & populorum noſtrarum Civitatum commodis, & ſtatus ipſorum profectibus provide diſponere, & de utilitatibus eorundem gratioſe providere debeamus. Ideo nos inſpectis penuriis, & oppreſſionum, ac paupertatum incommodis fidelium Civium, Hoſpitum, & po-

Digitized by Google

pulorum noſtræ Civitatis Podolen, quàs iidem in variis motionibns Regni noſtri Guerris, cum Rege Poloniæ habitis, ſemper nobis devotam fidem, & conſtantem fidelitatem ſervando, plerisque vicibus hucusque pertulerunt, ut iidem ſicut fidelitate, ſic & numero, ac opum ubertate profluentes concreſcant, eisdem hanc ſpecialis noſtræ gratiæ prærogativam duximus faciendam, ut iidem Cives, hoſpites, & populi præſcriptæ noſtræ Civitatis Podolen, amodo, ut antea, & deinceps perpetuis futuris temporibus eisdem libertatibus, indultis, gratiis, prærogativis, & exemptionibus, quibus Cives, hoſpites, & populi aliarum Civitatum noſtrarum Liberarum fruuntur, & utuntur, eandem Civitatem noſtram Podolen in numerum aliarum Civitatum noſtrarum benignius aggregantes, gaudeant, & potiantur. Nihilominus iidem nullum tributum, nullamve tributariam ſolutionem in Tributo noſtro ibidem in dicta Civitate noſtra Podolen exigi conſueto, tam de perſonis, quam rebus, mercibus, & bonis ipſorum, cujuscunque materiei exiſtentibus, undecunque deferendis, & portandis ſolvere, & facere. Inſuper quod de univerſis rebus, & bonis eorum mercimonialibus, de quibus ſcilicet Triceſimæ ſolvi deberent, ſolum medietatem Triceſimæ hujusmodi, & non plus, aliam medietatem eisdem gratioſius perpetuo relaxantes, Triceſimatoribus pro tempore conſtitutis dare, & ſolvere teneantur. Harum noſtrarum vigore, & patrocinio literarum, quas in formam noſtri Privilegii redigi faciemus, dum nobis in ſpecie fuerint reportatæ — Datum Caſſoviæ feria quinta proxima poſt feſtum Paſchæ Domini. Anno ejusdem MCDXII.

XV.

Diploma Sigismundi Regis, quo Arces Lublo, & Podolim cum XIII. Oppidis Scepus. dat pignori Polonis. Datum Zagrabiæ Anno Domini 1412. Editum a pluribus.

Nos Sigismundus Dei Gratia Romanorum, Hungariæ &c. Rex recognoſcimus tenore præſentium, ſignificantes, quibus expedit, univerſis ratione veri mutui nos a Sereniſſimo Principe, Domino Wladislao Rege Poloniæ, ejus Prælatis, & Baronibus triginta ſeptem millia ſexagenarum (p) latorum groſſorum

(p) Qui Groſſorum Pragenſium novæ monetæ? quis item ſexagenæ valor? non una eſt Auctorum opinio. Alii hunc in immenſum exaugent; ultra modum imminuunt alii.

Digitized by Google

ſorum novæ monetæ, numeri Bohemicalis boni, & juſti ponderis habuiſſe, & cum effectu recepiſſe. Quem quidem Dominum Wladislaum Regem Poloniæ, Succeſſoresque Prælatos, & Barones ipſius in reſtitutione earundem pecuniarum, aſſecurare eum cupientes, & prout juſtum eſt, in ſolutione ipſum reddere volentes certiorem, ſibi, & ejus Succeſſoribus, Prælatis, & Baronibus, terras, videlicet Caſtrum noſtrum Lublo, alias Lublaw, cum oppido, & Oppidum Podolincz cum fortalitio, ac villis ad ea pertinentibus; nec non Oppidis, & Civitatibus infraſcriptis, in terra noſtra Scepuſienſi, Diæceſis Strigonienſis ſituatis: videlicet Gnizna, Bela, Leubicz, Menhartsdorf, Georgenberg, Tewtſchendorff, Michelsdorff, Valendorff, Neudorff, Rysdorff, Fülka, Kirchdorff Matsdorff, Dureldsdorff nuncupatis, cum eorum omnibus attinentiis, pertinentiis, cenſibus, fructibus, reditibus, proventibus, jurisdictionibus, temporalibus poſſeſſionibus, agris, pratis, lignis, campis, ſilvis nemoribus, mellificiis, piſcaturis, piſcinis, lacubus, paludibus, aquis, & aquarum decurſibus, molendinis, & emolumentis, quercetis, pinetis, virgultis, Gays, (q) miriciis, (r) aucupationibus, venationibus, exactionibus ordinariis, obventionibus, attinentiis, & appertinentiis univerſis, quibuscunque nominibus nuncupentur, aut vocentur, nihil poſſeſſionis, aut utilitatis pro nobis, aut Succeſſoribus noſtris in eisdem reſervantes, obligamus, ac in vadium (s) poſuimus tenore præſentium, ex voluntate Prælatorum, & Baronum noſtrorum

---

alii. Hos qui volet conſulat. Nobis ſupervacaneum videtur de annoſa hac lite diſceptare, quam dirimere is ſolus potis eſt, ad quem pertinet de pignore ipſo arbitrari. Ceterum de quibus hic ſermo eſt XIII. Scepuſienſia oppida, quæ Sigismundus Imp. & Rex Hung. Polonis Anno 1412. pignori locaverat, evolutis ab eo tempore 360. annis, ad S. Coronæ Hungaricæ obſequium poſtliminio rediere anno ſuperiore 1772. V. Novembris *S.* Emerico Duci Hungariæ ſacra: qua die Excellentiſſimus ac Illuſtriſſimus Dominus Joannes Nep. e Comitibus Cſáky de Kereſztſzegh Perpetuus terræ Scepuſienſis, *AUGG. Majeſtatum.* Intimus ſtatus Conſiliarius &c. &c. nec non Inclíti Comitatus Scepuſienſis Perpetuus ac ſupremus Comes, nomine *Auguſtæ Mariæ Thereſiæ* Apoſtolicæ Hungariæ & *Reginæ*, conceptis ſolennibus verbis nuncupatum a XIII. oppidorum Primoribus fidelitatis Sacramentum excepit Igloviæ ſeu Neovillæ in Eccleſia Parochiali. Eodem prorſus ritu Arcem Lublyovienſem cum adnexa ditione, civitatemque Podolinenſem quinta poſt die X. Novembris *Auguſtæ Principis* ſuæ juribus auctoravit. Id quod ad perpetuam poſterorum memoriam huc adnotare placuit.

(q) Gajæ. Gaw vox vetuſtioribus Germanis uſitata, regionem notans, ut Rheingaw, Nordgaw: Rhenana, Borealis Regio.

(r) Miricia, Merica, Mirica terram ſeu locum incultum ſignificat Wilke Triemanno in Codice Diplom. pag. 17. Hagiographis Belgis Tomo 4. Maji ceſpitem.

(s) Vadium, ſeu Quadium: Vadimonium, pignus, vel fidejuſſionem, ſive rem, quæ pignori dabatur, indicat. Gloſſ. Duſreſn. Unde vadiare, invadiare, eſt pignori ponere; disvadiare, rem oppignoratam redimere.

Digitized by Google

ſtrorum ad hoc ſpecialiter accedente. Ita quod omnibus utilitatibus, & proventibus hic deſcriptis, ſine alicujus uſuræ ſcrupulo idem Dominus Wladislaus Rex Poloniæ, ſuique Succeſſores uti, frui valeant, & gaudere; cui etiam omnes Incolæ, & Cives Civitatum, & Villarum prædictarum, tanquam nobis obedire, & de ſingulis cenſibus, proventibus, & obventionibus interim, quoad ab ipſo, vel ab eorum aliquo redimemus, terras, Caſtra, & Oppida, Civitates, & Villas easdem prædictus Dominus Wladislaus Rex Poloniæ, Succeſſoresque, Prælati, & Barones ejus poſſidebunt, & tenebunt, & habebunt tamdiu, quousque ſibi, aut ejus Succeſſoribus, Prælatis, aut Baronibus per nos, aut Succeſſores noſtros, prædicta triginta ſeptem millia ſexagenarum latorum groſſorum, Bohemicalis monetæ, boni, & juſti ponderis, aut valoris earundem in auro, & argento fuerint efficaciter perſoluta. Promittimus inſuper bona fide, & in verbo noſtro Regio, terras easdem, & Civitates, ac Villas ab omnibus injuriis, & impugnationibus quorumcunque extraneorum, ac ſi eas per nos poſſideremus, quamdiu idem Dominus Wladislaus Rex Poloniæ, & Succeſſores ipſius ſervaverint, defendere, & tueri; illo etiam non omiſſo, quod ſi aliquis de Regno noſtro Hungariæ easdem terras, Caſtra, Civitates, Oppida, & Villas ſub eodem Domino Wladislao Rege Poloniæ ſucceſſoribus, Prælatis, & Baronibus recuperaverit, aut acquiſiverit, ipſas ſine dolo, & fraude reacquirere, & ipſas eisdem reſtituere tenebimur, & debebimus. In caſu autem, quo ipſas acquirere non poſſemus, ex tunc ſibi, & ſucceſſoribus, Prælatis, & Baronibus ipſius, prædicta triginta ſeptem millia ſexagenarum reddere, & ſolvere promittimus bona fide; vel hujusmodi bona, aut alia conſimilia, & ejusdem valoris ſibi, & ſuis ſucceſſoribus in eisdem obligare. Si autem hoc facere non curaremus, aut neglexerimus, ex tunc ad omnia damna, quæ ex incompletione promiſſorum noſtrorum, & votorum in præſenti litera expreſſorum prædictus Dominus Wladislaus Rex, Succeſſores, Prælati, & Barones, ac Regnum ipſius perceperint, nos una cum Prælatis, & Baronibus reſarcienda, & refundenda promittimus, pro quibus Regni noſtri homines cujuscunque conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, & bona ipſorum areſtare, captivare, terrasque noſtras invadere, & ſpoliare, libere idem Dominus Wladislaus Rex Succeſſores, Prælati, & Barones, ac Regnum ipſius valeant, absque omni reſiſtentia, & contradictione noſtra, & noſtrorum, quouſque ſibi, Succeſſoribus, Prælatis, & Baronibus, ac Regno ſuo per nos, aut noſtros Succeſſores, Prælatos, Barones omnibus in præmiſſis fuerit integre ſatisfactum. Dum autem prædictas terras, Civitates, Oppida, & Villas ab eodem Domino Wladislao Rege Poloniæ, Succeſſoribus, Prælatis, & Baronibus ipſius redimere, & liberare voluerimus, ex tunc literam noſtram ſub ipſius ſigillo Majeſtatis noſtræ pendenti, ad eundem Dominum Wladislaum Regem Poloniæ,

Digitized by Google

niæ, vel ejus Succeſſores, Prælatos, & Barones Regni ejus ſcriptam demus per notabiles duos Conſules, unum videlicet de Lewczew, & alium de Caſſovia ipſis in Lublaw dirigere, & eam ſibi facere præſentari, ad ſignificandum intimare, quod ipſas terras, caſtra, & Civitates, Oppida, & Villas infra duos menſes continuos volumus de eodem Domino Wladislao Rege, vel ejus Succeſſoribus, Prælatis, & Baronibus liberare; ſi autem nos decedere contingeret, tunc duo Prælati, & totidem Barones Majores Regni noſtri Hungariæ, Sigillis eorum pendentibus in hoc caſu facere debebunt, & tunc a die inſinuationis, & aſſignationis literarum hujusmodi triginta ſeptem millia ſexagenarum latorum groſſorum boni, & juſti ponderis in auro puro, & argento, infra eosdem duos Menſes ad Caſtrum Dunawecz duci debebunt, & ibidem per hominem dicti Wladislai Regis Poloniæ Succeſſorum, Prælatorum, & Baronum ejus, quos ad id duxerint, deputandos, numerari, & numerata ſub ſalvo, ſecuro, & ſufficienti conductu noſtri, Succeſſorum, Prælatorum, & Baronum noſtrorum in Caſtrum Czorſtein importari, & adduci. Interim autem in Caſtro Dunavecz prædicto, quatuor potiores Poloniæ de terra Cracovienſi, & Sandecenſi, vel alter eorum, quos, vel quem Rex Hungariæ, vel Barones ipſius Regni tunc nominaverint, vel delegerint, videliçet die inſinuationis, pro perſolvendis pecuniis, & redemptione pignoris prædictorum facienda permaneant, ſive perſiſtant; ita tamen, quod præſentes eligantur, in Regno Poloniæ ubique exiſtentes, non impediti, tali infirmitate, quod venire non poſſent, quia impediti, illo non obſtante, alii loco impeditorum transmittantur, & per ipſum Wladislaum, Succeſſores, Prælatos, & Barones prædictos in obſtagium (t) eodem in Caſtro Dunavecz reponatur, nec ab inde recedere debeant, donec Caſtrum prædictum Lublaw, nec non aliæ Civitates, & Oppida prædicta nobis, & Succeſſoribus noſtris, ſive Prælatis, & Baronibus integre fuerint reſtituta, nulla etiam deceptione, excuſatione, contradictione, vel occaſione obſiſtente harum, quibus noſtrum, & Prælatorum noſtrorum Sigilla ſunt appenſa, teſtimonio literarum mediante.

Et nos Joannes Archiepiſcopus Strigon. Joannes Epiſcopus Jaurin. Nicolaus de Gara Regni Hungariæ Palatinus, Simon Comes de Rozgon Judex Curiæ Regiæ, Joannes de Pelſovicz Magiſter Tavernicorum Regalium, Ladislaus de Ujlak Banus. Machov. Joannes Banus de Maroth, Petrus de Peren Comes Ujvar. Emericus de Peren Secretarius, & Cancellarius Regiæ Majeſtatis, Joannes de Rozgon Theſaurarius Regiæ Majeſtatis, Matthæus Palocz Comes Borſod. Ladislaus de Pelſo-

(t) Obſtagius, ſeu Obſes.

Digitized by Google

Pelsovicz filius quondam Emerici Wajvodæ, Joannes de Boczena, (v) Benedictus Zudar de Makovicz Prælati, & Barones Regni Hungariæ promittimus bona fide pro nobis, & noſtris Succeſſoribus omnia prædicta per Dominum noſtrum Regem de voluntate, & beneplacito noſtro facta, & diſpoſita, ac promiſſa inviolabiliter ſervare. In quorum omnium fidem, & teſtimonium una cum Sigillo Domini noſtri Regis, Sigilla noſtra ſunt appenſa. Datum Zagrabiæ octava die Omnium Sanctorum Anno Domini MCCCCXII. Regnorum autem noſtrorum Hungariæ XXVI. Romanorum vero III.

XVI.

Sigismundus Rex Hungariæ Ewlenbachenſes eximit a ſolutione Tributi Regii. Datum in Strasburg. Anno Domini 1418.

EX AUTOGRAPHO.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c: Rex fidelibus noſtris univerſis, Caſtellanis, Officialibus, & Tributariis noſtris, ubilibet intra ambitum Regni noſtri Hung. conſtitutis, & alterius cujusvis ſtatus, & præeminentiæ hominibus, noſtra Regalia Tributa tam in terris, quam ſuper aquis, & ſignanter Epperies, & Kolinfalwa tenentibus, eorundemque Tributariis præſentibus, & futuris præſentium notitiam habituris Salutem, & gratiam. Quia nos juxta formam Decreti per nos ex deliberatione Prælatorum, & Baronum, Regnique noſtri Procerum ſalubriter ordinati univerſos, & ſingulos Mercatores, ac alterius ſtatus homines noſtros ab omni tributaria ſolutione in noſtris videlicet tributis Regiis, per eosdem de ipſorum rebus, & bonis ac mercimoniis alias fieri conſueta libertavimus, exemimus, liberosque habere volumus penitus, & exemptos: Veſtræ igitur, & cujuslibet veſtrum fidelitati firmiſſime præcipimus, & mandamus, quatenus amodo deinceps, & in antea a Providis Viris, Civibus, Hoſpitibus noſtræ Civitatis Ewlenbach terræ noſtræ Scepus. aut familiaribus, & hominibus

(v) Alii, & rectius legunt de Bohemia ſeu Cſech Familia hæc, quia ex ea nonnemo Tranſilvaniæ Præfecturam geſſit, arcemque Léva indeptus eſt, jam Wajdaffi, jam de Léva audiebat, floruitque ad Annum 1553. quo Joannes ultimus gentis exſtinctus eſt.

Digitized by Google

bus ipsorum præsentium ostensoribus, suisque mercibus, rebus, atque bonis quibusvis, nullum tributum, nullamve tributariam solutionem petere, & exigere, petique, & exigi facere directe, vel indirecte, quovis quæsito colore, præsumatis; sed finatis eosdem simul cum præmissis eorum rebus, & bonis, ac mercibus quibuscunque de locis hujusmodi Tributorum nostrorum absque impedimento, damno, & vexatione aliquali libere recedere, & abire, ac redire permitatis. Alioquin ultra indignationem nostram Regiam, quam juxta formam ipsius Decreti eo facto incurretis, pœna arbitraria nostræ Majestatis, cujus severitatem utique sentietis, vos, & quemlibet vestrum incompassibiliter puniri faciemus, de quo tandem nulli, nisi vestræ temeritati poteritis imputare. Secus igitur non facturi. Præsentes etiam post earum lecturam reddi volumus præsentanti. Datum in nostra Imperiali Civitate (x) Strasburg, in Festo Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum Anno Domini MCCCCXVIII. Regnorum nostrorum Anno Hung. &c. XXXII. Romanorum vero VIII.

XVII.

Sigismundus Rex Hung. remittit Quintoforensibus e censu Regio quatuor graves Marcas argenti minus uncia. Datum Budæ. Anno Domini 1424.

EX APOGRAPHO.

Nos Sigismundus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hung., Bohem. &c. Rex memoriæ commendamus tenore præsentium significantes, quibus expedit, universis: Quod, quemadmodum nos Civitati nostræ Quintoforo, in Terra nostra Scepus. constitutæ, per alias nostras Privilegiales literas, quibus mediantibus ex certis rationabilibus causis nostrum Regium animum ad hoc moventibus, in eisdem nostris literis sufficienter expressis, etiam quibusdam aliis nostris Civitatibus Regiis, in eadem terra Scepus. existentibus, in ipsis literis nominatim contentis, de nostro annuo Regio censu, seu collecta in sæpe notatis literis nostris specificatis, certam partem ejusdem census, seu

(x) Strasburg urbs Princeps Alsatiæ, haud longe ab Rheno fl. Latinis Argentina, vel Argentoratum.

Digitized by Google

ſeu collectæ, & præcipue prælibatæ Civitati Quintoforo de triginta una, & dimidia marca, & ſex (y) Neſk argenti, quas ejusdem Civitatis Hoſpites, & Inhabitatores pro annuo cenſu, ſeu collecta nobis, & Fiſco noſtro Regio ſingulis annis perpetue ſolvere tenebantur, graves marcas quatuor, minus uno Lot argenti, perpetuis temporibus relaxavimus, defalcavimus, & depoſuimus, ſicuti in præmiſſis noſtris Privilegialibus literis generalibus plenius, & clarius continetur. Ita & nunc per præſentes antedictæ Civitati noſtræ Quintoforo, de Prætactis triginta una, & dimidia, & ſex Nesk gravibus marcis argenti easdem graves marcas quatuor, minus uno Loth argenti, quas ſibi in prælibatis alteris literis noſtris relaxavimus, de plenitudine noſtræ Regiæ poteſtatis duximus perpetuis temporibus relaxandas, defalcandas, & deponendas; imo relaxamus, defalcamus, & deponimus harum noſtrarum patrocinio literarum. Iteque eadem Civitas, ipſiusque Hoſpites, & Inhabitatores, amodo in antea, a data præſentium pro annuo cenſu, ſeu collecta nobis. & Fiſco noſtro Regio ſingulis annis duntaxat graves marcas viginti ſeptem, & dimidiam, & tres Loth argenti ſolvere tenebuntur. — — Datum Budæ in Feſto B. Margarethæ Virg. & Mart. Anno Domini MCDXXIV. Regnorum noſtrorum anno Hung. &c. XXXVIII. Romanorum XIV. & Bohemiæ IV.

XVIII.

(y) Nesk, Neſſik, Nehezégh, vox, ut apparet, Hungarica certum pondus indicans. Hanc Laurentius Hylbrandi de Wagendritzel Iglovienſium ſacer Curio, qui anno 1520. floruit, & geſta ſui temporis adnotavit, latine compellat Setinum, Piſetum, aitque triginta antiquos Denarios Scepuſienſes, quorum trecenti, & viginti unum florenum effeciſſent, complexum eſſe.

Digitized by Google

XVIII.

Sigiſmundus Imp. & Rex Hung. Iglovienſium Privilegia, quæ Huſſitæ partim diripuerant, partim exuſſerant, novis literis adfirmat. Datum in Tatha Anno Domini 1435.

EX APOGRAPHO.

Nos Siniſmundus Dei gratia Romanorum Imperator Semper Auguſtus, ac Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit, univerſis. Quod venientes in conſpectum noſtræ Serenitatis fideles noſtri Eraſmus Halbſuch, & Haumannus Ungerathen, Cives novæ Civitatis noſtræ Iglow, nominibus, & in perſonis Majeſtati noſtræ lamentabili voce curarunt ſignificare: Quomodo pridem nobis in exteris partibus, & Regionibus pro ſuſceptione Coronarum noſtrarum Imperialium per nos Divino auxilio jam feliciter, & votive adeptarum laborantibus illi perfidiſſimi Hæretici Huſſitæ, & Thaboritæ in Regno noſtro Bohemiæ, & Marchionatu Moraviæ in deſpectum totius Orthodoxæ fidei populando, quos errore eorum devio, opitulante Altiſſimo, a quo bona cuncta procedunt, noſtris maximis laboribus, & fatigiis in majori parte eliminato, & expurgato ad gremium Sanctæ Matris Eccleſiæ, & ad noſtræ Majeſtatis, uti Domini eorum naturalis obedientiam reduximus, prædictam Terram noſtram Scepuſ. hoſtiliter ſubintrantes, & inter cætera annotatam Civitatem noſtram Iglow ſurripientes devaſtâſſent, & combuſſiſſent, univerſaque Privilegia, ac literas, & literaria eorum Inſtrumenta ſuper libertatibus, & prærogativis, & gratioſis indultis per Divos Reges Hungariæ, noſtros ſcilicet Prædeceſſores, & conſequenter per noſtram Majeſtatem eis gratioſe datis, & conceſſis, quibus usque in præſentiarum freti fuiſſent, & gaviſi, cum cæteris bonis, & rebus eorum abſtuliſſent, propter quod formidarent temporum in proceſſu ipſis, & eorum poſteris periculum poſſe imminere. Supplicantes præfati Eraſmus Halbſchuch, & Haumannus Ungerathen Jurati Cives dictæ novæ Civitatis noſtræ Iglow ſuis, ac aliorum, quorum ſupra, nominibus noſtro culmini prece ſubjectiva, ut infra ſcriptas libertates, & prærogativas denuo, & ex novo eis concedere, ac noſtro Privilegio roborare dignaremur. Nos itaque, qui cunctorum fidelium noſtrorum incommoditates Imperialibus, atque Regiis ſolemus ſemper remediis reſtaurare, hujusmodi humillimis, & devotis ſupplicationibus eorundem Eraſmi, & Haumanni Juratorum

rum Civium culmini noſtro modo, quo ſupra, propterea porrectis, Imperiali, atque Regali pietate exauditis clementer, & admiſſis prædictis Judici, Civibus& (z) Hoſpitibus prætactæ novæ Civitatis noſtræ, Iglow vocatæ, ac ipſorum poſteritatibus univerſis, ut iidem eo melius, & ſolertius montana argenti, Mercurii, cupri, Chalybis, & ferri in Territorio ejusdem Civitatis noſtræ Iglow habita colere, & laborare poſſint, has libertates perpetuis ſucceſſivis temporibus univerſis duraturas, denuo, & ex novo duximus annuendas, & concedendas; imo annuimus, & concedimus tali modo: Quod ipſi in prædicta nova Civitate noſtra Iglow liberam ſtateram, ſeu menſuram ad ponderandum, & per pondus menſurandum res venales aptas & neceſſarias inſtruere, inibique cuprum, plumbum, chalybem, & ferrum in prædictis montanis proveniens, ceramque, & ſepum, ac alias res venales ponderari, & per ponderationem vendi, emi, & commutari ſolitas, per ipſos, aut per alios quoslibet Mercatores tam Regnicolas noſtros, quam (a) forenſes, ad eandem novam Civitatem noſtram Iglow apportandum, & adducendum ponderare, & per pondus menſurare, nec non pro aliis mercimoniis, & rebus venalibus, quæ in eandem novam Civitatem noſtram Iglow per quoscunque Mercatores, & Inſtitores intraneos ſcilicet, & forenſes qualitercunque & quandocunque importandum cauſa forizationis, & negotiationis adducuntur, & apportantur commutare, vendere, & venditioni exponere valeant, atque poſſint. Annuimus, & concedimus prætactis Civibus, Mercatoribus, & Incolis novæ Civitatis noſtræ Iglow prænotatæ, ut ipſi præter currus magnos ſummarios vulgo Mázaſſzekér vocatos, qui more antiquo in certis Civitatibus, & locis Regni noſtri Hungariæ ad id ſpecialiter deputatis deponi, & disligari ſolent, currus communes mediocres, & leves, qui pannos in talis modi curribus communibus, mediocribus, & levibus ſub pauco, & moderato numero per fora hinc inde cauſa forizationis, more alias ſolito deferre conſueverunt, & per ſe tantum in ipſam novam Civitatem noſtram Iglow inducere, ac cum eisdem pannis negotiari, eosdemque per menſuram Ulnæ, aut alio modo vendere, & venditioni exponere valeant, atque poſſint, ſine contradictione, & impedimento quorumlibet aliquali. Item quod in prædicta nova Civitate noſtra Iglow in Dominica, qua tempore Quadrageſimali cantatur officium: *Lætare Jeruſalem*, ac in feſtivitatibus Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis Mariæ glorioſæ, & B. Martini Epiſcopi, & Confeſſoris: nec non quatuordecim diebus ipſos dies

(z) Hoſpites apud Hungaros dicuntur partim inductæ ex vicinis regionibus coloniæ, partim Villarum, Oppidorumque Incolæ, quos alii manſionarios vocant, qui ſcilicet domos incolunt ſub cenſu annuo. Ita Belius in Ritu explorandæ veritatis per judicium ferri candentis ad §. V.

(a) Forenſes exteri, advenæ ex aliena Provincia, qui fora frequentant.

Digitized by Google

dies Dominicos, & feſtivitates præcedentes, & aliis quatuordecim diebus ſingulis annis nundinæ liberæ ſeu fora annualia: Item forum hebdomadale liberum cunctis feriis ſecundis, in omni ſeptimana ſub omnibus libertatibus, & prærogativis, quibus nundinæ, ſeu fora annualia, ac hebdomadalia aliarum noſtrarum liberarum Civitatum celebrantur, absque præjudicio nundinarum, ſeu fororum annualium, ac hebdomadalium aliorum locorum celebrentur. Item quod ipſi ſilvis circa domos eorum Allodiales intra metas ejusdem novæ Civitatis noſtræ Iglow, exiſtentes habitis, non pro aliis uſibus eorum, ſed tantum pro cultura Montanarum ibidem exiſtentium more alias ſolito, & conſueto uti valeant, atque potiri. Item quod ipſi, & eorum quilibet cum univerſis eorum rebus mercimonialibus, cujuscunque generis exiſtant, demptis ſolummodo rebus, & bonis, atque animalibus per nos extra limites Regni noſtri Hungariæ deferri, & educi prohibitis, & in futurum prohibendis tam intra, quam extra Regnum noſtrum Hungariæ, ſolutis in locis Triceſimarum, & Tributorum de jure ſolvendis, juxta libitum voluntatis ipſorum hinc inde ire, proficiſci, ac negotiari, & eorum mercantias, & negotiationes facere, & exercere valeant, atque poſſint. Et nec eos in hujusmodi ipſorum negotiationibus proficiſcentes, ad cujusvis inſtantiam judicare, vel ſuo adſtare judicatui compellere, aut res, & bona eorum areſtare, ſeu prohibere facere præſumant, & debeant quovis modo, præſertim pro debitis, delictis, & exceſſibus aliorum, quin imo ſiquis quidquam actionis, vel quæſtionis contra ipſos habuerit, id perſequatur ſuper eosdem coram Judice, & Juratis Civibus novæ Civitatis noſtræ Iglow prænotatæ, qui ex parte eorum, omne contra ipſos querulantes judicium, & juſtitiam miniſtrare tenebuntur, juris ordine obſervato: Aliis etiam cunctis Juribus, libertatibus, immunitatibus, & prærogativis, quibus ipſi ex Divorum Regum Hungariæ, noſtrorum ſcilicet Prædeceſſorum, gratioſa conceſſione hactenus rite; & legitime uſi fuerunt, & gaviſi, utantur, gaudeant, & fruantur; eosdem etiam Cives, populos, Mercatores, & Incolas ipſius novæ Civitatis noſtræ Iglow, ac ipſorum poſteritates in omnibus libertatibus eorum per nos ipſis, ut prædicitur, gratioſe conceſſis, per Magiſtratum Tavernicorum noſtrorum, & Comites Terreſtres Terræ noſtræ Scepuſ. pro tempore conſtitutos, noſtra authoritate ipſis, præſentibus in hac parte attributa, & juſtitia mediante tueri, protegi, & defenſari volumus, & mandamus futuris ſucceſſivis temporibus univerſis, ex præſenti noſtræ Majeſtatis annuentia, & gratioſa conceſſione ſpeciali. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam præſentes conceſſimus literas noſtras Privilegiales, præſentis novi noſtri pendentis duplicis autentici ſigilli, quo ut Rex Hungariæ utimur, munimine roboratas. Datum in Tatha in in feſto B. Nicolai Epiſcopi, & Confeſſoris. Anno Domini MCDXXXV.

Digitized by Google

Regnorum noſtrorum Anno Hung. &c. XLIX. Romanorum XXVI. Bohemiæ. XVI. Imperii vero III.

XIX.

Mandatum Wladislai Regis ad Oppida Saxonica Scepuſienſia, ut deinceps ſibi eligant communem Comitem, qui Keſmarkini reſideat. Datum. Budæ Anno Domini 1440.

EX AUTOGRAPHO.

Wladislaus Dei gratia Hungariæ, Poloniæ &c. Rex, Lithuaniæque Princeps ſupremus, & hæres Ruſſiæ: fidelibus noſtris univerſis, & ſingulis Judicibus, Juratis, cæterisque Civibus XXIII. Civitatum noſtrarum; Terræ noſtræ Scepuſ. dempta Civitate (b), Kapoſzta falva vocata, ſalutem, & gratiam. Quamvis XIII. Civitates prædictarum XXIII. Civitatum, eo videlicet tempore, quo eædem pignoris titulo nos concernebant, ſeorſim & de per ſe elegerint, & habuerint Comitem Parochialem; tamen expoſt, Deo opitulante, in hujus Regni Regem electi, & ſolenniter in eodem coronati, dictas XIII. Civitates, una cum aliis prædictis unitas, habere, & ſub uno Comitatu diſpoſuimus relinquere, volumusque & conſervare, pro cujus quidem Comitatus loco, ſeu ſede Civitatem noſtram (c), Kezmark vocatam, duximus deputandam, & deputamus per præſentes. Fidelitati igitur veſtræ firmiter præcipientes mandamus, quatenus viſis præſentibus, vos unum Comitem Parochialem vobis veſtri e medio, more alias conſueto, eligere, & præficere debeatis, & teneamini. Alioquin commiſimus, & harum ſerie committimus fidelibus noſtris, Nicolao, & Paulo de Perén, Capitaneis dictæ Civitatis noſtræ Kezmark, ut ipſi vos ad id faciendum una per ablationes rerum, & bonorum veſtrorum arctius compellant, & adſtringant, authoritate noſtra præſentibus eisdem in hac parte attributa mediante; ſalvo tamen jure fidelis noſtri Magnifici Stephani de Roz-

(b) Cur Kapoſzta falvam ſeu Villam compoſiti exceperit Wladislaus, nihil, quod pro certo adferam, occurrit; fortaſſe ex eo, quia Nobili cuipiam obligata erat, atque adeo jure, & libertate Saxonum exciderat. Innuere iſtud videtur Rex ipſe, cum jura Stephani de Rozgon ſarta, tectaque vult remanere.

(c) Alias enim Comes Leutſchoviæ reſidebat, ibidemque Saxonibus jus dicebat. V. Diploma Caroli I. Num. VI.

Digitized by Google

Rozgon, Comitis noſtri Poſonienſis, vel aliorum quorumcunque, ſi quod in eodem Comitatu haberent, remanente, præſentibus denique perlectis exhibenti reſtitutis. Datum Budæ feria 6. proxima poſt feſtum B. Thomæ Martyris. Anno Domini MCCCCXL.

XX.

Wladislaus I. Rex Hung. & Poloniæ concedit Podolinenſibus jus. quod vocant, Depoſitorii Mercium. Datum Budæ. Anno Domini 1442.

EX APOGRAPHO.

Wladislaus Dei gratia Hungariæ, Poloniæ, Dalmatiæ &c, Rex, Lithuaniæque Princeps ſupremus, & Hæres Ruſſiæ &c. ſignificamus tenore præſentium, quibus expedit univerſis: Quia nos attendentes magnam fidem fidelium noſtrorum Oppidanorum in Podolynecz, qua conſtanti animo ſe erga noſtram geſſerunt, & continuo gerunt Majeſtatem, ipſum Oppidum ab hoſtium (d) incurſibus pro honore noſtro præſervarunt, & non minus etiam penſatis eorum gravibus damnis, quæ ipſi ſtantibus guerris præſentibus, in eorum facultatibus, & bonis perceperunt, ut ſic ipſa damna recuperare, & ab iisdem aliquantulum reſpirare valeant, & tandem etiam poſſint ipſius Oppidi conditionem recipere meliorem, ipſis de gratia noſtra ſpeciali depoſitum generale omnium Mercantiarum quorumcunque Mercatorum, & undecunque venientium de cætero more aliarum Civitatum, depoſitis ſimilibus gaudentium, ibidem habendi, & procurandi ſtatuimus, facimus, indicimus, & ordinamus, tenore præſentium mediante, & tamdiu inde exercendum, quamdiu noſtræ libuerit voluntati, decernentes nihilominus præſentis Scripti patrocinio, quoscunque Mercatores ſe a tali ibidem ſervando depoſito ſubtrahentes per Capitaneum noſtrum Lublovienſem, & ipſosmet oppidanos in Podolynecz ad faciendum, & procurandum hoc idem depoſitum cogi debere, & compelli harum teſtimonio litterarum, quibus Sigillum noſtrum eſt ſubappenſum. Datum Budæ, Sabbatho die, ipſo feſto S. Thomæ Pontificis, & Martyris glorioſi. Anno Domini MCDXLII.

XXI.

(d) Giskræ nempe, & Bohemorum, qui ab Eliſabetha Alberti Regis Vidua ſtabant.

XXI.

Sigiſmundus I. Rex Poloniæ confirmat Podolinenſibus libertates a Deceſſoribus Regibus conceſſas. Datum Cracoviæ. Anno Domini 1537.

EX APOGRAPHO.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Univerſa quidem Regum, & Principum præclare geſta digna reputantur, quæ æternitati per literarum adminicula conſecrentur; ſed tamen ea non in poſtrema parte reponenda eſſe judicamus, quæ ad commoda ſubditorum benignitate Regia propaganda conſtituuntur; id enim demum eſt clementiæ Regiæ, omnibus bonis prodeſſe; ſed maxime iis, qui jugum Imperii Regii cum fide ferre dignoſcuntur, benigne agere velle. Proinde nos Sigiſmundus I. Dei gratia, Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, &c. manifeſtum facimus tenore præſentium, quibus expedit, univerſis tam præſentibus, quam futuris, harum notitiam habituris: quod nos, reputantes nobiſcum egregiam virtutis, & fidei conſtantiam ſubditorum Regni noſtri Oppidanorum, Oppidi Podolinyecz in Diſtrictu Scepuſ. conſiſtentium, quam erga nos, & Regnum noſtrum conſtantiſſime ſemper retinuerunt, horum igitur intuitu volentes ipſis beneficentia noſtra Regia prodeſſe, ita ut dicti Oppidani, ejusque Incolæ meliora in dies capere poſſint rerum ſuarum incrementa, intelligentesque a Prædeceſſoribus noſtris Sereniſſimis Regibus, & Principibus Poloniæ, duo fora annualia: videlicet unum in Inventionis; & aliud in Exaltationis feſto ſanctæ Crucis; & unum ſeptimanale ſingulis feriis quintis celebrandum inſtituta, & indicta fuiſſe, quorum continuatione, & perpetuo uſu dictum Oppidum non Vulgaria adjumenta rerum ſuarum perciperet, ea ipſa fora annualia duo, & unum ſeptimanale confirmandum, & approbandum, ac denuo indicendum duximus; prout approbamus, ratificamus, ac indicimus, pro indictisque, & inſtitutis haberi volumus, & decernimus tenore præſentium mediante; citra tamen aliorum oppidorum, & Civitatum noſtrarum, in vicinia circumquaque exiſtentium, præjudicium, & detrimentum, ita, quod omnes, & ſinguli homines ſexus utriusque, cujuscunque ſtatus, & conditionis fuerint, ad hoc ipſum Oppidum Podolynecz pro foris prædictis annualibus, & ſeptimanalibus confluere poſſint ſingulis annis, & ſeptimanis reſpective cauſa emendi, vendendi, res pro rebus, & merces pro mercibus per-

permutandi, cambiandi, & alia negotiationis genera exercendi, venientesque in accedendo, & redeundo noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum ſerenitate, & libertate potiantur, & gaudeant, niſi tales ſint, quos jura, & leges fovere non permittant, & quibus proborum hominum conſortia merito eſſent deneganda. Inſuper autem cupientes, ut dictum Oppidum noſtrum majus, ac majus in dies in rebus ſuis tam publicis, quam privatis capere poſſit commodum, & incrementum, ad noſtraque, & Reipublicæ Regni noſtri ſervitia reddantur promptiores, ipſis Emporium, ſive Depoſitorium Generale, quod antea ab ſereniſſimo olim Wladislao, Rege Poloniæ, Prædeceſſore noſtro, fuit eis permiſſum, etiam eis permittimus, & inſtituimus, ita videlicet; ut omnes, & ſinguli Mercatores, cum omnibus mercibus, cujuscunque generis, & ſpeciei exiſtentes, & undecunque venientes, res, & merces ſuas, in eodem Oppido noſtro profiteri, easque deponere, & illic vendere debeant, & teneantur, more aliorum Emporiorum, in aliis Civitatibus Regni noſtri ſervari ſolitorum; idque ad noſtræ voluntatis beneplacitum duntaxat durare debebit. Contrafacientes autem per Capitaneum noſtrum Lubtowienſem, & per eosdem Oppidanos detineri poterunt, & debebunt, pœnasque prætergreſſi Emporii dare. Volentes præterea, ut dicti Oppidani noſtri de Podolinyecz omnimodam beneficentiam noſtræ Clementiæ agnoſcant, & ad majorem promerendam promptos ſeſe reddere ſtudeant, & diligentes, omnia jura, libertates, immunitates, & prærogativas eidem Oppido a Prædictis Sereniſſimis Regibus, & Principibus Poloniæ Prædeceſſoribus noſtris conceſſas; licitas tamen, & honeſtas, & in quorum uſu, & poſſeſſione continua usque ad hoc tempus permanſerunt, authoritate noſtra Regia approbamus, ratificamus, & confirmamus, præſentibus decernendo, eas robur debitum, & perpetuum obtinere debere. Harum teſtimonio literarum, quibus ſigillum noſtrum eſt appenſum: *Actum, & datum Cracoviæ feria ſecunda prox. poſt Dominicam Palmarum. Anno Domini MDXXXVII. Regni vero noſtri Anno XXXI. Præſentibus Reverendiſſimo, & Reverendis in Chriſto PP. Dominis Andrea Cuyzky Archiepiſcopo Gneſnenſi, Legato Nato, & Primate; Joanne Latalſzky Cracov. Joanne Carnkowszky Wladisl., Joanne Chojemszky Plocenſ. ac Regni noſtri Cancellario, Petro de Gamratis Przemisl. Sebaſtiano Branyiczky Camenec. Epiſcopis: nec non Magnificis, Venerabilibus, & Generoſis Petro Kmytha, Comite in Wiſnyicze, Palatino, & Capitaneo Cracov. Regni noſtri Archimarchalco, Scepuſ. Premisl. & Colenſi Capitaneo, Petro de Gorimino Palatino Mazoviæ, & Capitaneo Czernichev. Nicolao Wolsky Sandomir. & Sereniſſimæ Conjugis noſtræ Magiſtro Curiæ, Sanoc. Lanſcron. Lomzen. & Viznen. Capitaneo, Petro de Oppalenicza Gneſnen. & Sereniſſimi Domini Sigiſmundi Regis Poloniæ, Junioris Filii noſtri chariſſimi, Magiſtro Curiæ,*

Laurentio Miſzkowſzky Sandec. Spitkone de Tarnow. Radom. Regni noſtri Theſaurario, Joanne Dzierkoczky — Caſtellanis; Stanislao Olesnuzky Decano Cracov. Stanislao Tarlo Archidiacono Lublin. Samuele Maczejowſzky, & Joanne Vilamowszki Cantore Cracov. Canonicis Cracov. Secretariis noſtris; Martino Wolsky Tribuno, & Burggrabio Cracov. Theſaurario Curiæ noſtræ, Joanne Tarlo de Szczekarzemicze ſtructore menſæ noſtræ, aliisque quam plurimis, Dignitariis, Officialibus, & Aulicis noſtris teſtibus, ad præmiſſa. Datum per manus fidelis noſtri Præfati Reverendi in Chriſto Patris, Domini Johannis Chojenszki. Epiſcopi Plocenſis, & Regni noſtri Cancellarii, ſincere nobis dilecti.

Johannes Epiſcop. Plocenſ. Regni
Poloniæ Cancell. Manup.

XXII.

Idem Sigiſmundus Rex Poloniæ rata habet omnia Privilegia XIII. Oppidanarum. Datum Cracoviæ Anno Domini 1539.

EX APOGRAPHO.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum omnes actiones humanæ ita fluxæ, & caducæ ſint, ut in hominum oblivionem facile veniant, ſi non fuerint literis poſteritati commendatæ: Atque ideo nos Sigiſmundus hujus nominis I. Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, nec non Terrarum Cracoviæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cujaviæ, Ruſſiæ, totiusque Pruſſiæ &c. Maſoviæ, Culmenſ. Elbing. Pomeraniæque &c. Dominus, & Hæres, manifeſtum facimus harum ſerie literarum univerſis, & ſingulis tam præſentibus, quam futuris: Quod tametſi in felici Coronatione noſtra omnibus populis, nobis ſubjectis, jurejurando promiſimus, omnia jura, Privilegia, libertates, decreta, & immunitates illis in genere, & in ſpecie per Anteceſſores noſtros juſte, & legitime conceſſa, & conceſſas firmiter, ac inviolabiliter tenere, obſervare, defendere, ac manutenere: Tamen ad juſtam ſupplicationem fidelium noſtrorum dilectorum, Egregiorum, Nobilium, ac Providorum Gregorii Glatz, Comitis XIII. Civitatum noſtrarum Regalium, Stephani de Varallya, Notarii Terræ Scepuſ. Antonii Titel cum ſibi adiunctis ſubditis noſtris, in prædictis XIII. Civitatibus Scepuſ. ad nos medio ſpectabilis

Digitized by Google

bilis, ac Magnifici (e) Petri Kmita de Wisnyecz Palatini, & Generalis Capitanei Cracov. Regni noſtri ſummi Marſchalci, tum Scepuſ. Premisl. & Colenſ. Præfecti, ſincere nobis dilecti, porrectam, & imprimis pro noſtra ſumma erga illos ipſos ſubditos noſtros animi Regii propenſione, ac clementia, qui ab eo tempore, quo ad Regnum noſtrum Poloniæ acceſſerant, & incorporati ſunt, omni fide, ſinceritate, & integritate nobis, & Anteceſſoribus noſtris ſervierunt, nihil reformidando, omnes fortunæ impetus, quales quales illi ſint, excepere, ac pro nobis, & Regno noſtro Poloniæ fideliter, ac conſtanter ferre, atque etiam perferre; illis ergo omnia jura, Privilegia omnia, Libertates omnes, Decreta, & immunitates a nobis, & clariſſimæ memoriæ Hungariæ, & Poloniæ Regibus juſte, & legitime conceſſa, & conceſſas, in quorum, & quarum uſu hucusque fuerunt, & de præſenti ſunt, in omnibus eorundem Privilegiorum punctis, Clauſulis, Articulis, & conditionibus, non per errorem, aut improvide; ſed ex noſtra certa ſcientia ac de conſilio Conſiliariorum noſtrorum, in his Comitiis Generalibus Regni exiſtentium, confirmandum, approbandum, & ratificandum duximus, confirmamusque, approbamus, & ratificamus præſentibus literis noſtris Decernentes ea, & illas robur debitæ firmitatis obtinere temporum in proceſſu. Quocirca vobis ſupraſcripto ſpectabili, ac Magnifico Petro de Wiſnyecz Patatino, & Capitaneo Cracov. Regni noſtri ſummo Marſchalco, Scepuſ. Premisl. & Colenſi Præfecto moderno, & aliis Capitaneis Scepuſ. pro tempore exiſtentibus committimus, atque etiam jubemus, ut dictos ſubditos noſtros XIII. Civitatum Scepuſ. in omnibus eorum juribus, liber atibus, & immunitatibus, ſicut præfertur, per nos confirmatis, conſervetis, manuteneatis, & defendatis, conſervarique, tueri, ac defendi per veſtros Vice gerentes curetis, quo gratia noſtra, & officio veſtro facturi. In quorum omnium fidem, & teſtimonium ſigillum noſtrum eſt appreſſum. *Datum in Conventione Generali Cracovienſi, feria quinta ante Dominicam Reminiſcere Anno Domini MDXXXIX. Regno vero noſtri Anno XXXIII. Præſentibus Reverendis in Chriſto PP. DD. Petro de Gamratis Cracov. Luca de Gorka Wladislav; Stanislao de Oleſznicza Poſnanienſ. Sebaſtiano Braniczky Chelmenſ. Epiſcopis; Nec non Magnificis, Veneratis, & Generoſis Joanne de Tarnow Caſtellano Cracov. & Capitaneo Sandomir. Petro Kmita a Viſnicz Palatino, & Capitaneo Cracov. Regni noſtri ſummo Marſchalco, ac Scepuſ. Premisl. & Colenſ. Capitaneo, Joan-*

(e) Viri hujus nomen in Diplomatibus noſtris frequens eſt, Quare, ſi placet vitam ejus legere potes Dlugoſſi Hiſtoriæ Polon. Tom. II. Edit. Lipſienſ. Anni 1712. pag. mihi 1607, & ſeq.

Digitized by Google

ne de Tanczyn Sandomir. ac Bebrenſ. Chelmenſi, Rathnenſi, & Craſnoſtav. Capitaneo, Petro Firley de Drabonicza Lublin. & Radom. Capitaneo. Felice Srzensky Plocenſ. & Mariæburg. Capitaneo, Nicolao Gorimſzky Maſoviæ Palatino, Nicolao Volsky Sandomir. Sereniſſimæ Dominæ Bonæ Reginæ Curiæ Magiſtro, ac Sanoc. Lanskron. Lomzcon. & Veſznenſ. Capitaneo, Spitkone de Tarnow Radom. Regni noſtri Theſaurario, ac Krepienſ. Capitaneo, Severino Bonorum. Biecenſ. Zuppario, & Magno Procuratore noſtro Cracov. & Oſvecim. Zator. Capitaneo, Caſtellanis; Paulo de Wola Regni noſtri Cancellario, Capitaneo Goſtim, & Burgravio Cracov. & Samuele Maciejovsky Decano Cracov. ejusdem Regni Vice-Cancell. Stamiſtao Slasky Præpoſito Poſnanienſ. Paulo Kraſſonſzki Varſov. & OO. SS. Præpoſito, Benedicto Idzhenſzky Gneſn. Cracov. & Sandomir. Canonicis, Secretariis noſtris; Joanne Dobrzikonsky Servitore Menſæ noſtræ, Auguſtino Kotfier Præfecto ſtabuli noſtri, Cæterisque Dignitariis, Officialibus, & Aulicis noſtris, Teſtibus circa præmiſſa fide dignis ſincere, & fideliter dilectis. Datum per manus præfati Magnifici Pauli de Wola, Regni noſtri Cancellarii, Capitanei Goſtin. & Burgrabii Cracov. ſincere nobis dilecti.

XXIII.

Literæ Conventus Carthuſianorum de Lapide Refugii, quæ continent amicam compoſitionem inter Oppidanos Szomolnok, & Stoſſienſis Dat. ex Conv. eodem Anno Domini 1539.

EX APOGRAPHO.

Nos Balthaſar Prior, ac Conventus Clauſtri Lapidis Refugii Ordinis Carthuſienſis memoriæ commendamus per præſentes univerſis: Quod, quia inter nos, ſubditosque noſtros de ſtoſs, ac Prudentes, & Circumſpectos Judicem, ac Juratos, & totam communitatem Civitatis Szomolnokienſis, ratione variorum negotiorum, potiſſimum veteris conſuetudinis, controverſiæ ortæ fuerant, volentes plenarie, & tranquille cum eis in futurum vivere, opera Venerabilium, & Egregiorum Dominorum Mediatorum, utrinque electorum his conditionibus concordavimus perpetuo duraturis: videlicet, ut Judices, & Jurati de ſtoos, quomodocunque eligantur, teneantur ſeſe præſentare coram dictis Judice, & Juratis, poſtulaturi authoritatem judicandi, quæ eis eſt conceſſa usque decem florenos, eamque non excedant; ſi autem cauſæ majoris mo-

Digitized by Google

momenti emerſerint, inter ipſos Colonos de ſtoos, ſive alienos de eis, illas in jus dictæ Civitatis remittere, tum etiam cauſarum appellationem more veteri illuc transmittere teneantur. Nam a jure dictæ Civitatis ſolet etiam appellatio fieri ad Gilniciam, veluti ad jus ſuperius, inde vel ad Dominum eorum, vel in ſedem Comitatus Terræ Scepuſienſis. Item quandocunque ex dictis Colonis noſtris quispiam citaretur, in jus eorum teneatur comparere, & ſeſe juſtificare. Item, quia dicta Villa noſtra Stoos cognoſcitur eſſe ſita intra metas dictæ Civitatis, quæ laboribus dictorum ſubditorum noſtrorum in culturis fodinarum utitur, eisdem Colonis univerſis præſentibus, & futuris ipſa Civitas id annuit benevole, non coacte; ut ſilvis, agris, pratis ejus Civitatis in Valle ejusdem Villæ noſtræ, & circum circa adjacentibus, ad omnem laborem, uſum, & commodum ipſorum ſubditorum noſtrorum libere ſemper absque ulla ſolutione utantur, ſalvis juribus, & Privilegiis ipſius Civitatis. — — Item, quod Carbones ſine conſenſu Civitatis alienis non vendant: Item quandocunque per Dominum dictæ Civitatis, eidem imponerentur vina, vel piſces; tunc ſemper quartam partem talium rerum inter eosdem Cives dare debeant: ſi vero taxa imponeretur, ſeptimam partem noſtri ſolvant: Item vina noſtri libere valeant propinare, tamen ut educillationem dictis Civibus ſignificent: Item quando in expeditionem, vel aliam publicam defenſionem pedites dari mandabuntur, tunc in medium Civitatis pedites dare debeant pro conditione neceſſitatis, rei magnæ, vel parvæ, & juxta Nobilitatis imitationem. Et quia Plebanus dictæ Civitatis pro veteri more ad Eccleſiam dictæ Villæ noſtræ miniſtrare ſolet, teneantur ſibi reſpondere dicti noſtri Coloni de omnibus proventibus, ab antiquo dari ſolitis; videlicet decimas integras frugum, apum, & a ſingula domo ſingulam gallinam, & ſingulum caſeum ab illis, qui Vaccas habent, & ſingulos denarios octo ab illis hoſpitibus, qui non ſeminant, & a ſingulis inquilinis denarios quatuor: Item baptiſmales, Confeſſionales, Offertoria, Cruciales. Ipſe etiam Plebanus teneatur conſtituta, & ſolita Officia in ipſa Eccleſia noſtra ſupplere pie, & Chriſtiane: hoc eſt, in duabus hebdomadibus die Dominico Miſſam unam cum prædicatione, ſingulis feſtis Apoſtolorum, B. V. M. Paſchæ, Natalis Chriſti, Pentecoſtes, Ramis Palmarum, Concionem Paſſionis magna feria ſexta. Item alia Sacramenta Eccleſiæ, quandocunque poſtulat neceſſitas, teneatur adminiſtrare (f). Quæ omnia, ut firmius ſerventur, & ne futuris temporibus variari valeant, præſentes literas noſtras præfatæ civitati pro futura cautela Jurium tam noſtrorum, quam illius, ſigillo noſtro autentico munitas dedimus; præſentibus mediatoribus Venerabili-

(f) Poſteaquam Stoſſium ad dignitatem Oppidi Metallici evectum eſt, & loco ſacer Curio datus, pleraque puncta locum non habent.

Digitized by Google

bus Dominis Magiſtris Euſtachio de Eperies Vicario, Martino de Lupky Parocho (g) Bethanienſi, Canonicis Eccleſiæ Scepus. Item egregiis Balthaſare Szakats de Petrócz Vice Comite Comitatus Scepuſienſis, Petro Polyankaj de Polyanka, Friderico de Berzöcze, Georgio de Edesfalva Iudlium dicti Comitatus, & Joanne de Ganſalva. Datum ex Conventu noſtro in feſto Sancti Philippi, & Jacobi Apoſtolorum. Anno Domini MDXXXIX.

XXIV.

Literæ Sigismundi Regis Poloniæ ad Ferdinandum Regem Hung. quibus eundem rogat, ut transeuntes per Scepuſium Milites coërceat, neve cauſas XIII. Oppidanorum longius duci ſinat. Datum Oſtrowiæ. Anno Domini 1555.

EX APOGRAPHO.

Sereniſſimo, & Excellentiſſimo Principi Domino Ferdinando, Divina favente Clementia, Romanorum Regi ſemper Auguſto, ac Hungariæ, Bohemiæ &c: Regi, Infanti Hiſpaniarum, Archiduci Auſtriæ, Duci Burgundiæ, Marchioni Moraviæ, Comiti Tyrolis &c: Patri noſtro obſervandiſſimo Sigismundus Auguſtus, Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Litvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Mazoviæ &c: Dominus, & Hæres ſalutem, & noſtri Filialis amoris continuum incrementum. Sereniſſime, & Excellentiſſime Princeps, Pater noſter obſervandiſſime. Copias Majeſtatis Veſtræ, quæ in Hungariam ad reprimendas Turcarum incurſiones mitti ſolent, per ditionem noſtram Scepuſienſem iter facere intelleximus. Poſtulamus itaque a Majeſtate Veſtra, providere velit, ne quid Milites iis damni dent, per quos tranſitum habent. Præterea vero, ut ſuis omnibus Præfectis, & Judicibus in Regno Hungariæ mandet, quoties ab illis per noſtros homines juſtitia imploratur, ne judicium differant, quod facere ſolere dicuntur; ſed ſuum cuique adjudicent. Quorum utrumque confidimus Majeſtatem veſtram, pro paterno in nos amore non gravatim facturam,

(g) Bethania Hung. Mindszent. Slav. Blaczovcze, locus in Scepuſio, inducta non dudum Curſoris publici ſtatione notus.

Digitized by Google

ram, cui nos commendamus. Datum in Oppido Oſtrowia die VIII. Aprilis. Anno Domini MDLV. Regni noſtri XXVI.

Obſequentiſſimus Filius

Sigismundus Auguſtus
Rex Mppria.

XXV.

Sigismundus Auguſtus Rex Polon. inhibet ſuos in Scepuſio Præfectos, ne Gnezdenſium libertatibus, & Privilegiis obturbent. Datum Pietrikoviæ. Anno Domini 1562.

EX APOGRAPHO.

Sigismundus Auguſtus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux, Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſoviæ, Samogitæque &c. Dominus, & Rex, univerſis, & ſingulis Territorii noſtri Scepus. Præfectis, & adminiſtratoribus, præſertim vero Oppidi Gnezda Rectoribus præſentibus, & futuris notum facimus tenore præſentium, exhibitas coram nobis eſſe, productasque nomine Oppidanorum Gnezda, & aliorum ſubditorum noſtrorum, in eodem Territorio Scepus. conſiſtentium, literas autenticas Sereniſſimorum Hung. & Poloniæ Regum, Prædeceſſorum noſtrorum, a nobis confirmatas, certas immunitates, & prærogativas eisdem liberaliter conceſſas in ſe conjunctim complectentes: ſupplicatumque eſt nobis humiliter pro parte illorum, ut eosdem oppidanos Gnezda, qui æqualibus juribus, & Privilegiis, atque oppidani de Luboulia, & Podolinecz gaudent, ac univerſos ſubditos noſtros Territorii Scepus. juxta præſcriptum earundem literarum conſervare, & manutenere, ſimulque & Capitaneis, & Tenutariis, atque omnibus Præfectis noſtris ejusdem Territorii Scepus. injungere, & demandare dignaremur, ne ipſi Officiales noſtri jura, Privilegia, conceſſiones, & prærogativas eorundem ſubditorum noſtrorum violare, & infringere quovis modo gaudeant; ſed potius ex debito officii ſui ab aliis omnibus, a quibnscunque perſonis, contra libertates, & prærogativas ſuas aliqua injuria affecti fuerint, vindicent, tueantur, & defendant. Cui quidem ſupplicationi illorum, uti juſtæ, nos benigne annuentes, fidelibus noſtris in univerſum' omnibus Officialibus, & Præfectis noſtris Territorii Scepus. quorum hic nomina, & cognomina pro expreſſis habere volumus, tam his, qui nunc ſunt; quam etiam his, qui poſtea futuri erunt, mandamus omnino, habere volentes,

Digitized by Google

lentes, ut eosdem ſubditos noſtros in juribus, & prærogativis, conceſſionibusque noſtris, & Prædeceſſorum noſtrorum conſervent, & manuteneant: Decimas manipulares, quas ipſi juxta contractum Capituli Scepus. perſolvunt, ab ipſis per vim non exigant, liberam denique navigandi, & piſcandi in fluvio Poprad, atque venandi in ſilvis, & nemoribus noſtris, pro uſuque domeſtico in illis ligna excidendi facultatem, juxta Privilegia illorum, illos ſinant. A Ruthenis, & aliis Vicinis illorum, eisdem injurias, & violentias inferentibus eosdem tueantur, ac defendant. Inſuper in communi tantum Civili Taberna, & non in privata ſingulorum Civium vina propinari juxta Privilegia, & veterem uſum admittant: In Villis autem, & pagis, eisdem Oppidis noſtris circum adjacentibus, mercantias exercere non ſinant: Exactori denique Cæſareæ Majeſtatis, illos ultra debitum illorum depactari (h) non permittant, neque etiam in jurisdictionem illorum ſeſe ingerant, aut judicia illorum ordinaria præpediant, utque turres, & propugnaculum ruinoſum in Oppido Gnezda, ad quod tempore incurſus hoſtium recurritur, juxta veterem uſum, & conſuetudinem communi opera omnium Civium XIII. Civitatum Territorii Scepus. primo quoque tempore reſtaurentur, & reparentur, curent, operamque ſuam adhibeant, nec aliquibus angariis, & novis depactationibus laboribusque, & aliis injuriis præter jus, & æqum eosdem ſubditos noſtros premant, & afficiant; ſed in univerſum juxta veterem conſuetudinem, & Privilegia illorum, in quorum uſu, & poſſeſſione exſtiterint, ipſos firmiter conſervent, conſervarique, & manuteneiri ab aliis curent. Secus pro gratia noſtra, & debito ſuo non facturi. Datum Pietricoviæ in Conventu Generali die XXIV. Menſis Decembris Anno Domini MDLXII. Regni vero noſtri Anno XXXIII.

Joannes Ociesky Regni Polon. Cancellar.
ad Mandatum Sacræ Majeſtatis Regiæ proprium.

XXVI.

(h) Depactari, ſeu exſpoliari. Gloſſar. Dufreſne.

Digitized by Google

XXVI.

Sigismundus Auguſtus Rex Poloniæ XIII. Oppidanis Scepus. concedit, ut metalla in Poloniam invehere, ſalem Bochnenſem extra Sandecium emere, & per Regnum libere negotiari poſſint. Datum Vilnæ. Anno Domini 1563.

EX APOGRAPHO.

Sigismundus Auguſtus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſoviæ, Samogitiæqne &c: Dominus, & Hæres Univerſis, & ſingulis Palatinis, Caſtellanis, Capitaneis, Tenutariis, Vice Capitaneis, Burgrabiis, Proconſulibus, Conſulibus, Advocatis Civitatum, Oppidorum, Villarumque Præfectis, & eorum Vicegerentibus, præſertim vero Proconſuli, Conſulibus, Advocato, & Schabinis, totique Communitati Civitatis noſtræ Novæ Sandecz, cæterisque omnibus, cujuscunque ſtatus, dignitatis, Conditionis, & eminentiæ ſubditis noſtris, ubicunque locorum per Regnum, & Dominia noſtra conſtitutis, ad quos præſentes noſtræ pervenerint literæ, ſinceris, & fidelibus nobis dilectis gratiam noſtram Regiam. Sinceri, & fidelis nobis dilecti. Et ſi quidem non ita pridem ſuperiori tempore dederamus literas mandatorum noſtrorum univerſis, quibus edixeramus, & denunciaveramus tam Civitatum noſtrarum Scepus. quam aliis Regni Hung. incolis, ne quisquam illorum ferrum, chalybem, æs, ſive cuprum formatum, & informatum in Poloniam, & Ruſſiam, ducere, & ſal Bochnenſe in Bochnia, vel alibi, præterquam in Civitate noſtra nova Sandecz ſeu depoſitorio ibidem non ita pridem per nos inſtituto, ſub amiſſione omnium rerum, & mercium emere audeat; quoniam vero noviſſime venerunt ad nos Nuncii XIII. Civitatum noſtrarum Scepus. nomine totius Magiſtratus, & communitatis earundem Civitatum nobis exponentes, & declarantes illos ipſos omnes, & ſingulos dictarum Civitatum Incolas non mediocriter in eo aggravari, & ad ſummam calamitatem redigi, ſi a libera in Regno noſtro negotiandi facultate hiſce edictis noſtris arcerentur, & prohiberentur: primum quidem in eo, quod id fieri contendant contra antiquiſſima jura eorum, a Prædeceſſoribus noſtris illis conceſſa, & contra antiquitus receptam, & uſitatam conſuetudinem, ſecundum quæ jura, & conſuetudinem antiquitus uſitatam liberam ſemper habuerunt facultatem ubilibet locorum per Regnum Poloniæ, ſolutis ſolvendis mercandi, ac negotiandi;

tiandi; deinde quod talia edicta ad illos, qui ditioni noſtræ ſunt ſubjecti, referri non debeant; ſed tantum ad extraneos alienæ ditioni ſubjectos. Præterea allegant, quod ſi talibus edictis coarctari debeant, nihil eis futurum eſſet miſerius, cum ex aliis omnibus partibus eadem libera negotiandi poteſtas illis prohibeatur, & non permittatur. Nam ex una parte Regni Hung. quam Sereniſſimus Imperator Romanorum; ex altera, quam Turcarum Imperator, & alia, quam Caſſovienſes (i) Cives poſſident, non permittitur illis, tanquam alienis, libera facultas negotiandi ultra depoſita in locis, & partibus ſuperius ſpecificatis conſtituta. Itaque quod ſi inſuper a libera negotiatione in Regno noſtro Poloniæ, cui ſunt ſubjecti, & incorporati, tanquam alieni a Regno, & non ſubditi noſtri arceri debeant, quod illis antehac ſemper vigore jurium, & Privilegiorum ſuorum, & ex conſuetudine antiquitus uſitata liberum fuiſſe contendunt. Et quando quidem Civitas Sandecz non plus, quam octo, aut decem milliaribus ab eis diſtet, præterea cum aliis omnibus ſubditis noſtris, imo & peregrinis Turcis, Judæis, Tartaris, Armenis, aliisque hominibus externis libera in Regno noſtro negotiandi poteſtas non interdicatur, imo admittatur; nulla majore ſervitute prænotati Cives Scepus. premerentur, & afficerentur. Proindeque cum ſupplicaſſent nobis iidem prædictarum XIII. Civitatum noſtrarum Scepus. Nuncii, ut hac in parte benignam eorum rationem habere, & de indemnitate illorum proſpicere, edictaque ejusmodi, quantum ad eos pertineat, reſtringere, & ſublevare dignaremur: Nos animadvertentes, & conſiderantes ex rationibus præmiſſis, per eosdem dictarum Civitatum Nuncios nobis deductis, quominus ipſi Cives Scepus. liberam in Regno noſtro negotiandi facultatem habeant, ne quoque ab ipſis juſte, aut legitime interdici, aut prohiberi poſſe, ac de remedio juſtitiæ illis ſubvenire, & proſpicere volentes, eosque omnes, & ſingulos juxta jura, Privilegia, & conſuetudinem in præmiſſis antiquitus obſervatam manutenendos, & conſervandos declarandum, & reſtringendum duximus, prout declaramus, & reſtringimus per præſentes, edicta ejusmodi univerſalia nequaquam ad eos ipſos XIII. Civitatum, & aliorum ſubditorum noſtrorum Scepus. Incolas referri poſſe, nec debere, atque præterea hæc ipſa univerſalia edicta noſtra quoad ipſos Incolas Civitatum Scepus. relaxamus, & perpetuo ſublevamus. Quod quidem omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis denunciamus, ac mandamus per præſentes, ne prædictos XIII. Civitatum Scepus. Incolas omnes in genere, & quemlibet eorum

ſeor-

(i) Tranſilvanos potius dicere oportebat, qui id temporis magnam Hungariæ plagam ultra Tibiſcum obtinebant, niſi fortaſſe ſit ſermo de ſuperioribus annis, quibus Joannes de Zapolya, ejusque conjux Iſabella Caſſoviæ imperitabant.

Digitized by Google

ſeorſim in ſpecie prætextu mandatorum noſtrorum univerſalium, in libera negotiandi, & mercandi in Regno noſtro facultate, quovis modo, ratione, & colore impediant, aut impugnent; verum eosdem juxta jura, & Privilegia eorum, ac conſuetudinem in præmiſſis antiquitus obſervatam perpetuo conſervent, conſervarique faciant: Literas vero noſtras præſentes, quotiescunque illis præſentatæ fuerint, toties easdem illarum exhibitori reſtituant pro gratia noſtra. In cujus rei Teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum Vilnæ die XXV. menſis Junii. Anno Domini MDLXIII. Regni vero noſtri XXXIV.

Petrus Miſzkovſzky Reg. Polon. Vice-Cancell.

XXVII.

Stephanus Báthóri Rex Poloniæ XIII. Oppidanorum immunitates (recenſet plerasque) ſuis literis ratas habet. Datum Varſaviæ. Anno Domini 1578.

EX APOGRAPHO.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Stephanus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, nec non Terrarum Cracoviæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cujaviæ, Ruſſiæ, Maſſoviæ, Culmen. Elbing. Pomeraniæ, Samogitiæ, Livoniæ, &c. Princeps Tranſilvaniæ ſignificamus præſentibus literis noſtris: Quia, tametſi omnia jura, libertates, & Privilegia Regni noſtri omnium Incolarum ſpiritualium, & ſæcularium a Prædeceſſoribus noſtris conceſſa, nos jam antea confirmaverimus; ſed quoniam venientes in conſpectum noſtrum Famati, ac Providi Albertus Nicaſius Comes, & Stephanus Dirner, Petrus Maldner, Georgius Haſſek, & Baltér Rácz Internuncii XIII. Oppidorum noſtrorum Scepus. ſupplicárunt nobis, ut Oppidis noſtris memoratis omnia eorum jura, libertates, & Privilegia eorum per Sereniſſimos Reges Hung. & Poloniæ Anteceſſores noſtros ipſis, ac Oppidis noſtris memoratis conceſſa, ſpecialibus literis noſtris, authoritate noſtra Regia approbare, ratificare, & confirmare dignaremur. Ideo ſupplicationi huic, uti juſtæ, benigne annuentes omnia Privilegia, literas, jura, Decreta, libertates etiam ſuper libertate mercandi, ac Teloneorum noſtrorum, ubilibet per Regnum noſtrum, tum etiam de annua cenſuum ſolutione vigore Conventus Generalis Varſavienſis D. Sigismundi Auguſti Regis, Anteceſſoris noſtri nobis,

Theſauroque noſtro per eadem Oppida Scepus. præſtanda, nec non de eligendis ad Eccleſias idoneis Sacerdotibus, & eisdem conferendis decimis, ex conceſſione Privilegiorum Regum Hung. ſimulque de libera electione Comitis, & Judicum, facultateque judicandi cauſarum omnium, ſalva ad nos appellatione permanente, ac inſuper de perceptione proventuum in uſus publicos Reipublicæ Oppidorum eorundem, & propinatione vinorum in liberis Tabernis, & emolumentis molendinorum provenientibus, uſuque ſylvarum libero, exemptioneque ab aliis quibuscunque oneribus, & laboribus, exactionibusque inſolitis, aliasque immunitates, & prærogativas per olim Sereniſſimos tam Hung. quam Poloniæ Reges, Anteceſſores noſtros juſte, & legitime conceſſas, quas quidem hic pro expreſſis, & ſpecificatis, tanquam de verbo ad verbum, præſentibus inſertæ fuiſſent, haberi volumus, in quorum uſu, & poſſeſſione ad hanc usque diem fuerant, nullis punctis exceptis tam in genere, quam in ſpecie; ita, quod generalitas ſpecialitati, & ſpecialitas generalitati non deroget, ac in omnibus earum punctis, articulis, & conditionibus, clauſulisque approbandum, ratificandum, & confirmandum duximus, prout de certa ſcientia noſtra, aſſenſuque Conſiliariorum noſtrorum approbamus, ratificamus, & confirmamus per præſentes: eadem omnia, & ſingula jura, Privilegia, Libertates, Decreta, literas, & immunitates præfatorum noſtrorum Scepus. ceu huic Regno noſtro unitorum, & adjunctorum robur debitæ firmitatis obtinere debere, tanquam a nobis ipſis fuiſſent elargita, decernimus, omniaque, & ſingula in eis contenta obſervaturos, ac de ea obſervanda alios adacturos, neque violari illa a quopiam aliqua in parte permiſſuros nos eſſe pollicemur. In cujus rei fidem, & evidentius Teſtimonium præſentes manu noſtra ſubſcripſimus, & Sigillo noſtro muniri juſſimus. *Datum Varſaviæ in Conventu Regni Generali die XXI. Januar. Anno Domini MDLXXVIII. Regni vero noſtri Anno II. Præſentibus Reverendiſſimis, Reverendis in Chriſto Patribus, nec non Magnificis, Generoſis, & Nobilibus Petro Mirekowsky Cracov. Stanislao Karnkovsky Cujav. & Pomeraniæ, Petro Dunin Volsky Plocens. Regni Cancellario, Alberto Szolienicky de Staroczely Premisl. Victorino Virbiſczky Luceor. Alexandro Gedroczi Samogitiæ, Adamo Pilchovsky Chelmens. Dei gratia Epiſcopis; Petro a Zborow. Palatino, & Capitaneo Generali Cracov. Camenec. Euſtachio Valonicz Caſtellano Trocenſi, Vice-Cancellario Magni Ducatus Lithuaniæ, Hieronymo Sieniansky Ruſſiæ, & Haliciens. Nicolao de Mielecz Podoliæ, novæ Civitatis Kzrocyn Grodecen Joanne Tarlo de Szopekarzeniche Lublin. Pilsnenſique, Joanne Sirakovſzky Lancic — Andrea Comite a Tenczin. Belzens. Oſwiecim. Rubeoſſowque, Anſelmo Goſtonſzky de Lezenicza Raven. Palatinis; Stanislao Safranyecz de Pieskon. Szkala. Sandomir. & Capitaneo Lublov. Paulo Syzaninſyky Lancic.*

cic. Capitaneo Szochachow. Gregorio Ziblensky Plocens. Capitaneo Zakrocin. Alexandro Laſzcz. Cernen. & Capitaneo Chelmens. Nicolao Tirley Biecens. Capitaneo Caſimir. Stanislao Sirakonſzky Landen. Capitaneo Prædecen. Stephano Godrienſzky. Naklen. Andrea Opalinſzky. de Bnin ſupremo Regni Marſchalco Rohatin. Sremenſique noſtro Capitaneo, Hieronymo Buzenky. Theſaurario Regni Generali, Brzeznec. Dobrziczenſique Capitaneo, Joanne Zamoysky Regni Vice-Cancellario, Belzen. Knyſzenenſique Capitaneo, Laurentio Vojna Theſaurario M. D. Lithuaniæ, Pinſcenſique Capitaneo, Hieronymo Rozdrazewsky Majore noſtro Secretario, Plocens. Wratislavienſique Præpoſito, Stanislao Oſſorſzky Curiæ noſtræ Referendario, Sandomir. Præpoſito, Cantore Gneznens Canonico Cracov. Laurentio Goslisky. Cantore Plocens. Decano Kickov. Cracov. Uladislav. Sandomir. Canonico, Joanne Bochonſzky Præpoſito Lancic. Decano Varſav. Canonico Cracov. Secretariis noſtris, & quam plurimis Dignitariis, & Officialibus noſtris. Datum per manus Reverendi Petri Dunin Volsky. Dei gratia confirmati Epiſcopi Plocenſis, Regni noſtri Cancellarii, ſincere nobis dilecti.

XXVIII.

Mandatum ejusdem Stephani Regis Poloniæ, ut Nobiles Lublovіæ agentes onera Civilia ſubeant. Datum Varſaviæ. Anno Domini 1578.

EX APOGRAPHO.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſovlæ, Samogitiæ &c: Princeps Tranſilvaniæ, Generoſo Joanni Maczieovſzky Succamerario Sandomir. ac Scepus. noſtro Capitaneo, in abſentia ejus Vice Capitaneo Lublov, vel cuicunque alteri locum ejus tenenti, fideli nobis dilecto gratiam noſtram Regiam. Generoſe, nobis fidelis, dilecte. Ex ſupplicatione, per famatos Conſules Civitatis noſtræ Luboula Scepuſien. nobis porrecta, cognovimus certos Nobiles, qui, quamvis ſe inſcripſerint ratione domorum, aliorumque bonorum, quæ in eadem Civitate noſtra poſſident, omnia onera, tributa, & exactiones Civiles ſuſtinere, jusque Civile ſuſceperunt: tamen ipſos ea nolle ſuſtinere, non ſine damno, & injuria eorundem Conſulum, & reliquorum Civium Lubovlenſ. Proinde mandamus fidelitati ſuæ, ut eos

Digitized by Google

ipſos Nobiles ratione bonorum, & domorum ipſorum, ſub juris dictione Civitatis præfatæ exiſtentium, vigore jurium, & ſtatutorum Regni noſtri, ac juxta inſcriptiones eorum, ad ſuſtinenda onera, tributa, & exactiones Civiles ex officio fidelitatis tuæ adigas, pro gratia noſtra. Datum Varſchoviæ in Conventu Regni noſtri Generali, die XII. Menſis Februar. Anno Domini MDLXXVIII. Regni vero noſtri Anno II.

XXIX.

Articulus excerptus ex Inſtrumento Pacis Bythomienſis, & Bendczinenſis initæ inter Maximilianum Archiducem Auſtriæ, & Polonos; vi cujus Arx Lublovienſis. Polonis reſtituitur. Datum die 9. Martii Anno Domini 1589. Edidit P. Mathias Dogiel Schol. Piar. Cod. Dipl. Polon. Tom. I.

— De Lubovliâ deinde hunc in modum convenit: Imprimis, ut Caſtrum id cum Oppidis, Villisque ad id pertinentibus, quemadmodum in juſſu Cæſareæ Majeſtatis, ac præter voluntatem ejus occupatum eſt, (k) ita in priſtinum uſum, & poſſeſſionem Regni Poloniæ, quemadmodum a tot ſæculis quiete, ac ſine ulla controverſia id in ea poſſeſſione, atque uſu fuit, iterum tradatur, conſigneturque ſupellex, item reliquum inſtrumentum omne; maxime autem tormenta tam minora, quam majora omnia, quæ in Caſtro eo, cum occuparetur, exſtiterunt, bona fide reſtituantur, unaque cum ipſo Caſtro tradantur. Ad poſſeſſionem autem eam accipiendam utriusque partis conſenſu dies XXI. Menſis Julii eſt præfinitus, & acceptus, ad quem Regia Majeſtas Poloniæ, qui eam poſtulent, & accipiant, homines ſuos mittet; ii vero, qui in Arce

(k) Iſtuanffius Libr. 26. Hiſtor. Lubloviam interceptam ſic narrat: Neque adhuc Ungari equites in Caſtra (Maximiliani) pervenerant: ii enim aliquot dies ſub arce Lublone conſumpſerant, quam ab imbelli, & metu conſternato Polono Cuſtode, facili negotio deditam nomine Maximiliani, tanquam Poloniæ Regis, in manus, & poteſtatem redegerant, ſimul cum Oppido Polemicio, (Podolinczio) ditioneque eo ſpectante, demumque impoſito eis Hungarico præſidio, & arce fidei Jacobi Derviſſy commendata, cœptum in Poloniam iter proſequebantur — — Perculit ea res vehementer Samoſcium, & Polonos, eorumque iram in Maximilianum magis exacuit, quum injuriæ, ac ignominiæ impatientes, ulciſcendi libidine plurimum deflagrarent.

Digitized by Google

Arce erant, ſine ulla mora, quemadmodum ſupra convenit, cum omni ſupellectile, & Inſtrumento, quod ante in eo fuit, vacuam poſſeſſionem ejus tradere debebunt.

XXX.

Sigismundus III. Rex Poloniæ confirmat pactionem Lublovienſem, ut ipſi, & non eorum Capitaneus, pecuniam pro decumis perſolvant Præpoſito, & Capitulo Scepuſienſi. Datum Cracoviæ Anno Domini 1591.

EX APOGRAPHO.

Sigiſmundus III. Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſoviæ, Samogitiæ, Livoniæque &c: nec non Regni Sueciæ proximus hæres, & futurus Rex, ſignificamus præſentibus literis noſtris, quorum intereſt, univerſis, & ſingulis: Quod, cum relatum nobis eſſet Subditorum noſtrorum Civitatis Lubowlya nomine, ipſos ex antiquiſſima conſuetudine ratione decimæ manipularis, ex agris Civilibus ab Incolis Civitatis ejusdem ad Eccleſiam Scepus. provenientibus, juxta contractum cum Capitulo, & Præpoſito Scepus. ea de re factum, in uſu, & poſſeſſione fuiſſe tali videlicet modo: quod iidem oppidani quisque ex agro ſuo Decimam Manipularem recipiebat, & eam redimendam Præpoſito Scepus. parata pecunia ſolvere conſueverunt; fuiſſe tamen interdum hanc ipſorum conſuetudinem interruptam per Generoſum Joannem Macieovſzky, Capitaneum Scepus, qui decimam ipſorum propriam violenter ab Oppidanis prædictis exigebat, ipſe autem pecuniam Capitulo, ſeu Præpoſito Scepus. exſolvebat (1) ac differentias occaſione præmiſſorum inter oppidanos, & eundem Capitaneum exortas, & cauſam ad judicium Sereniſſimi olim piæ memoriæ Stephani Regis, Prædeceſſoris noſtri devolutam, & Actoribus quidem Oppidanis prænominatis uſum, & poſſeſſionem pendendæ pecunianæ decimæ ſemper, & continuo uſu habuiſſe probantibus, circa antiquum uſum,

(1) Nunc nec Præfectus, nec Oppidani Lublovienſes, quod ſciam, decumas Præpoſito ſolvunt. Totus ille diſtrictus jurisdictioni Sacræ Scepuſienſi ſubtractus eſt, & jam Sæculo ſuperiore Diœceſi Cracovienſi adjectus. Plura de hoc alias.

Digitized by Google

uſum, & contractus tribuendarum decimarum pecuniaria ſolutione, quem uſum ipſi hactenus retinent, conſervatos eſſe, ut deinceps non manipularem, ſed pecuniariam decimam more antiquo Præpoſito Scepus. pendant, atque etiam nunc in libera ejusmodi penſionis, pacificaque poſſeſſione hucusque exſtare. Cumque hoc idem Generoſus Caſparus Matzieovſzky, Stabuli noſtri Præfectus, ſpecialibus ſuis literis teſtaretur, ſupplicatum nobis eſt, ut eosdem in uſu, & poſſeſſione ejus Juris conſervare, & relinquere dignaremur. Nos ad ſupplicationem prænominatam fecimus, & Oppidanos prænominatos Lublowlienſes in uſu prædicto, quantum de jure eſt. & uſus habetur, juxta cautionem Capitanei ipſis factam, ratione daciarum ſæpe dictarum, a quibus liberi ſunt, conſervamus literis hisce. In cujus rei fidem præſentes manu noſtra ſubſcripſimus, & Sigillo Regni conſignari juſſimus. Datum Cracoviæ die X. Menſis Auguſti Anno Domini MDXCI.

MANTISSA.

Locus me admonet, ut Diplomatario, Oppidorum Scepuſienſium, ſubjiciam jus Municipale, quo Saxones, qui ea vel condiderant, vel auxerant, utebantur. Deſcripſi illud ex Codice MS. qui in Urbis Leutſchovienſis Tabulario repoſitus eſt. Libellus titulum præfert: *Rechtſpuechle Leuttſchau.* Alia exemplaria habent: *Villkühr der Sachſen in dem Zips.* De titulo quidquid ſit, cætera fere congruunt, & verbis, & ſententiis. Jus illud latine olim exaratum ex proemio conjicio; nunc exempla, quæ Keſmarkini, Igloviæ, alibique videre licuit, Germanica ſunt. Stylo aſpero, contorto, vetuſtoque, notas quod adjiciam, non eſt: Suapte legentis operam advertet, ac fortaſſe patientiam quoque tentabit.

In Nomine Domini Amen.

Anno ejusdem MCCCLXX. Judices, Jurati, & Seniores Provinciæ Terræ Scepuſienſis, conſiderantes ſagacitate ingenii, maturitate conſilii jura, a Prædeceſſoribus ſuis legitime, & rationabiliter edita, & ſtatuta a primævis fundationis Provinciæ temporibus communni bono, uſui, & utilitati tenaci memoria in caſibus quibuslibet conſervanda, ſtuduerunt juxta tramitem ſubſequentis literæ humilibus, mediocribus, & ſublimibus, pauperibus, & divitibus immutabiliter confirmare.

Dat

Digitized by Google

Das uns Czipſſer kein Man zu lannde hatt genn Hoffe in keinerlei ſachn:

1. *Von erſthen an.* Hab wir die gnade, und das recht vonn allen Kœnigen von Hungeren von anbeginen, das uns Czipſſer kein Man ader nimanth umb keinerlei ſach tzu Hoffe hat zu laden, ſonder er ſoll ein recht ſuchen vor des Kœnigks Graffe, der Burggraff iſt in dem Czipſs, und vor dem landtgroffen, und vor den Richteren, und vor denn Eldiſten, die zu den Rechten geſchworen haben, einen Manne ein rechts Recht zu thun ann felde, nach unſerem Landtrecht, als wir haben von alters, als der Czipſs geſtifft iſt, und als uns die Kœnige vonn alters, und bisheer begenodt haben.

Das ein jeder erbarer Mann, und erbare Fraw ein Freidtritteil in ir gutter zu beſcheiden hatt.

2. Forth mer hab wir das tzu einem rechten, wo ein erbarer Mann mit ſeiner erbarenn Frauen in der Ee ſitzt, das ein iglicher Mann geweldig ſei tzu beſcheiden ein dritteil von ſeiner helfft zu Gottes Heüſeren, oder ſeinenn armen Freindenn, oder wo er hin wil nach ſeinen todt zu nemen, und ſein Frau daſſelbe recht hab, als der Man auf das, das die Frauen als gut recht haben in dieſem lande als die Manne, und ab der Man ader die Frau ein dritteil hinwegk wolt gebenn, bei lebendigenn leib zu nemen, das wel wir nicht geſtatten, ſie ſollen es beſcheidenn nach iren todt zu nemen, zu welcher zeit ſies hinwegk beſcheiden, ſie findt geſundt aber krangk des ſeinth ſie geweldigk. Und ab es ir beider wille ſei, mœgten ſie miteinander ein dritteil vonn aller irer Habe hinwegk beſcheindenn oder gebenn. Wenn ſie wellenn bey irem leben zu nemen ader nach irem todt.

Das kein Frau nicht zu tedigen hat die einenn lebendigenn Man hat.

3. Auch wellen wir zu einem Rechten haben, das keine Fraue nicht zu tednigen habe vor einem rechten die einenn lebendigenn Mann hat. Das ſie irenn Mann nicht mer gewinnen, noch vorlieren mag wenn drei Helblingk.

Ab Frau ader Man vorſchyde an Kinder, wer do die teylungk nimpth.

4. Dorüber hab wir, das zu einem Rechtenn, ab das were das Frau ader Man miteinander leben an Kinder, und Gott über den Man, ader über die Frau gebotte. So ſollen die nechſtenn Freünde mit dem Manne oder mit der Frauen die Helffte teilenn.

Ab zweier Eelicher eines abgingk, wie Mann ir glütter teylen ſoll.

5 Auch hab wir, das zu einem Rechtenn, ab das Goth über der zweier Eeleüthe eines gebothe es wer Frau, oder Mann. So ſoll Man ir gelth ader irr Habe an peyde ſtammenn teilen die Gleyh nochent ſeynnt: wie offt das geſchict das in eynen geſchlecht zuſtundenn und zu handt zwen Pruder ader ein geſchwyſtert iſt, und inhant in dem anderenn geſchlecht ge-

ſchwyſtert 12. ſeint, ſo ſoll das eine geſchlechte ſo viel an der teylung nemenn, als das ander nimpth.

Ab eines ſturbe, und dem anderen Eegenoſſen Kinder liſz, das ſich hernoch wider vorenderte, wer vor der Kinder gütter rothen ſoll.

6. Es geſchicht offt, das zweyer Eeleythe eines ſtirbet, und das ander das do bleybt, ſych wider vorenderth und im Kinder pleyben von irem Manne, ſo hab wir das zu einem Rechtenn, das der Mann ader die Frau yrer Kinder erbe zu vormitten und zu vorleyenn haben yrem freunde ader wem ſye wollen, und das dorvor nimanth zurotten habe wen ir eins, dyeweil er ader ſye unvorenderth ſeynn. Ab das iſt das die Frau ader der Mann ir Erbe ader irer Kinder Erbe verkeuffen will, wie theller ein frembder das Erbe keuffen wyll. So hab wir das zu einem Rechtenn, das der geborne freündth das Erbe in demſelbenn Kauff mit einen Rechten zu löſen habe vor dem frembdenn mit des Richters wiſse, das er ſeinenn freündenn, die im angeborenn ſeinth ſein Erbe vor an bitte. Und ihm villeicht ſeine freunde ſein Erb abhungeren ader drucken wolden, ſo iſt ein frembder das Erbe frei zu keüffen vor dem gebornenn freunde, der mer dorumb gibt wen der geborne freundth.

Ab Weiſsen blieben, wer vor der ſelben gütter zu rotten habe.

7. Wiſſet das ab weiſſen weren, die vor ir guth nicht gerotenn mœchten, ſo dünkt uns, das ein Recht ſeyn, das die nechſten freundth peyder ſeyth vor ir guth zu rotten haben, als das ſy peyder ſeyth, ver ſich des Erbes, ader des gutts untterwinth, das ehr ſein Erbe ader guth vorpürge auf das dem weiſen, aber ab der weſenn mer weren yr Erb, ader yr gelth nicht vorlorenn werdt. Ab es aber were, das die Weiſen zu irenn 14. Jaren quemen ader darüber, das ſie denne geweldigkt ſeyn yr guth zu beſcheyden ader zu vorleyen auff ein Zeit, wem ſie wöllenn.

Ab Kinder pleybenn das eynes peyderthalben were, und das ander einthalben, wie Man die gütter teylen ſoll.

8. Ab das queme. Das geſchwiſtert miteinander teylen ſoldenn. Und das geſchwiſterth ein teyl peyderthalben were, und das ander geſchwiſterth einthalben, ſo iſt das unſer Recht, das peyderthalb iſt, das ſoll zwei theyl nemen, und das ander ein Helfft, ader ein dritteyl an der teylung nimpth, und ab die Kinder geſtorben weren beyderſeyth, und die teylung geſtorben wer an die freünde. So ſollen ſie gleich teylenn als die vorgenanten Kinder ſoldenn geteylt haben.

Ab der Man ader Frau einenn Sone ader tochter vorenderten und über jar und tagk nicht beritte, was darin ein Recht ſey.

9. Wier haben auch zu einem Rechtenn, wen ein Biderman, ader ein Biderfrau ir eines allein wer, und er ader ſie irem Sone eines anderen

er-

Digitized by Google

erbaren Mannes ader einer erbaren Frauenn tochter, die man freyth und der Erbar Man, ader die Erbare Frau ir tochter, die man freyth nach irer macht erlich ausgebe, und der ſchweer ſeinen Sone mit ſeiner Schnur ehe ein jar ader 2 ader 3 ader 4 ader noch lenger bey im an ſeinen brotte hylde und ehe ſeynenn Sone mit keinerley ſache beritte, das der Vatter ader die Mutter nicht beweren mœchten, und ſeyn Sone ſtirbe und lyſe ein Kindt ader 2 ader wie viel der werenn. So wel wir, das die Schnurrhe und ir Kynth, alſo viel in ires anherrenn ader in irer anfrauen gut zu nemen habe als viel der geſchwiſtert, yres Vatters ader ires anherrenn ader an irer anfraue erbe ader guth zu nemenn habe. Und ab das queme das der enckel Vater kein geſchwiſtert lyſe noch hette, ſo ſoll die Schnurrhe und die Enckel des anherren helffte ader der anfrauen nemenn.

Ab Mann ader Weib miteinander lebten, und irem Sone ader der tochter eines anderen Mans Kind freyten, und an yrem brod hilten uber jar und tag und der zweier eins abginge, was den die in des Vaters ader anherens güters zu greiffen haben, und dorin recht were.

10. Ab das queme das Man und Fraw miteinander leben, und ſie irem Sone eines erbarenn Mans ader einer erbarenn Frawen tochter freytten, und ſie irem Sone mit ſampth der Schnurchen bey ynenn am brod halden ein jar ader wie langk das were und ir Sone ſtirbeth, und leſſet ſeiner Hausfrauenn ein Kinth, ader zwei, und der Anherr mit ſampt der Anfrauen iren Sone nicht berotten hetten, und ſie die Elderenn das nicht beweren mœchten, das ſie irenn Sonn berottenn hettenn, ſo well wir, das die Schnurche und die Enckel pey ires Vaters geſchwiſtert, welches under ynenn pleybe als viel neme, als der anderen geſchwiſtert eines ires Vaters nach ires Anherrenn und noch irer Anfrawen todt.

Ab Eeleuthe miteinander Kinder hetten, und der etliche ausgeben und beritten, was ſie nach Vater und Mutter todt gleych denn andern nemen ſollenn.

11. Wen Man und Weib miteinander leben, und inen Goth Kinder miteinander beſchert, wie viel der werenn, und ſie der Kinder eines ader zwey ausgeben, und die Kinder noch irer Macht berittenn, und es geſchicht das Vater ader Mutter unter inen eines ſtirbet, und welches under den zweienn pleybt, und ſich wider vorendert, ab den die Kinder, die ausgegeben ſindt als viel teylung nemen wolden, als das ander geſchwiſtert, die nicht ausgeben ſinth, ſo ſpricht unſer Recht, das die Kinder die ausgeben ſinth das wyder einlegenn, was ihn von iren Elderen worden iſt, und nach dem neme iglich Kinth eines als viel ſam das ander und ab ſie nicht wolden einlegen, ſo ſoll der Vater, ader die Mutter, welche under inenn bleyben bey leben iſt den anderen Kinderen einem yglichen Kinde entfor als viel ausgebenn, als

Digitized by Google

viel der anderenn geſchwiſtert eines genomen hath die ausgegeben ſinth, und oftens neme ein geſchwiſtert als viel an der teylung ſam das andere.

Wie Kinder ausgegeben, und beroten nach irer Elderen eines todt mit denn anderen wider vorendertenn teylen.

12. Ab das queme, das Man und Weib miteinander lebten und ſie ire Kinder alle ſampth ausgeben, und ſie nach irer macht beritten, und Gotth uber die Frau ader uber den Man gebütte, welches denne under zweienn bliebe, und ſich vorenderthe, und ſein Kinder mit im teylen wolthen, wer Mutter ader ires Vaters teyl als es wol billich iſt, ſo ſpricht unſer Recht, das die Kinder wider einlegen, was in von irenn Elderen worden iſt, und oftens die helfft nemenn, auf das die Kinder ire Elderenn nicht alſoſeer mœgen beſchatzen.

Ab ein erbar Man ein Weib nimpth zu der Ee, und ir morgengobet, und der eins under jar und Tagk ſtirbet, wie Man ſich in dem halden ſoll.

13. Wen ein erbar Mann ein Witwe ader ein juntfrau nimpth, und er ir morgengabet, und ab der Man in ſechs wochenn und in einem jare ſtirbet, ſo hat die Frau Recht zu der Morgengobe. Ob das geſchech das die Fraw in der Zeit ſchwanger wurde, ſo ſoll ſie kein Morgengobe nicht haben, bis an die Zeit das ſie Goth berett, das ſie des Kindes geniſſet, ab ſie das Kindt todt gebure, ſo ſoll ſie ir Morgengobe nemen. Iſt es aber, das Goth unſer Herr der Frauen gehilfft, das ſie das Kindth lebendig gebirth, und zu der Welt bringkt, und das Kindt die vier Wendt beſchreit, ſo hath die Frau mit ſampt dem Kinde Recht die helfft zu nemen von allem was do iſt. Forth mer, ob die Fraw ſturbe under jar und tagk, ſo haben die freünth kein Morgengobe zu nemen, ſonder was die Fraw dar brocht hatth an Erbe ader an gelde ader an anderen dingen, das ſol man iren nechſten wider geben folkomlich on hindernuſs.

Ab Man ein erbar Witwe ader jungkfraw Zücket mit gewalt, was darumb ein Recht ſei.

14. Ab das queme das ein erbar Man ein tochter hette, die ein witwe ader ein jungfrau, ader ein Söne hette, ader Witwen Sone oder töchter hetten, und den Kinderen ire Elderen lebten, ader todt weren, und ſunſt ander freünth vor die Kinder zu rotten hetten, und es queme einer und tzuckte die Witwe ader die jungfraw mit gewalt, und der Witwenn ader Jungkfraw Vater ader ir Mutter ader ir freündth das mit iren Nachbarenn öberthalben und niederthalben bewerenn mœgen, ader mit zweienn erbaren Manen den zu gleyben iſt, ſo hatt der ſelhſt ſchuldige, und alle die im des zulegenn, die haben leyb und guth verlorenn, und ſie ſollen vorſcriben werden. Das ſie vorbaſs kein Recht mer mit uns ſollen habenn. Ab die Witwe ader die

die Juncfraw die gezügt iſt den ſelbſtſchuldigen entſchuldigen wolth und ſprech, es wer ir wil geweſen, das der Frauen Recht nicht bunth habe und in nicht entſchuldigen mœge, und dem ſelbſtſchuldigen kein genode geſchehe.

Ab Sone ader Tochter irer Elderen brœtlinge werenn und wider iren willen ſich vorendertenn was dorin Recht were.

15. Wier haben das zu einen Rechtenn, welch Fraw ader Mann ein medel, ader ein Knaben hath, ader einer Juncfrauen, ader einen Knaben ire Elderen ſterben und die Jungfraw, ader der Knabe irer freünth brœtlingk iſt, ader ab im ſeiner Elderen eines lebt, und es ſein brœtlingk iſt, und die Juncfraw ader der Knab ſich vorenterth an Vater ader an Mutter, ader an ſeiner Freünde roth, ſo ſpricht unſer Recht, das es kein Erb wil noch zu irem guth nicht haben ſol von Vater, und von Mutter, noch von allen irenn freünden.

Ab einer eines erbaren Mannes tochter zu der Ee neme, und uber ein jar ader zwei jar überwerth wurde, das er anders wo ein ander Weib hett was do Recht wer.

16. Ab ein Man her queme aus frembden landen ader eine allhie, aus dem lande burdig wer, und eines erbaren Mans tochter, ader Kind freythe, und ſie zu einer elychen Frauen nimpth, und er wirth bewerth mit erbaren leutten uber ein Jar ader zwey Jar das er anders wo auch ein eehlich Weib hette, wir wollen, das er ſein haupth vorloren habe, und wollen, das die Fraw vor ir ſchand was er guthes zu ir brocht hath, die helfft nemenn und die ander helfft ſol nemen der ungeriſch Groffe, und unſer Landgroffe, und was die Fraw vor guths hatt das ſol ihr niemanth nemenn.

So einem Eelichen noch des anderen todth Kinder pleyben, und das ſich wider vorenderte, und Kinder gewinth was Recht ſey.

17. Welcher Frawen weyſen von iren Manne bleyben, ader dem Mann von ſeiner Frauen weyſen bleyben, und er ader ſie vorendert ſich wider, und die weyſen alſo jung werenn, und unvornunftig ſinth, das ſie irenn anfal nicht vorweſen mœgen, wir wellen, das die nechſtenn freündth der weyſen den Man ader die Fraw manen, und dorzu zwingen in jar und tagk, das der Man ader die Fraw den weyſen ein ausrichtung gebe mit der freündt wiſſen. Und ab die nechſten freünde der weyſen woldenn das vorloſſen, und die Zeit vorziehen, ſo well wir, ab das guth dem Man ader der Frauen dornoch Kinder beſcherth, ſo ſollen die lezten Kinder als gutt Recht zu der teylung haben, als die erſten Kinder haben. Und ab die weyſen zu iren tagkl quemen, und ſie ire ſach vorweſen mœchten, und das nicht tettenn, ſo ſollen ſie bey den Rechten bleyben, als es vorgeſprochen iſt.

Digitized by Google

Ab ein Man durch friſtunge der ſcholt vonn ſeynerr Hausfrawen tzeucht, was dorrin Recht ſey.

18. Welch Man dem anderen gelth ſchuldig iſt, und er von ſeiner Frauenn hinweck zeucht in dyeſem Reich wo er hin tzeucht, durch des wyllen das er ſeine ſchuldiger, ader gelter nicht gelten wil, und er in wol gelthenn magk. Und er ſeiner Frawen ſo viel wol leſth, das er ſeinen ſchuldiger wol bezahlen mag, und er ein halb jar ader ein ader zwey jar ausbliebe: wen der erbar Man ſeines geldes nicht entperen wil er mag die Fraw vor ein Recht ladenn, das ſie irem Man in dreyenn viertzehentagenn vor ein Recht ſtelle, ab ir Mann in 3. vierzehenn tagenn nicht queme, ſo geb wir der Frawen ein Monat darzu, das ſie deſtlenger friſth habe, das ſie irenn Mann deſtpas bepottenn mœge, und ab ir Man den nicht quem, ſo wel wir das der erbar Man ſein gelth von der Frawen mer neme, wen ir Man im ſchuldig iſt geweſen, und auf in das bewerth mit erbaren leüthen wurde. So ſpricht unſer Recht, daſ im vorbaſs kein Recht zwiſchen uns geſchehen ſol.

Wen einer den andern umb ſcholt beklagt mit gezeugenn, und der ander bekent ader leuckent, was das Recht ſei.

19. Ab ein Man den anderen beklagt umb gelth, und er es mit erbaren leuthen wolde beweren, und der ander im ſeines geldes bekente, ſol er im ſein gelth inn 14. tagenn vorrichtenn. Und leuckent er im ſeines gelts, ſo ſol er ſich ſalbz entbrechen in 14. tagen von im und ab er im den zug loſſen wil deme, der in beklakt des iſt er geweldigck.

Ab einer zu den anderen ein ſchlecte Klage umb gelt ſcholt füret, was das Recht ſey.

20. So einer alleine zu eines Klakt umb gelth ein ſchlechte Klag, bekent er im ſeines geldes, er ſol es im in 14. tagen geldenn, und leuckent er im, ſo ſol er in 14. tagen ein Recht dorumb thun.

Klag umb verdinthen lohenn.

21. Wo einer klagkt umb vordinten lonn bekent er im am dritten tag, ſo ſol er im vorrichten, und leukent er im, ſo ſol er im ein Recht am 3 tag darvor thuen.

Klagk umb buergſchafft.

22. Ab einer einenn beklagkt umb gelth von burgſchaft wegen bekent er im ſeines geldes, ſo ſol er im ſein gelt vorrichtenn am 3. tag, und leuckent er im, ſo ſol er im am 3. tag ein Recht darvor thun.

Klagk eines Gaſtes kegen einem einhemiſchen und des einhemiſchen kegen dem gaſth.

23. Ab ein gaſt einen erbaren Man alhie beklagkt um gelth bekent er im ſeines geldes, ſo ſol er im ſein gelt am 3. tagk entrichten, leuckent er im

Sei-

ſeines gelts, ſo ſol er im ein Recht darvor thuen. Alſo ſpricht unſer Recht auch ab ein gaſth einen erbaren Man alhie ſchuldig ſey, das er an dem gaſth ſein gelth mit dem ſelben Rechten geſuchen mœge.

Wenn einer auf den anderen ſein gelth ſcholth derfolget, wie offt er pfanth forderen ſol.

24. Ab ein Man ſein gelth mit einem Rechten auf einen derfolgkt, ſo ſol er 3. ſtund pfanth forderen mit des Richters laube, an 3. tagen und als offt als er pfanth forderth mit dem buttel. Iſt das es des Groffen gericht iſt, ſo ſol er dem Groffenn von iglicher pfandung 3. groſs pfennig vorrichten. Iſts des Richters gericht, ſo ſoll er dem Richter von iglicher pfandung 4. ℌ. gebenn.

25. Wen einer pfand genimpth, ſo ſoll ers halten alſes im zugetheylt wird 14. tag ader am drytten tag dornoch es eines auff einenn derfol geth mit dem Rechten: und das pfanth ſol man doch vorkeuffenn, da es geſchazt wirth, kan ers denn nicht vorkeuffen, ſo ſol ers füren auff den nechſten Markt.

26. Alle dingk teylt man noch dem lantrechten zu halten: iſts ſylber in pfanth ader nicht ſylberinn anhabe und erbe, das mus einer halten jar und tagk.

27. Wen einer einen beklagt, und er leukent im, und der Klegerr zilg ſich antzeugen, das ers im ſchuldig iſt, und der ſchuldiger die zilg nicht wil leyden, ſo ſpricht unſer Recht, das ſie ader er mit 3. eidenn ſoll behaltenn.

28. Ab es queme, das einer einem ein Margk ſchuldig wer ader mer und er im nicht geltenn wolt, und im nicht pfanth hett zuſezen, ſo ſol man yn im mit der hanth antworthen. Und under einer Margk ſol man keinen mit der hanth antworten: ab er Erb hath zu ſezen es ſey ein gaſth ader ein lanthman, dem Man ſchuldig iſt. Das Erb ſol er jar und tag zu pfanth halten. Wurde der Scholtmann gewar das ſein ſchuldiger farende gabe hette, die ſol er angreiffen mit des Richters wiſſe, und ſol ſie 14. tag halten, und ab er ſeines gelts an der farendenn habe nicht bekomenn mœcht, ſo ſol er ſich umb das ubrig gelth zu dem Erb gehaldenn.

Ab ein brœtling in ſchlachtung viel ader in ein unerlyche ſach was Recht ſey.

29. Wo es ſich begebe, das ein erbar Man ader ein erbar Frau einen Son hettenn, und er ir brœtling wer, und der Sone in ſchlachtung fiele mit welcherley ſach ader in ſhholth ader ſonſt mit unerlicher ſach beſaget wurde, ader befunden wurde, yſt das ſich ſeyn Vater und Mutter ſein nicht auſſen in ſechs wochenn, ſo wel wir das Vater und Mutter vor iren Sone antworten ſollenn.

Digitized by Google

Ab einer dem anderen auf ſein haus gehet, und in ausheyſcht.

30. Wen zwen myteinander tzu krig werdenn, und einer dem anderen auf ſein haus geheth, und ynn ausheyſcht mit frewelen muth, und er im tzſchwach iſt, und nicht herrauſch tzw im khomen that, iſt das der den Man ausheyſcht herraus ſcheuſt ader ſticht ader wirfft, und in vorterbt, ader ſein mitfolger, ſo ſpricht unſer Recht, das er kein noth dorum leyden ſol. Derſelbe, der in ausgeheyſchenn hatt, der ſol dem Richterr und Burgerenn 3. Marg birſche geben und alle ſeine nachfolger iglicher ſoll Richter und Burgern 3. Marg geben, wo es in denn 24. Stetten geſchicht, und ab ſie der birſche nicht vorrichtenn wolden, ſo ſollenn ſie dyeweil kein Recht haben, bis ſie dem Richter, und den Burgern umb ir Buſſe gerecht werden. Auch ſol ers bewerenn mit ſeinen Nachbarenn oberthalb und underthalb, ader mit ſeinenn Nachbaren keyen im uber das er ausgeheyſchenn ſey.

Ab einer durch genoden villen in eines erbaren Mans haus wiche und ein ander im nachfolgte und in wonte, was das Recht ſey.

31. Wenn zwen mit einander zu Krig werden, und der ein in eines erbaren Mans haus auff gnoden weicht, und der ander im nochlaufft, und in des erbaren Mans haus, und darin wundet, ſo ſoll der ſelbſt ſchuldige den Zweienn Groffen 10. Margk vorrichten, und ſchlet er in tzw todt dem er nachgelauffen iſt, ſo ſoll er ſein haupth vorloren haben, und ſoll vorbaſs nie kein Recht zwiſchen uns haben. Und wird der ſelbſtſchuldige in des erbaren Mans haus vorterbeth von dem wirth oder von ſeinenn geſinth, ſo hab wir das Recht, das der wirth und ſein geſinde keine noth dorum leyden ſollen, und der alſo nötig wer, der einen nochleufft in eines erbaren Mans haus, das er den Groffen ir Buſs nicht gerichten mag, ſo ſollen in die Groffen fohen, und ſollen in alslang gefangen halten, bis das er ſinn ir Buſs vorricht.

Wirt einer derfunden in eines erbaren Manes fierpfelen bey ſchloffender Zeit, was dorin Recht ſey.

32. Ab das quem, das ein erbar Mann ader ſein geſünde bey ſchlaffender Zeit einen Mann ader ein Weib in ſeinem haus ader ſeinem Hoffe funde, und der Wirte des hauſes, ader ſein geſinth ſie vorterbtenn, ſo ſoll der wirth und ſein geſunth kein not dorum leydenn.

Ab einen Man ſeine farende habe geſtolen wurde, welcherley die were, wo er ſich vormuth, ab er das mit Recht do ſuchen mag, ader nicht.

33. Wo es ſich begebe, das einem erbaren Man ein Roſs ader ein Rinth, ader gewant, ader ſeine farende habe vorſtolenn wurde, wir wellen das der erbar Mann das Recht habe, wo er ſich vormuth do ſein habe ſey, die im vorſtolen iſt, das er do in des Mans haus Recht zu ſuchen habe mit

des

Digitized by Google

des Richters wiſſe, und finth er ſein habe, die im vorſtolenn iſt zu dem Manne er greiff das guth an als ein Recht iſt, mit des Richters wiſſe, und finth er ſein habe do nicht, ſo wel wir, das er keine noth kegen die groſſen umb die ſach leydenn ſol.

Wenn einer einem erbaren Mann in ſeinen garten ſtige ader breche, was das Recht ſey.

34. So einer ader wie viel ir weren, die einem erbaren Mann bey Tag, ader bey Nacht in ſeinen Baumgarthen ſtigenn, ader einbrechenn, und im ſein obyſth ſtœlen, wirt ir einer derſtochenn ader erſchlagenn, man ſol nimer kein Recht umb in tun. Finth man dorüber Schimmer todt bey im, das er ſein obyſt geſtolen hoth, man ſol in hengenn als einen diep.

Von Heckelen und Meſſern.

35. Wir wellen auch das zu einen Rechten haben, das kein Man inn Stetten noch in Merkten noch in Dörferenn nicht Heckell tragen ſol, wen 3 Firtell einer Eln lang ſey, und ab imanth ein lenger meſſer tragen wolt, wen die rechte maſs iſt, das ſoll im der Richter mit Burger hilffe nemen, und ſol von im ſechs groſs pfenig nemen, will er das Meſſer wider des Richters wille tragen, ſo ſoll er kein Recht zwiſchen uns haben bis auff die Zeit, das er dem Richter gerecht wirth.

Wen einer dem anderen ſeine farende habe zu pfanth ſezte, wie und wohin er die vorkauffen ſol.

36. Ab ein Man ſein Erbe ader ſein farende habe einen erbaren Manne zu pfanth ſezte wiſſens eines geſchwornen Richters, und das guth in dem Lande, ader beauſſen lande vorkeufft an des erbaren Mans wiſſen, der es im getrauth hatt, und er im ſein guth entfrembden wolt, ſo ſol er vorbaſs kein Recht zwiſchen uns haben, ob er das ubergangen wurde. Und jener der es von im gekaufft hette, der ſol nicht daran vorlierenn.

Ab einer ein pfanth zweier vorſezte an Unterſcheid, was dorin ein Recht ſey.

37. Welch Man ſein Erb, ader ſein farende habe vorſezt wiſſens eines geſchwornen Richters, und er ſein Erb, ader ſein farende habe einem andern auch zu pfanth ſezt wiſſens eines anderen geſchwornen Richter, und er zweien ſein Erbe, aber fahrende habe vorſezt, wirt er des ubergangen, ſo ſoll er vorbaſs kein Recht zwiſchen uns haben.

Ab ein vorſprech imanden vorſagte ſein Wort zu füren.

38. Wen ein Witwe, ader ein Weyſe, ader ein armer Man vor einem Rechtenn zu tedingen hatt, und er ein vorſprecher bittet, das er ſein Wordt rede, und im ſein gerechtikeit geben will, und der vorſpreche ſein

wort nicht reden wil, ſo ſol der vorſprech in einem jahr keines Manes wordt nie reden.

39. Eines Vorſprechen Recht iſt, von einer ſchlechten Klag ein groſch, von einen Eidt 3. groſchen, von einer wunden die ſchlecht iſt 3. groſchen, von eyner Kamperwunden 8 groſchen, von einem todten ½ Margk: wen er einen ungrechten auff den hals redt, dorvonn geburt im auch ½ Margk.

Was man gewanth ins landt bringkt, das ſol man reyffenn.

40. Alſo ſpricht unſer Recht, wer gewanth in das landt bringkt, welch man das gewanth kaufft, es ſey welcherley das gewanth ſey, wer der iſt, der das gewanth kaufft, er ſol es laſſen reyffen. Was das gewanth an ſeiner Rechten lengk zu kurz behelth, das ſol mann im ſeinem gelth abſchlann, und was mann gewanth in dieſem landth macht, das ſol auch gereyfft werden.

Ab ein Landtrichter einen finge mit vorlornem Gelde, wie mans domit haldenn ſol.

41. Welch Richter der ein Landtman iſt, einen Man fehet mit welcherley gelth das ſey, ſo ſol der Richter den Man und das gelth vor ein Recht antworthenn, und ſol das gelth 3. ſtundt auff den Mergktenn ruffenn laſſenn, ab iemand quem, der ſich des gelts unterwunde und bewert, das das gelde ſein were, dem ſol man es wider geben. Kumpt ader niemanth, ſo wel wir, das der Richter des geldes ein drytteyl neme, und die groffen die zwey theyl nemen, und wellen auch, das der Richter kein noth dorum leyden ſol, ab im der gefangne entrinne.

Ab ein elender geſchlagen wurde, wie er das Recht fordern ſol.

42. Ab ein elender geſchlagen wurde, der ſol ſein elenth ſelber ſchweren, und die groffenn bürgenn von im forderenn wolten, ſo ſol ſein ſchmerzen ſein bürke ſein nach unſeren Rechten.

Ab ein elender vorterbeth wurde, wer das Recht umb in forderen ſol.

43. So ein elender vorterbth wurde, ſo hab wir das Recht, das der Richter mit ſampth den Burgern ſich der ſach unterwinden, wo es geſchicht, und fecht er den ſelbſtſchuldigen, er ſoll in vorbürgenn auff ein jar, kometh imanth des elenden freundt, und ſucht in mit einem Rechtenn, und das bewerth, das er ſein geborner Freündt wer geweſen, man ſol im ein volrecht umb ſeinen Freunth thuen; kommeth aber nimanth, ſo ſol der Richter mit der Burgerhilffe dem ſelbſtſchuldigen eine Buſſe aufflegen, das der Selenn genug dorumb geſchehe.

44. Und ab einer vorſchmerzt wurde, es wer des abents ader Frue ader zu welcher Zeit erwundt wurde in einem Dorf, ader Margkt, ader

Stadt

Stadt, und quem vor dem Richter, und ſeinen Schmerzen wolde ſuchen, wir wellen, das der Richter im kein Recht thue an ſeine Eldiſtenn mit zweienn ader mit vieren.

Ab einer in diſem lande derſchlagen wurde, ab die Freunth von ſtund an den Groffen ſolen beſuchen.

45. Auch hab wir das zu einen Rechten, ab ein Man, ader ein Fraw vorterbet wurde, in welches Dorffes hatterth das geſchehe, wir wollen, das die Freünde den totten mit des Richters wiſſen in des Hatterth das geſchehen iſt aufheben und den Groffen nicht dorum beſuchen ſollen umb das, das ſie alzuviel leydes umb iren freunde haben.

So ein Frau ader Man in einem unrechten wege derfunden wurden, wen man antworthen ſoll.

46. Wier haben das auch zu einem Rechtenn, wer der iſt, der in einem unrechten wege gehet, er ſey Fraw ader Man, ader wie viel ir finth, wer dieſelbigenn fehet ader aufhelt, die ſol er ſeinem Richter antwortten, und er ſol kein noth dorum leyden, finth ſie gerecht, ſi ſollen es geniſſen, ſeynth ſie ungerecht die gefangenenn, Man ſol ein Recht uber ſie thuenn.

Ab einer derſchmerzt ader geſchlagen wurde, wo ader von wem man das Recht ſuchen ſoll.

47. Wurde ein Man vorſchmerzt ader erſchlagen, ſo ſol er ſeyn ſach vor dem Richter ſuchen, wo es im geſchehen iſt, und ab das geſchech, das die freünde dem Richter ſcholt geben, das in der Richter vorſchmerzt hette, ſo ſol er ſeinen ſchmerzenn den Eldiſten zu wiſſen thun, den man gedraueth hatt, und die Eldiſten ſollen im einen Richter ſezen, das er ſeine ſach vorfüren mœge, und ab der ſelbſtſchuldige den Richter vorſchmehen wolde, und wolde ſeine ſach altzuhanth den Groffen klagen, ſo ſol er ſein ſach und ſeinenn ſchmerzen vorloren haben.

Ab einer dem anderen eide borgte vor denn Rechten, wer den aufnemen ſoll.

48. Wo das queme, das zwen miteinander klagten, und einer dem anderen eid borgte, ſo wel wir, das niemandt den Eydt entphœnn ſoll, den der ſelbſtſchuldige, der in beklagt hatt: ab das queme, das der Zweier einer von Gots gewalth krang wurde, es wer der, der den Eydt entphœnn ſoll, ader der den Eydt thun ſoll, und das beweren mœge mit ſeinem Richter, das er krang ſey, wir wellen, das er ſein ſache dormit nicht vorloren habe, und der Richter ſoll dem kranken ein tag geben bis auf die Zeit, das im Goth gehilfft, das er aufkometh, ſo ſoll der Richter inenn beyden ein tag geben, das in beyden voll recht geſchehe.

So imanth mit feuer droitte, was das Recht were.

49. Auch hab wir das zw einem Rechten, ab Fraw ader Man einenn Margkt, ader einem Dorff, ader einer Stadt mit feüer droitte, und ſie des mit erbarenn leuthenn ubergangenn wurdenn, ſo ſoll man die ſelbſtſchuldigenn zu einem Rechten antwortenn, und man ſol ſie vorprennenn.

Ab einer dem anderen droitte zu ermorden, was dorum ein Recht ſey.

50. Nu iſt das auch unſer Recht, ab ein Man dem anderen droitte zu todt zu ſchlagen, und er des mit erbaren Leuthen beweren mag, das er im gedroitt hat, ſo ſoll er in vor ein Recht laden, und ſoll im bürgen ſezen, das er ſeines Lebens vor im ſicher ſey, und hatt er, im nicht bürgen zu ſezen, ſo ſoll er in fohen, und halden alſo lang, bis auf die Zeit, das er ſeines lebens vor im ſicher ſey.

Das kein Man mer, vorſpilenn mag, wen er umb und an hath.

51. Wir wollen auch das zu einem Rechten haben, wen zwen miteinander ſpilen, das keiner mer vorſpilenn magk, wen das er umb und an hath, und man ſoll in nicht feſſeren ader unter ein buth ſtürzen, und ab einer wolde auf eines Mans Erbe ader auf ſeiner Hausfrauen Kleyder, ader auf ſein feder Kleyder ſpilenn wolde, das well wir mit keinerley ſachen geſtattenn, und ab einer erbaren Mans Sone ader ſein Knecht mer vorſpielt, wen er pfenigk hett, und dorzu ſein gewanth vorſpilt, das er anhette, und er mer pfanth ſeinem ſpieler ſezt: wir wellen, das des jungen Vater ader des Knechts Herr das gewanth mit 3 groſchen gelœſen mag. Das pfanth welcherley das ſey, und die Fraw ire Kleyder er ſein viel ader wenig mit 6. Groſchen mag lœſſenn. Und ab das were, das ſich do wider imanth wolt ſezen, und das Recht nicht halten wolde als es gemacht, und in feſſerth ader fing, und die pfanth nicht zu lœſſen geben wolde, wir wellen, das der Richter ein Marg byrſche von im nemt, und die pfanth am gelt wider geben ſolle. Und bey welchen ſpieler man mer wen 3. Wirffel finth, dem ſoll man alles nemen, was er bey im hatt, und findet man bey im falſche Würffel, man ſoll im bruenn.

Ab einer vorterbet wurde, und der ſelbſtſchuldige zu gnoden quem, wie ers denn halden ſoll gegen den freünden.

52. Wier haben auch das zu einem Rechten, wen ein Man vorterbet wird, und der ſelbſtſchuldige zw gnoden kometh, das ſein ſach zu funne ader ſchwunge kometh, wir wellen das er das erſte gelth vorburge, und oftens mer das erſte gelth ſoll des anderenn und des dritten gelts bürge ſeyn, und die bürgen ſollen freü und ledig ſeyn, wen das erſte gelth vorricht wird, wir wellen; das gehapth haben, wen das erſt gelt gefelth, ſo ſoll das ander gelt uber ein halb Jar vorricht werden, und das dritte gelth ſoll auch in einen halben Jar vorricht werden: ab einer das nicht hilde, ſo ſol er in aller ſach

vor-

Digitized by Google

vorfallen ſeyn. Wollen daruber im ſeine Widerſacher genodt thun, das haben ſie gewalth. Ab das ſeine Widerſacher das gelth in einem Jar wolden vorricht haben, ſo ſoll er der fertte in das ander Jar tagk haben, und wellen, das auch ab ſeyn Widerſachern wolden die fertte in dem erſten Jar haben, ſo ſoll er des geldes in das ander Jar tag haben.

Ab einer, Manſchafft tut, mit wie viel perſonenn er ſie thun ſoll, und wer die aufnemenn ſoll.

53. Wier haben das auch zu einem Rechtenn, wenn ein Mann manſchafft thun ſol, ſo ſol der ſelbſtſchuldige ſalb dritte manſchafft thun. Und nimanth ſol die manſchafft entphohenn, wen geſchwiſtert Kinder: Und wellen das, die manſchafft thun, das ſie Herrenn und Frauen heyſſenn ſollenn, und ſollen ym beyſtehenn zulieb, und zu leyd mit erlicher ſache und mit einem Rechtenn: Ab daruber yre Herren ſie wolden tzwingen ynn tzuzugeben eines unrechtenn ader wolden ſie zwingen umb ir guth, ader woldenn ſie zwingenn vor ſie leuten die haupter abzuſchlagen ader zu hengenn, das mag im unſernn Rechtenn nicht geſein: ader ſie ſollen in zubegenn, das mit treu iſt, ab ſie daruber des nachts ader des tags wolten leuten auf ir häuſer gehen, ader ausheuichen, und wolden in dorzu zwingen, das es mit in gehen ſol, ſo well wir, das er der Manſchafft frey ſol ſeyn, und ſol das beweren mit ſeinem Richter ader mit ſeinenn Nachbarenn oberthalb und niderthalb, dorüber well wir, das kein beykinth nicht ſol Manſchafft enthphohen, noch kein Erbtheyl haben ſol, und niemantz eines Rechten mœge gehellffen, und mag auch eines erbaren Mans ſtadt nicht vorſtehen.

Ab ir zwen miteinander kempfen ſolden, wie ſie beyde geſchickt ſollen ſeyn.

54. Wier haben auch das zu einen Rechtenn, wen das zweue miteinander fechten umb einen todtenn, ader umb ein Kamper wunden, ſo ſol der Kempfe ſeinen ſchilth und ſeinen Kolben habenn, als vor ein Recht iſt geweſen, und dem anderen teyl wier einen Baum der ſoll alſo lang ſeyn, das man in meſſen ſoll vonn ſeynen füſſen bis auf ſein Haupth, und der Baum ſoll farenn alſo ſpyz ſeyn eines pfenigs breyth. Ab der zweier einer aus dem Kreyſe wiche, ſo iſt er ſyglos, ab ſie beyde miteinander ausquemenn, ſie ſollen miteinander wider intretten in das ſelbige Recht. Ab man dorüber beyd zweier einem indert einerley gewer funde, anders wen, als unſer Recht dobenn ſpricht, der ſol ſein ſach vorloren haben: ab doruber imanth quem der, der Kempen einem zulegen wolde, es wer, welcher Kempe das were, und Herr in denn Kreys im zu hilffe queme, ſo well wier, das er ſein haupt vorloren habe, und der Kempe, dem der zulegkt, der ſol ſein ſach vorloren habenn. Doruber ſpricht unſer Recht, das der Groffe ſol zu im nemen zwen

Digitized by Google

geſchworne Richter, und ſol zuſehenn durch der gerechtigkeit willen, und offenberlich den leuten ſagenn, das ſich iglich man wiſſe dorvor zu hütten, und das niemantz in Kreys lauf irend einem zu heiffenn.

Ab ir zwene vor ein Recht quemenn, umb hefftige ſachenn: ab ſie mit gewer, ader an gewer kommen ſollenn.

55. Wo das queme, das leute miteinander zw ſachen hetten, vor einem Rechtenn umb hefftige ding, ſo ſol der, der die ſach ſucht, an alle gewer vor ein Recht kommenn, und der ander, der auch ſeyn widerſacher iſt, ſol vor ein Recht kommenn, auch an alle gewer, und iderman ſalb ſechſte, und wer das Recht brech, und quem mit ſeinem gewer vor ein Recht, der ſol ſeyn ſach vorloren haben.

Wenn unſer Groff die Groffſchafft aufgibt, wie und wo er ſie aufgebenn ſoll.

56. Auch hab wir das zu einem Rechtenn, wen die Zeit kompth, das unſer groff die groffſchafft aufgeyth, als wir vor Alders ein Recht haben, ſo ſol er die groffſchhafft im Rothe aufgebenn, und nicht dorin bleyben, wolde er doruber in dem Rothe beleyben, ſo ſol er vorbaſs nie nimmer unſer Groff ſein: Wir wellen auch, das die hunderthund 24. Richter die groffſchaffth in frünthſchafft in dem Sagrer ſollenn hingeben, und ſollen ſich nicht reuffen noch ir gewanth reiſſen, und wen das meyſte teyl in dem Sagrer zulegkt, der ſol unſer groffe ſeyn, und ab imanth dem anderenn ſeyn gewanth reyſth, und er das mit 2. geſchwornen Richteren beweren magk, ſo ſpricht unſer Recht, welcher die Leut reufft, ader ir gewanth reyſt, ader ſchleth der ſol den 24. Richteren 3. Margk buſſe geben, und daſſelbe Recht hab wir auch umb das ſchreibampth und die in Sagrer gehen, die ſollen alle an gewer kommen, und dorein gehenn, und iglicher Richter ſoll nich mer leute in den Sagrer nemen bey des Landes buſſe, wen im in die hundert Man gefehlt: und ab imanth quem vor den Sagrer mit gewaffneter hanth und nicht das Recht wolt halten als es beſchrieben iſt, ſo ſoll er denn 24. Richteren in 3. Margktenn buſſe beſtanden ſeyn.

Ab ein zug gezogen wurde an zwen geſchworne Richter was des Groffen-buſſe dorrauf ſey.

57. Auch hab wir das zu einem Rechtenn, wen das einer zugezeüth an zwen geſchworne Richter und der zug vor den Groffenn geſtanden wird, ſo ſoll der Groff von dem zuge nicht mer buſſe haben, wen 1. Margk, kumpth es aber das es geſchicht, das ein urtheyl ader ein geſchenthnies vor die 24. Richter beſcheydenn wirth, das ſies urtheylenn ſollenn, von dem urtheyll ſollen ſie nemenn ein Margk und der Groff ſol davon kein buſſe haben.

Wen

Digitized by Google

Wen zwen tzu krig werden zu welcher zeit einer den anderen zu haus ſuchen ſoll.

58. Ab das noth geſchehe, das leute zu krig wurden in Steten ader in Mergkten, ader in Dorfferen, iſt das ſie Landleuth ſeynth, ſo ſollen ſie die ſelbſtſchuldigen zu hauſſe und zu hoffe ſuchen des abents ader des morgents zu rechter tagzeith, wo er geſeſſen iſt.

Ab der Edlingen Holden einer wunth wurde in Steten ader in Merkten was das Recht ſey.

59. So der Edlingen Holden einer wunth wurde in der Stat, ader in einem Markt, ader in einem Dorff, ſo ſoll er ader ſeyn freünth ein Recht ſuchen in dem Hatterth, do es geſchehen iſt.

Ab unſere Leute einer wundt wurde von einem Edlingenn ader ſeinem Holdenn, wo man das Recht ſuchen ſoll.

60. Ab unſere Leuthe einer wunth wurde von einem Edlingenn, ader von ſeinen Holdenn in einer Stadt ader Markte, ader Dorffe, ſo ſoll er ſein ſach ſuchen mit einem Rechtenn in des eigens Hatterth, do er im geſchehen iſt, kumpth ein Lanthman in eines Edlinges Dorff, und ſchleth einenn, ſo ſollen ſie daſſelbige Recht zw uns habenn, das wir zu inn habenn.

Ab einer vorterbt wurde, wen man dorum beſchuldigen magk.

61. Ab ein Man vorterbt wurde, ſo ſpricht unſer Recht, das man nimanth mer beſchuldigen mag, wen den ſelbſtſchuldigenn, und zwen folger dortzw, iſt das der ſelbſtſchuldige bey den Groffenn 10. Marck vorricht inn 6. Wochen, ſo ſeynt die folger frey. Ab der wunthe uber die 6. Wochen lebte, ſo ſynth die folger aller ſachen frey.

Ab ein Man Erbe, und Holden hatt, die dem Landt dienenn, wer die zw richtenn hatt.

62. Welch man Erbe hatt, das mit heuſeren zum Lande dinth, und er das Erbe von dem Landt gekauffth hatt, wir wellen, das der erbar Man mit ſampth unſerenn Landgroffenn ſein Holdenn mit allerley ſachen zw richten habe, und der erbar Man ſoll 2. teyl buſſe nemen, und unſer Groff ſoll an der buſs ein dritteyl nemenn, auff das das Landts-Erbe nicht vorterbe.

Ab ein Enckel ſturbe, als Vater Mutter, und geſchviſtert, auf wen ſeyn guth kompth.

63. Wen ein Enckel ſtyrbeth, und Vater und Mutter noch geſchwiſtert nicht hinder in leſth, wir wollen, das ſein Erbe und ſein Guth auf den Anherren, und auf die Anfraw erben ſoll, und nicht auff Vetter, noch auf Wazen, noch auf Oemen.

Un-

Digitized by Google

Unter wie viel Jaren Knaben ader Junckfrauen beſcheyden mægen.

64. Auch ſpricht unſer Recht, das kein Junckfraw, noch kein Junger Knab under 14. Jaren nicht beſcheyden mœge, imanden ſein gelth noch Seel geretth ſi ſeinth den 14. Jar alth, ſo ſinth ſie ſeyn geweldik.

Ab etlich miteinander Kinder haben, und ir eines ſtirbet, ab die Kinder mit dem anderen unvorenterten teylen mægen.

65. Wier haben auch das zw einem Rechten, ab Frau ader Mann miteinander leben, und Kinder haben, und der zweier Ee leute eines ſtirbet, ſo ſollen die Kinder kein Erbteyl zw ihnn habenn, ee ſie nicht vorenderenn. Und welches ſich under den zweien vorenderth, das ſol die helfft mit ſeinen Kinderen teylenn, ir ſeinth viel, ader wenik, und ab der Kinder eines nach der teylung ſtirbet, ader wie viel ir ſterbenn, ſo well wil, das ir guth, und ir Anfal wider an die Elderenn erben ſoll.

Ab eines under geſchwiſtert ſturbe, und lieſs Enckel, was Recht ſey.

66. Auch ſpricht unſer Recht, wo geſchwiſtert iſt, und eines under inenn ſtirbet, und leſth Enkel, ſo ſoll das Erbteyl auf das Enchel ſterben, und nicht auf das geſchwiſtert.

Ab einer ein Eidth tuth, und ſeinem vorſprechen nicht recht nochredet, was das Recht ſey.

67. Wier haben das zw einem Rechtenn, wer einen Eydt thut, und ſeinem vorſprechen nicht Recht nochredet, der ſol ſein ſach vorloren haben, es wer denn, das er nicht volkomen wer an ſeiner Rede, das er ſtamleth, auch ab ein Fraw einen Eydt thut, die mag nit vorfallenn.

Ab ein Man Kübel hette, die do zu groſs oder zu klein weren, was das buſſe ſey.

68. Ab ein Man Kübel hette, die do zu klein ader zu gros weren, das er domit befunden wirth, der beſtet, an des Landes buſſe 3. Margk, und ab er 2 Kuebel hette, uud mit einem ausmeſſe, und mit dem anderen einmeſſe, der beſtet an der vorgeſprochen buſſe, und von der Buſſe nichts nicht noth zu laſſenn.

Wie viel ein Man Hoppen kauffen magk zu einen mal in ſein haus.

69. So iſt das auch unſer Recht, das kein Man mer Hoppen kauffenn ſoll zu einem mal, wen zu einem gebreuht, ader als viel als er im ſeinem hauſe bedarffe, und ab imanths aus einem Sack, ader aus einer buethe kauffte, und ab der Hoppen zweierley wer, unten bœſt, und oben guth der beſtedt an des Landes buſſe.

Wie ſich die Fleiſcher halten ſollen.

70. Wier wellen auch zu einem Rechten haben, ab zwen Fleiſcher in einer geſelſchaft einen Oxenn ader ein Khue ſchlahen, ab ſie mer geſellen

dorzu

Digitized by Google

dorzu nemen, ſo beſtehen ſie an des Landes buſse vorth nie ſo ſoll ein Fleiſcher allein ein Schweyn ſchlœnn, ader ein Kalb, ader ein Schoff, ader ein klein Fiehe, auch ſollen ſie ir Fleiſch nicht mer auftragen, wen zwir zuvorkeuffen brengkt er es zum drittenmol, ſo beſteth er an des Landes Buſſe. Wolt er es denn vorfüren von einem Mark auf den anderen, das man in uberkomen magk, ſo beſtoth er an der buſse.

Ab ein Schenke mit einer unrechten Maſs befunden wurde, was das Recht ſey.

71. Auch wellen wir zu einem Rechtenn habenn, welcher Weinſchench zw kleine Maſs hatth der bleybt an des Landes buſſe, und ab im der Richter in dem Marck ader Dorffe nith bezwingenn magk, ſo ſoll der ſelbe Richter in in die Bothſchafft laden, und bleybt an des Landes buſſe.

Ab einer naſs, ader geſtrichnn Leder zu Marchte brechte, was das Recht ſey.

72. Auch hab wir das zw einem Rechtenn, welch Schuſter naſs leder zu Markt brengkt, ader geſtrichen ſolenn, der beſtet an des Landes buſſe.

Ab ein Mann ſchedliche Thier hette mit beyſſen ader mit ſtoſſen, was do Recht ſey.

73. Wier haben auch das zu einem Rechten, ab ein Mann ein hunth hette, der do ſchedlich wer mit beyſſen, zu dem erſthennmal iſt es zu uberſehen, es wer denn alſo gethan das der Menſch dorvon ſturbe, ſo wer das ſiche vorloren, blib ader der Menſch bey leben, ſo ſol man dem Man ſagen, das er das vorbaſs vorware das, das thier vorbaſs keinenn ſchadenn thue, ab einem ſchaden dornoch queme, das hat er zu verantworthenn.

Ab die Mülherrenn imanthen in ire Müele kauffen ſollenn.

74. Wier wellen auch zu einem Recht haben, das kein Muelherr nimanthen in ſein Muel kauffen ſoll, im ſeine Muel ader gelth leyenn ſoll, das man mit im male. Sundern ein iglicher ſoll frey ſeyn zu malen wo er will. Ab man das einem Muelherren uberquem, das er leute in die Muel mittete, ader gelth lihe der beſtet an des Landes buſſe.

Ab imanth vorbunde vor einem anderen Richter, wie man das halden ſoll.

75. Alſo ſpricht unſer Recht, ab ſich irenth ein Man vorbunde aus einem Markte, ader Dorffe, vor einem anderen Richter in einem Markt, ader Dorffe, ſo ſoll er den bunth in 6. Wochen bringen vor den Richter in dem Markt, ader in das Dorff, do er geſeſſen iſt, und ab ers nicht endete, ſo iſt der bund, den er vor dem anderen Richter gethan hat nichts nicht.

Digitized by Google

Ab ſich imanth wider ſeinen Richter ſezen wolde, was das Recht ſey.

76. Wier haben das Recht auch, ab ſich imanth wider ſeinenn Richter ſezte, es ſey in einem Dorffe, ader Markte, ader in einer Statt, und dem Richter ſeine Buſſe nicht richten wolt, der ſoll kein Recht zwichen inenn haben alſo langk bisher den Richter genug thut vor ſein buſſe.

Ah imanth umb unerliche ſachenn gefangen wurde: uud auf andere bekente, was Recht ſey.

77. Wier wellen auch das zu einem Rechten haben, ab ein Man gefangen wurde umb unerliche ſachenn, ab er bekente auf leute, die vor nicht vorſchriben ſinth, und vor auch nicht mit warer ſcholt uberkomen weren, noch mit leuten, die do bunth habenn, den ſoll man vorſchriebenn, ab er zum andernn mal erfunden wurde, ſo ſol man uber inn ein Recht thun.

So ein Richter einen finge in vortechtnus unerlicher ſachen, wie mans ha'ten ſoll.

78. Alſo ſpricht auch unſer Recht, ab ein Richter einen finge, und vortecht ſich auf inn umb unerliche ſach, den mag er halden 8. tag derfert er mit warer todt, das er ſchuldig iſt, ſo ſol er ni antworten in ein Recht erferth er mit warer todt das er nicht ſchuldig iſt, und gerecht iſt, er ſoll inn frey laſſen: alſo das die Groffenn zu im nicht zu ſuchenn habenn. Ab aber ein Richter den ſelben wolt laſſen lauffen durch freunthſchafft willen, wurde er des uberkomenn mit Leuthenn, ſo ſoll er vorbaſs kein Recht zwichen uns haben, und ſol den Groffenn gebenn 10. Marg und den Richtern 5. Margk.

Was ein ider goltſchmit einer Margk Silbers zuſezen ſoll.

79. Auch wellen wir das zu einem Rechtenn haben, das kein Goltſchmit einer Margk ſchmeidigs Silbers nie Kupper zuſezen ſoll, wen ein loth. Doruber ſoll ein iglicher Goltſchmit ſein Zeichen auf ſein Werck ſchlohenn, wurde er doruber anders erfunden, ſo ſoll man inn gleich einem Feltſcher richtenn.

Ab ein ſach vor einem Richter vorricht wirth, und bey einem andernn Richter wider angefangenn, was das Recht ſey.

80. Wir habenn auch das zu einem Rechtenn, wen eine ſach in einem Rechten gerichtet wirth, und dornoch ein Richter ader ein Amptman um die ſelbig ſach bekumerth wirth, ſo wellen wir, das derſelbe Anlanger ſeine ſache vorloren ſoll haben, und der Richter ader Amptman ſoll frey ſeynn, und derſelbe Anlanger ſoll beſtanden ſeyn an des Landes buſſe.

Was

Digitized by Google

Was ein Margk Goldes die gemorgengobet wirt, werth iſt.

81. Auch iſt das unſer Recht, das man nicht mer morgengoben ſoll vor eine Margk goldes, wen 26. gulden Landtzal ader Landtwerungk.

Ab einer ſein ſach vor dem Groffenn anders füren wolth, wen ſie vor dem Richter gefürt iſt, was der beſtanden iſt.

82. So iſt das auch unſer Recht, wen zwene vor einem Richter tedingen, es ſey in einer Stath, Margkt, ader Dorffe in dem Cyps und die ſach vor dem Groffen beſcheiden wirth, ſo well wir das haben, welcher ſein teding vor dem Groffen anders fürenn wolde, wen ers vor dem Richter gefürt hatt, dormit er gewinnen wolde, do ſol er mit vorlieſſen.

Wen ein Richter einen fing, es ſey wo es ſey, ſo ſol er im den Groffenn in die Leutſchau uberantworthenn.

83. Auch hab wir das zu einen Rechtenn, wo der Groff ader ein Richter, oder wer er wer einen fing in welcher Stat ader in welchenn Dorff es were, das in derſelbige Richter dem Groffenn antwortenn ſoll in die Leutſcha, was umb unerliche ſachen wer und was dem Richter auf den gefangenenn geheth, das ſoll das Landt bezalen: auch ab denſelbigen Richter der gefangnenn entrune ader mit gewaldiger hanth genommen würde, das er das beweren mœchte, ſo ſoll der Richter kein noth dorum leydenn kegen den Groffen.

Von Dinſtpotenn.

84. Wir wellen auch zu einem Rechtenn haben, wo dinſtpotenn ſeyn, es ſey Knecht ader Meidt, die ſollen iren Herren ader Frauen das jaar ausdienen, als ſie ſich vormith haben. Und ab doruber ein Knecht ader Meidt von irem Herren ſcheyden wolde, und im kein ſcholth geben mœchte, ſo ſoll in ires lones ein pfennig nicht folgen, und in Jar und tagk kein dienſt im lande nicht haben. Auch ab Herren ader Frauen iren Dienſtpotenn erlob geben wolden auff müſſige Zeit auch umb unſcholth, ſo ſollen ſie auch das Recht kegen ſie haben, das ſie kegen den Dinſtpottenn haben.

85. Wer do in den 24. Stetten erkoren wirth zu einem Richter, der ſol ein unvorſprochen Man ſeynn.

86. Wir wellen auch das zu einen Rechtenn haben, wo zwen Richter ſchmerzen beſchauen, ir ſeyn viel ader wenigk, ſo ſoll der Richter 6. gr. dorvon nemen, die ſoll der wunthe geben, thut er genug den Richterenn, ſo ſollen die Richter den ſchmerzen in 4. wochen vor den Groffen bringenn, und ſies nith tettenn und brechtenn den in 4. wochen nicht vor den Groffen, ſo ſollen ſie den Groffen ein Mark buſſe gebenn.

Digitized by Google

87. Auch hab wir das zu einen Rechten, wenn einer geſchlagen, und wunth wirth, und er den ſchuldigen vor dem Aufgang der Sonne des anderenn tags nicht offenbart, noch beſchuldigkt, der mag vorbaſs mer in der ſach keinen beſchuldigen. Auch ab der derſchlagene todt wurde fünden ader nicht mœcht gereden, ſo ſoll er, der die ſach foderth ader ſucht in der ſelbigen Zeit als vorgeſchriben ſtett derfarn, wer es gethan hath, und ſoll in beſchuldigen zu rechter Zeit, thut er das nicht zu rechter Zeit, ſo mag er keinen nicht beſchuldigenn, dornoch es ſey denn, das es ein lengerenn tag vom Groffen gehaben magk, das ers mit laube habe, auch wenn man den Rechtsſchuldigenn beſchuldigk, das man tag bitt folger in zu zihenn, ſo gibt man 8 tag, und nicht lenger, und vorbaſs keinen mer in zu zihenn.

88. Wir haben auch zu einen Rechten, wer geſchlagen wirth, und die wunth im bekanth wirt ein ſchlechte wunde, do teylt man dem wunthen 4 Margk vor, und die 4 Margk teylt man in zunemen von dem, der in geſchlagen hatth als ein gewonnen guth mit allen Rechten.

89. Auch hab wir das zu einen Rechtenn, wen zwen miteinander ſtehen im Rechtenn, und einer den anderen ſchleth in dem tage, wer das thut, der bricht den fride des Rechtenn, und bricht er mit den worthen, man ſol in buſſen am guth, und bricht er mit wercken, man ſoll in buſſenn an dem Leibe.

90. So iſt das auch unſer Recht, das von einem todten den zweien Groffen gefelth 10 Margk und von einer ſchlechten wunde ½ Margk, und von einer kamper wunden 5 Margk, und von einer Bluthrunſth das gefelth dem Richterr, und als von einer Blutrunſth 12 groſchen.

91. Wier haben das auch zu einem Rechtenn, wen einer eine erbare Fraw beklagkt, nach ires Mannes todte, ader wer do klagkt nach todter Hanth, und die Fraw, ader wer es iſt, den man beklagkt, nicht dorum weyſs, ader beyth leuckenungk, und ſpricht nein dorzu, ſo mus er es, der do klagkt, ſalb dritte behalden mit eiden noch todter Hanth.

Von den Vorzeitenn.

92. Am Sonobent vor dem Aduenth yſt die erſte vorzeit, wer do klagkt von ſcholde wegen, das wylt man zu zalen in 14 tagen, als ſunſt ein ander Zeyth. Sunder was eyde werden beſcheyden auf die Zeit, die leſſth man eydenn und keinen mer.

93. Am Sonobent 14 tag vor faſsnacht wirth die hochſte vorzeyt, was dan eyde werden gebotten, di mus man von ſtund an thun, und was von ſcholde wegen geklagkt wirth, das iſt am dritten tag zu zalen. (m).

Der

(m) Hactenus priſcæ Saxonum leges, quæ ſequuntur, recentiores ſunt, ut ex Annis clarum eſt.

Digitized by Google

Der Erbaren 5. Stedt beſchlus von wegen der ſchuldiger aufhaltungk.

94. Es iſt zu wiſſen als denn in den Jare 1505. am Dinſtag nach Tiburtii die namhafftigen weyſſen Herren der Stedt Caſſcha, Leutſcha, Bartpha, und Eperies, und Czeben in der genannten Statt Caſcha geſamlet wurden unter anderen des ſelbmol geſchefftenn ſie auch von wegen des auffhalten deſr Schuldiger gedocht, und gehandelt haben, yſt dorumb eintrechtiglich beſchloſen worden, das in zukunftigen Zeiten ein iglicher ſeiner Schuldiger der im ſchuldig wer fl. 10. aber mer auffrichtig lichen, nicht hinderen ader hemmen ſolt in keiner Stadt, allein er beſuch im vorhin mit Recht vor ſeinem Richter, in welcher Statt der Schuldiger wonth. Wer aber einer weniger ſchuldig als fl. 10. und erfunden wurt in inderth einer diſer Stett, ſo magk der Glaubiger ſeinen Perſonlichen Schuldiger vor Recht nemen, und ſo einer ſolches anleuckende, wer und wolt den Glaubiger nicht vorgewiſſen, ſo mag er den Schuldigen aufhalten und vorbitten, bis er in zal, ader burgen ſetz, wer es aber ſach, das in einer Statt der Richter in Furreichung der gerechtigkeit, und genug thuung vorſeumlich wer, ſo ſoll man ſolches briefflich zu wiſſen thun dem Radt der Statt, da ſolches geſchech, und ſo demalſo uber das ein Richter nicht achtet einem vor ſeine ſcholt genug zu thun, den ſo mag ein Glaubiger ſeinen Schuldiger ader einen anderenn dorvor vorpittenn, und aufhalten.

Von den Kangiſſeren.

95. In dem Jare 1516. am freytag am abent aller lieben Heiligen hath ein erbarer Rath gemacht, und beſchloſſen mit vorwilligung aller Kangiſſer, das ein iglicher Meiſter ſein gefeſs ſol machen zum firten, das iſt: 3 pfunth Zin und ein 1 pfunth bley, und ein iglicher Meiſter ſein eigen Zeichen ſoll auf ſein arbeit ſchlohen, auch ſoll ein erbar Rath jerlichen zwen erwelenn, die bey yrem eyde, und gewiſſen die arbeit eines iglichen alle 4 wochen beſehen. So aber inderth einer das ubertretten wurde, der ſoll ſolche falſche arbeit vorloren haben, und der Herren buſs vorfalen ſeyn doch dieſe machnungk ſoll dem erbaren Rath, und iren Nachkömmlingenn an ſchaden, und ſo lange es der Stadt nutz, und Eer bringen wirth. (n)

(n) Mit Gottes Huelf vorendet durch mich Henrich Gnerſich des Herr Melchers Gnerſichs Son: Anno Domini 1540. Hæc adjecit, qui codicem hunc deſcripſit, ut nomen ſuum poſteritati commendaret.

VIII.

DIPLOMATA PERTINENTIA AD PAROCHOS, ET ECCLESIAS PAROCHIALES IN SCEPUSIO.

I.

Ladislaus IV. Rex Hung. concedit Parochis Scepus. liberam teſtandi facultatem, eosque ab civilibus quibusdam oneribus eximit. Datum Anno Domini 1274.

EX APOGRAPHO.

Ladislaus Dei Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Gallitiæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque Rex, quibus præſentes oſtendentur, ſalutem in Domino ſempiternam. Etſi quibuslibet ex officio ſuſcepti regiminis ſumus in ſua juſtitia debitores: propenſiori tamen diligentia Eccleſiæ, Matri Noſtræ, tenemur obnoxii; per quam & temporalis vitæ bravium obtinemus, & æternæ beatitudinis præmium expectamus. Ad univerſorum igitur notitiam tenore præſentium volumus pervenire: quod accedentes ad Noſtræ Majeſtatis præſentiam Heinricus Plebanus de Leutſcha, & Conradus Plebanus de Leybicz, Decanus Plebanorum de Scepus, humiliter ſunt conqueſti; quod Comes de Scepus pro tempore conſtitutus, in perniciem Eccleſiaſticæ libertatis ipſis Plebanis, volentibus in ultimo ſuæ voluntatis (a) eulogio ſibi propriis bonis, ſuis laboribus, & Eccleſiaſticis beneficiis acquiſitis condere teſtamentum, vel aliquibus perſonis ſibi famulantibus, vel propinguis, aut Eccleſiis intuitu pietatis, religionis, vel cognationis amore aliqua relinquere, vel legare; ſicut, juris, & moris eſt Eccleſiaſticæ libertatis, Comes de Scepus ſtatutum pietatis,

(a) Inclinatæ latinitati Eulogii ſignificatio multiplex erat: nam modo aptum reſponſum, modo prædictionem, alias cibum benedictum, vel Euchariſtiam; nonnunquam Sapientiam, bonam famam, aut teſtimonium ſignificabat, hic accipitur pro munere, beneficio, ſeu ſupremæ voluntatis legato. V. Edmund. Marten. Tom. IV.

Digitized by Google

tatis, & teſtamenti, vel legati ordinem ſine reſpectu juſtitiæ viſco cupiditatis fatagens violare, hujusmodi teſtamenta, vel legata poſt teſtantis obitum procedere non permittit, omnia bona decedentis Plebani ſine delectu juſtitiæ auferendo in periculum animarum; ex quo contingit, ut & animæ decedentium inſtitutis, & optatis ſuffragiis defraudentur, & propinguorum, ſeu famulantium perſonæ commoda debita non conſequantur. Cum itaque nihil ſic debeatur hominibus, quam ut ultimæ voluntatis liber ſit ſtylus, & juxta teſtantis voluntatem procedere debeant univerſa, eorundem Plebanorum devotis ſupplicationibus, exigente juſtitia, annuentes concedimus, ut quilibet Plebanorum teſtandi, ſeu legandi liberam habeat facultatem, & hujusmodi teſtamenta, ſeu legata, ſecundum teſtantis voluntatem, & teſtamenti ordinem finem, & effectum debitum ſortiantur; ita, quod Comes de Scepus, vel vices ejus gerens intromittere ſe de hujusmodi teſtamentis relictis, ſeu legatis nullam penitus habeant poteſtatem, vel facultatem. Volumus etiam, ut hoſpitio recipere iidem Plebani nullum Comitem de Scepus, vel procurationem, vel exactionem aliquam ſolvere teneantur, ſecundum Eccleſiaſticam, quam piis affectibus conſervare cupimus, libertatem. Ut itaque hæc noſtra pragmatica ſanctio robur obtineat perpetuæ firmitatis, in æternam memoriam præſentes literas Noſtras conceſſimus, duplicis Sigilli Noſtri munimine roboratas. *Datum per manus Magiſtri Benedicti Sanctæ Strigonienſis Eccleſiæ Electi, Præpoſiti Budenſis, ejusdem Aulæ Regiæ Vice - Cancellarii dilecti, & fidelis Noſtri Anno Domini MCCLXXIV. Regni autem noſtri Anno II. Venerabilibus Patribus Stephano Coloc. & Joanne Spalat. Archiepiſcopis: Lamperto Agriens. Bricio Cſanad. Job Quinque Eccleſ. Paulo Veſprim. Aulæ Noſtræ Cancellario, Philippo Vacien. Aulæ Dominæ Reginæ chariſſimæ Conſortis Noſtræ Cancellario, Lodomerio Varadin. Timotheo Zagrab. Dionyſio Jaurin. & Petro Tranſilvan. Epiſcopis Eccleſias Dei feliciter gubernantibus. Dioniſio Palatino Comite de Oklych Judice Cumanorum, Henrico Bano totius Sclavoniæ. Nicolao Vajvoda Tranſyl- Comite de Zonuk, Ioachimo Magiſtro Tavarnicorum noſtrorum Com. de Pilis, Paulo Bano de Zewrino, Reynaldo Magiſtro Dapifer. noſtrorum Com. Zulgagewrienſi, Herbordo Magiſtro Agazonum noſtrorum Comite de Baranya, Laurentio Magiſtro Pincern. noſtrorum Com. de Kewe, & Kraſſou, Joanne Com. Suprun. Gregorio Com. Caſtriferrei, Moys Magiſtro Tavarn. Dominæ Reginæ Conſortis noſtræ chariſſimæ Com. de Simigio, Dedalo Com. Zalad. Jacobo C. Nitrienſ. & aliis quam plurimis Comitatus Regni tenentibus, & honores.*

II.

II.

Andreas III. confirmat literas Eliæ Comitis Saxonum, & Latinorum in negotio Decumarum Parochis præſtandarum, easque juſte non tribuentibus pœnas inſuper addit. Datum Anno Domini 1297.

EX APOGRAPHO.

Andreas Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, &c: Rex omnibus Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire; quod diſcretus Vir Jacobus, Plebanus de Igloſzaſza, ad noſtram accedens præſentiam, exhibuit nobis Privilegium, ſeu ordinationem judicum, & totius univerſitatis Saxonum de Provincia Scepuſienſi ſuper facto ſolutionis, ſeu exactionis Decimarum, per eosdem ordinate confectum, petens a nobis cum inſtantia; ut ipſum privilegium ratum habere, & noſtro dignaremur Privilegio confirmare; cujus quidem Privilegii tenor talis eſt:

Elias Comes Saxonum, & Latinorum, (b) & Conſules, cæterique Saxones, & Latini de Provincia Scepuſienſi omnibus præſens Scriptum inſpecturis ſalutem in eo, qui omnium eſt vera ſalus. Dum error iniquus vetuſtatis linea recta juſtitiæ corrigitur, conſtat neceſſarium, ut tota linea correctionis tanta exprimatur ſuperficie, ne linea deleta error dilabendi revertatur ad priſtinum, & dicatur; eſt error noviſſimus pejor priore. Noverint igitur univerſi; quod Frater Conradus, vir Deo devotus, de Ordine Eremitarum Sancti Auguſtini, ex mandato, & præcepto Sanctiſſimi Patris Domini Philippi, miſeratione divina Firmani Epiſcopi, Apoſtolicæ Sedis Legati, ad noſtram Provinciam deſtinatus, pro ſalute animarum noſtrarum, & ſtatus noſtri reformatione, maxime ſuper errorem Decimarum in noſtra Provincia hactenus non juſte, nec ordinarie perſolutarum, literas nobis patentes ipſius Domini Legati Patris noſtri Sanctiſſimi demonſtravit, in quibus didicimus, ipſum nos Sancta, & paterna exhortari admonitione, ut juſtas ex integre daremus Decimas, illi non ſubtrahentes

(b) Nomine Latinorum Itali veniunt, qui circum Olaſzinum incolebant.

Digitized by Google

tes partem, qui nobis largiretur totum, affirmamus: quod ſine adminiſtatione Decimarum juſtarum, noſtras ſalvare animas aliquatenus nequiremus, & quod Conſuetudo, quam prætendimus juſte ordinatam Patrum noſtrorum temporibus, ſcilicet, ut duodecimam erogaremus partem congregatam, & præparatam pro Decima non congregata, nec præparata, non poſſit fieri cum aliqua juſtitia; ſed potius dici poſſit corruptela, & animarum noſtrarum perpetuæ damnationis cauſa. Nos vero admonitionem Sanctiſſimi Patris noſtri audientes tam ſalutarem, docti, & informati per ſanctam prædicationem Viri Religioſi ejusdem Fratris Conradi, cum uniuerſitate populi totius noſtræ Provinciæ, uſi deliberatione communi, eodem Fratre Conrado nobis injungente in remiſſionem peccaminum Patrum noſtrorum, & animarum noſtrarum, illi corruptæ conſuetudini abrenunciavimus, & præſtito Sacramento promiſimus, & promittimus Sacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ obedire, & amplius juſtas dare Decimas, prout ſumus eruditi ab eodem Fratre Conrado, & ſicut Hungari, & Sclavi ſuas erogant Decimas in toto territorio Scepuſienſi. Et ne hæc ſancta ordinatio & ordinationis præſtito Sacramento confirmatio, procedente tempore poſſit per aliquos noſtros hæredes, hæredumque ſucceſſores aliquatenus immutari, cum conſenſu univerſitatis præſentes decrevimus literas in perpetuam confirmationem Sigilli Terræ communis munimine roborare. Acta ſunt hæc in Leutſcha: præſente Viro Venerabili Luca, Præpoſito Sanctæ Eccleſiæ Strigonienſis, Aulæ Reginæ majoris Hungariæ Cancellario, omnibus Plebanis, & Laicis ejusdem Provinciæ Senioribus, ad eandem congregationem congregatis. Anno Domini MCCLXXX.

Nos igitur juſtis petitionibus dicti Jacobi Plebani favorabiliter inclinati, prædictum Privilegium Judicum Univerſitatis Saxonum de Provincia Scepuſienſi vere, & legitime emanatum, ratum habentes, & acceptum, de verbo ad verbum præſentibus inſertum, patrocinio noſtri Privilegii duximus confirmandum. Conceſſimus etiam omnibus Plebanis de Provincia Scepuſienſi, ex gratia noſtra ſpeciali, ut quicunque Parochianorum eorundem Decimas ſuas juſto modo ſolvere neglexerint (ut eſt præattactum) cum judicio trium marcarum a villa, vel a communitate Provinciæ Scepuſienſis per Judices, pro tempore conſtitutos, auctoritate noſtra eisdem Plebanis a quibuslibet ſine diminutione exigantur, vel etiam perſolvantur. In ejusdem rei memoriam, & perpetuam firmitatem præſentes conceſſimus literas duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis Patris Thomæ Dei gratia Epiſcopi Jaurinenſis Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti, & fidelis noſtri. Anno MCCXCVII. Regni autem noſtri VIII.

Digitized by Google

III.

Fragmentum ſtatutorum, quibus Parochi Scepuſienſes innovant Sodalitatem a ſuis Deceſſoribus olim inſtitutam.

EX APOGRAPHO.

Anno Domini MCCXCVIII. in Eccleſia B. Ladislai Confeſſoris in Foro Quinto convenientes in unum de Suburbio, de Eulenbach, de Odorin, de Villa Nova, de Villa Palmarum, de Villa Urſi, de S. Quirino, (c) de S. Ladislao, de Villa Compoſiti, de Villa Suevi, de Villa Theotonicali, de Filka, de S. Georgio, de Millenbach, de Lomnitz, de Villa Pulom, de Bela de Lybicza, de Villa Durandi, de Villa Ruſquini, & de Leutſcha Plebani de Scepuſio. Invocata Spirtus Sancti gratia, & ejusdem favente clementia, ea quæ ſalutis ſuæ, & honeſtatis ſunt, pertractantes, & diſponentes, & præhabitam dudum inter eos (d) fraternitatem, atque charitatem in priſtinum ſtatum revocare cupientes juxta illud B. Petri Apoſtoli: *Eſtote fraternitatis amatores*, & illud: *mutuam in vobis charitatem continuam habentes; quia charitas operit multitudinem peccatorum. Ipſa* enim *charitas*, ut dicit D. Bernardus, *finis eſt præcepti*, nec non veſtis nuptialis, imo ut Joannes Apoſtolus ait: *ipſe Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in ipſo.*

Hæc inter ſe revolventes, & pertractrantes præſentem fraternitatem ediderunt, ſeu potius a ſuis Prædeceſſoribus editam renovarunt, eligentes duos Patronos, ſcilicet Spiritum Sanctum, & Matrem Miſericordiæ Virginem Mariam, in quorum honore bis in anno fraternitas celebratur, ut videlicet ex hoc vigor, & fervor veræ Societatis, & dilectionis inter eos juxta Prædeceſſorum ſuorum conſuetudinem laudabilem reformetur, & ferventius accendatur dicente domino: *In hoc cognoſcent omnes, quod mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad invicem;* & ut etiam ex hoc lucerna lucens hominibus

(c) Villa S. Quirini Germanis Kirn, Slav. Kuriman: nomen accepit a S. Quirino, cujus effigies hodiedum illic in ara principe viſitur Belius in Prodromo putavit, a Quirino, neſcio, quo Romanorum duce, qui eo in loco ſepultus eſſet, compellatam. Sed quid Romanus dux in Scepuſio?

(d) Inſtituta enim eſt jam anno 1248. ut parte Analector. Scepus. altera oſtendemus.

Digitized by Google

nibus tali præferatur exemplo juxta illud evangelii Matthæi 5. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.* Ut igitur hæc fraternitas per ipſos edita, ſeu renovata ab omnibus firmiter, ſeu inviolabiliter obſervetur, data verbo tenus fide, ſeu manuali promiſſione facta, ipſam confirmare curarunt, & ex hoc magis, ac magis ad obediendum honeſtati, & pietati ſint adſtricti, & ut mores, & actus eorum in melius reformentur. Sed quia cum volubilitate temporum voluntates etiam, atque propoſita ſæpius immutantur hominum; ne aliquis per ſuam inertiam, ſeu malitiam hujusmodi decentem, devotamque fraternitatem dirumpere, ſeu reſcindere in poſterum valeat, ſeu præſumat; quod forſan evenire poſſet, ſi tanquam acephalus unus pro ſuæ viveret libitu voluntatis. Quamobrem pro memoriali deſideratione præfatam fraternitatem in ſcriptis redigentes, quatuor ex fratribus elegerunt, qui ſalvo ſemper, & in omnibus Prælati jure per ſpatium unius anni Rectores, Cuſtodes, nec non Proviſores Speciales prædictæ ſint fraternitatis, & omnium, ac ſingulorum ad ipſam pertinentium fraternitatem, quibus alii fratres in omnibus honeſtis, atque licitis, quæ ad conſervationem honoris, & libertatis ſimul, & ſalutis eorum ſpectare dignoſcerentur, ſine omni contradictione ſub fide præſtita teneantur obedire. Iſti quatuor ſumma cum diligentia dictent, ordinent, & conſcribant, quidquid eis videbitur, quod ad utilitatem fratrum, & ipſorum libertatem ſit proficuum, & honeſtum. Quæ autem ſcripſerint, aut ſtatuerint, coram fratribus recitent, & ſi omnibus placuerit, ſeu majori parti, & ſaniori, imponatur cum aliis ſtatutis in regiſtro, & ſub priori juramento firmius obſervetur, & ſic ſuccedente tempore in omni devotione recipiet fraternitas incrementum. His etiam quatuor claves de communi ſcrinio aſſignentur, & Sigillum communitatis eisdem, ſeu uni eorum committatur. Item prædicti quatuor ad celebrandam fraternitatem de loco congruo provideant, & fratres per literas ſub Sigillo communi conſcriptas convocent; quos etiam ſub pæna ſtatuti convocare poſſunt, ac debent, cum fratribus ingruerit neceſſitas conveniendi, vel quoties eis videbitur opportunum; iidem etiam quatuor tollant, quæ ſunt tollenda, & juxta ſuas conſcientias, & ſub fide dicta fratribus diſpenſent pro utilitate, atque honeſtate fraternitatis, prout eorum diſcretioni videbitur expedire, ita tamen; ut anno eorum regiminis expleto coram fratribus reddant de omnibus ſibi commiſſis, atque ab eis collectis rationem, claves quoque Scrinii communitatis, & Sigillum, & alia ſibi commiſſa reſignent. Ex tunc de communi conſilio iidem, vel alii quatuor eligantur ad officium, quod primi geſſerunt honeſte, & fideliter peragendum, qui ſimiliter pervigili cura ſtare, atque laborare pro negotiis, nec non libertatibus Fratrum ſint adſtricti.

Digitized by Google

De recipiendis ad Fraternitatem.

Primo itaque notandum: quod ex omnium Plebanorum voluntate, atque ſtatuto nullus ad Fraternitatem recipi debet, niſi ſit Plebanus bonæ famæ, aut converſationis, Laicis plane excluſis, niſi forſan de communi conſilio Fratrum in participationem orationum aliqui recipiantur: quibus tamen ſic receptis eorum conſiliis, ſeu menſæ non licebit intereſſe, niſi per Fratres ſpecialiter ad hoc vocentur.

De Proviſoribus Fratribus venientibus ad fraternitatem.

Sciendum: quod a Proviſoribus quatuordecim diebus ante celebrationem fraternitatis præmitti debet epiſtola ad convocandos Fratres. Quodſi per eos neglectum fuerit, & ex hoc Fratres non venerint, pro quolibet non veniente ſolvent unciam A. (e) Si apud quempiam fratrum literæ remanſerint, vel manendo nimium tardaverint, ſolvet totidem. Venientes itaque ad fraternitatem unusquisque Fratrum ſub pœna ſtatuti, ſolo famulo ſit contentus, præmunitus etiam Superpelliceo, nec chorum calcaribus, & ſine Superpelliceo intrare præſumat, honore invicem, & ſpiritualiter in Eccleſia prævenientes, ita ut ſeniores habeant locum primum, mediocres medium, & Juniores ultimum. Nam & ſtatuta Patrum honorem Senibus volunt impendi. Item mane veniant ita, ut omnes in prima Miſſa præſentes exiſtant. (f)

IV.

(e) Aurine? an argenti? iſtud veriſimilius videtur.
(f) Plures ejusmodi leges condiderint pii illi Sacerdotes; ſed eas, utut omnem curam, & laborem impendi, videre nondum licuit.

Digitized by Google

IV.

Indulgentiæ XL. dierum collatæ visitantibus &c. Ecclesiam Parochialem S. Catharinæ in villa Körtvélyes. Datum Anno Domini 1346.

EX APOGRAPHO.

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsentes literæ pervenerint, Nos miseratione divina Joannes Edessenus Archi-Episcopus, Gregorius Lampsacenus, Joannes Corbavienſis, Amadeus Lancianenſis, Henricus Biduanenſis, Marinus Stagnenſis, Valentinus Maçarenſis, Arcantius —— Matthæus Ayacenſis, Petrus Lessinenſis, Franciscus Arbenſis, Petrus Callienſis Episcopi Salutem in Domino sempiternam. Splendor Paterni Luminis, qui sua mundum ineffabili claritate illuminat, pia vota Fidelium de sua clementissima Majestate ejus sperantium, tunc præcipue favore benigno prosequitur, cum devota ipsorum humilitas Sanctorum meritis, & precibus adjuvetur. Cupientes igitur, ut Ecclesia Parochialis S. Catharinæ in Villa Körtvélyes in Scepus. Strigon. Diœcesis ad laudem Dei, & B. Catharinæ V. fundata congruis honoribus frequentetur, & a Christi Fidelibus veneretur, omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui ad dictam Ecclesiam in singulis sui Patroni festivitatibus, & in omnibus aliis infrascriptis; videlicet natalis Domini, Circumcisionis, Epiphaniæ, Parasceves, Paschæ, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis, Corporis Christi, Inventionis, & Exaltationis S. Crucis, Michaelis Archangeli, & in singulis Festis B. M. V. Nativitatis, & Decollationis S. Joannis Bapt. BB. Petri, & Pauli Apostolorum, & omnium aliorum Apostolorum, & Evangelistarum, in festo OO. SS. in Commemoratione animarum, & in dictæ Ecclesiæ Dedicatione, & per Octavas omnium festivitatum prædictarum Octavas habentium, Sanctorumque Stephani, Laurentii, Martini, Gregorii, Nicolai, Augustini, Ambrosii, Georgii Martyris, Magdalenæ, Catharinæ, Margarethæ, Luciæ Virginum, singulisque diebus Dominicis causa devotionis, orationis, aut peregrinationis accesserint, seu qui Missis, Prædicationibus, Matutinis, Vesperis, aut aliis divinis officiis, exequiis, & mortuorum sepulturis ibidem interfuerint, vel qui in Serotina pulsatione campanæ flexis genibus ter Ave Maria dixerint, nec non ad fabricam, luminaria, ornamenta, dictæ Ecclesiæ manus porrexerint adjutrices, aut qui in eorum testamentis aurum, argentum, vestimenta, libros, calices seu quævis alia di-

ctæ Eccleſiæ neceſſaria donaverint, legaverint, ſeu donari, vel legari procuraverint, ſeu qui dictam Eccleſiam in ejus emolumentum exorando meruerint, & qui pro Domino Lamperto Canonico Eccleſiæ S. Martini de Scepus Strigon. Diæceſis præſentium impetratore Deum exoraverint, quotiescunque, & quandocunque, & ubicunque præmiſſa, vel aliquid præmiſſorum devote fecerint, de Omnipotentis Dei miſericordia, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum, ejus auctoritate confiſi, ſingulis mortalium XL. dierum indulgentias miſericorditer in Domino elargimur, dummodo Diæceſani voluntas (g) ad id acceſſerit, & conſenſus. In cujus rei teſtimonium præſentibns literis Sigilla noſtra apponimus ſcilicet duodecim Epiſcoporum. Datum — — tertia die Maii. Anno Domini MCCCXLVI. Pontificatus D. Clementis Papæ VI. anno III.

V.

Bulla Bonifacii Papæ IX. qua Parochis Iglovienſibus concedit Jus, quod vocant Patronatus, in Sacello S. Michaëlis Archangeli, Iglovia fundato. Datum Romæ Anno Pontif. XI. ſeu poſt Chriſtum natum 1399.

EX APOGRAPHO.

Bonifacius Epiſcopus Servus Servorum Dei ad futuram rei memoriam. Iis quæ pro Divini cultus augmento facta ſunt, ut illibata conſiſtant, libenter annuimus, illaque favoribus proſequimur opportunis. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti Filii Petri Herberdi Presbyteri Strigon. Diæceſis petitio continebat, quod olim dilectus Filius Henricus, Plebanus Eccleſiæ B. M. V. in nova Villa Diæceſis antedictæ, cupiens terrena in cæleſtia, & tranſitoria in æterna felici commercio commutare, de bonis ſibi a Deo collatis quandam

(g) Acceſſit vero, & quæ ſequuntur, Bullæ ſubſcripta ſunt: *Nos Cſanadinus Dei, & Apoſtolica gratia Archi-Epiſcopus Strigoniens. Locique ejus Comes Perpetuus, præmiſſis Indulgentiarum largitionibus prædictorum Venerabilium in Chriſto Patrum Diœceſanum conſenſum exhibemus, & inſuper 40. dierum Indulgentias miſericorditer in Domino elargimur Sigilli noſtri appenſione roborando. Datum Strigonii Sabb. prox. poſt Feſtum Converſionis B. Pauli Apoſtoli. Anno Domini* 1347.

Digitized by Google

dam capellam in honorem, & ſub vocabulo S. Michaëlis Archangeli in dicta Eccleſiæ B. M. V. in Nova Villa cum conſenſu univerſorum oppidanorum dictæ Novæ Villæ, cum quarta parte unius Molendini, cum certis pertinentiis terrarum, ſive pratorum erigi, conſtrui, fundari, & dotari, ac dictum Petrum ad regimen dictæ Capellæ præſentari, & inveſtiri ordinaria fecit authoritate. Quare pro parte dicti Petri nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut hujusmodi erectioni, conſtructioni, fundationi, dotationi, præſentationi, & inveſtituræ robur Apoſtolicæ Confirmationis adjicere, & jus Patronatus præſentandi, & deſtituendi Rectorem ad ipſam Capellam ipſi Henrico, & Succeſſoribus ſuis in perpetuum reſervare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui Divinum cultum præcipue noſtris temporibus adaugeri intenſis deſideriis affectamus, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, erectionem, fundationem, conſtrutionem, dotationem, præſentationem, & inveſtituram prædictas ratas habentes, & gratas, ipſas authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ac hujusmodi præſentationem ad dictam Capellam, quotiens illam vacare contigerit, & deſtitutionem eisdem Henrico Plebano, & Succeſſoribus ſuis perpetuo volumus reſervare, ſic tamen; quod hujusmodi Capellæ Rector, & ejus Succeſſores per dictum Henricum Plebanum, & ejus Succeſſores deſtitui, ſeu amoveri a regimine non debeant ſine Canonica, legitima & rationabili cauſa, jure dictæ Eccleſiæ B. M. V. in Nova Villa, ſeu alterius cujuscunque Eccleſiæ in omnibus ſemper ſalvo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, communitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum VI. Idus Novembris Pontificatus noſtri Anno XI.

Joannes de Bononia Secretarius
De mandato D. Noſtri Papæ P. de Lapreſſa.

VI.

Digitized by Google

VI.

Sigismundus Rex Hung. ex censu Villæ Kolonfalva Parochis Olaszinensibus assignat unam marcam, sub onere sacrificii quotidie persolvendi. Datum Leutschoviæ Anno Domini 1404.

EX APOGRAPHO.

Nos Sigismundus Dei Gratia Rex Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Marchioque Brandenburgensis &c. S. R. I. Generalis Vicarius, & Regni Bohemiæ Gubernator memoriæ commendamus per præsentes; Quod Nos tum ob devotæ sinceritatis zelum, & caritatem perfectæ dilectionis, quam in honorem Beatissimi, ac Præclari Præcursoris Domini S. Joannis Bapt. Patroni Oppidi nostri, Wallendorf vocati, Terræ nostræ Scepusiensis, semper gessimus, & gerimus, gerereque volumus Divino opitulante juvamine in futurum; tum etiam pro uberiori Statu, & commodo Parochialis Ecclesiæ, in dicto oppido nostro in honorem ipsius B. Johannis Bapt. fundatæ, & Rectorum ejusdem Deo famulantium in eadem, ut ex eo anima nostra, & Parentum nostrorum æterni refrigerii, parcente Domino, incrementa suscipiant, & ad perpetuæ visionis mereantur perduci claritatem, nec non etiam ad humilem supplicationis instantiam fidelium nostrorum Providorum Virorum: Frumoldi Judicis, Nicolai Faas moderni Judicis, nec non Jacobi Chaak dictorum Civium dictæ Civitatis nostræ Wallendorff, nostræ exinde humiliter porrectam Majestati. prædictæ Parochiali Ecclesiæ de dicta Wallendorff, & per consequens Plebanis, seu Rectoribus ipsius Ecclesiæ pro tempore præsidentibus, unam Marcam gravis ponderis Cameræ nostræ (h) Terræ Scepus. nobis singulis annis de Villa nostra, (i) Kolonfalva vocata, dictæ Terræ nostræ Scepusienſ. ratione censuum, & dationum ejusdem more solito provenire debentem amodo in antea temporibus perpetuis, & successivis similiter singulis annis duximus deputandam, & proveniendam: ita tamen, quod singuli Plebani ipsius Parochialis Ecclesiæ B. Johannis Bapt. in annotata Ecclesia, pro salute ani-

(h) Instituta ea est primum Quintofori, subinde Leutschoviam traducta, demum Cassoviam, ubi etiamnum perstat.

(i) Exigua possessio, quam decennio post idem Sigismundus Rex Ecclesiæ Olaszinensi donavit, & Wladislaus II. confirmavit Num. XII.

Digitized by Google

animæ noſtræ ſingulis diebus in perpetuum unam Miſſam ad honorem ipſius S. Johannis Bapt. teneantur facere celebrari. Harum noſtrarum teſtimonio literarum — — Datum in Leucha feria tertia proxima poſt Dominicam Reminiſcere Anno Domini MCDIV.

VII.

Sigismundus Imperator & Rex Hungariæ circa Decumas a Saxonibus, Parochis ſuis præſtandas binas literas confirmat: alteras Eliſabethæ Reginæ anno 1280.; alteras ſuas anno 1419. exaratas. Datum Anno Domini 1434.

EX APOGRAPHO.

Sigiſmundus Dei favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex omnibus Chriſti Fidelibus tam præſentibus, quam futuris, præſentium notitiam habituris, Salutem in omnium Salvatore. Clari, & Catholici Principis auribus benignis modeſta petitio diſplicere non debet; imo ad exauditionis gratiam admitti meretur, maxime cum aliquid ad proprietatem, & profectum Eccleſiarum Dei, & Eccleſiaſticarum Perſonarum Divino cultui mancipatarum poſtulatur. Intereſt namque Principis, dum petitiones poſcentium pro communicatione largitionis fidelium, æquitatem, & juſtitiam continere attenduntur; ex ſuſcepti regiminis officio Eccleſiarum commodis, & profectibus invigilare, & pias fidelium largitiones ſuis apicibus ſigillatis communire, ut futuræ, & futuris temporibus obtinere valeant immobilis perſeverantiæ firmitatem. Proinde ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire: quod diſcretus Presbyter Philippus, Rector Capellæ S. Spiritus de Leybitz, Terræ noſtræ Scepuſienſis, noſtræ Serenitatis accedens in conſpectum pro parte, & nomine univerſorum Plebanorum, ſeu Rectorum Parochialium Eccleſiarum XXIV. Civitatum, prædictæ Terræ noſtræ Scepuſienſis exhibuit, & præſentavit nobis, quasdam duas literas; unam videlicet olim Illuſtriſſimæ Principis Dominæ Eliſabethæ Reginæ Hungariæ feliciſſimæ memoriæ, privilegialiter exprimentem, in effectu univerſos Saxones, & Latinos ipſius Terræ noſtræ Scepuſienſis, etiam præſtito ſolenniter juramento aſſumpſiſſe: quod Decimas perſolverent eo modo, & ea integritate ſuis Plebanis, & Sacerdotibus per totum Comitatum Scepuſienſem, ſic-

Digitized by Google

ut Hungari, & Schlavi in Scepus exiſtentes, ipſas Decimas perſolvere eſſent ab antiquo conſueti, ſalvis minutis Decimis, quas minime perſolvere denegaſſent juxta eorum libertatem. Et aliam Noſtram Patentem ſub appreſſione minoris Secreti Sigilli noſtri, quo ut Rex Hungariæ utebamur, nuper propter augmentum tituli Noſtri Imperialis, ſub quo aliud Sigillum noſtrum in alia forma ſimiliter Secretum ſculpi fecimus, & fabricari, per nos rupti, & in partes diſſecti confectam, & emanatam, per quam univerſis, & ſingulis Saxonibus prædictarum XXIV. Civitatum, Terræ Noſtræ Scepuſienſis, mandaſſe dignoſcimur, ut nullus eorum fruges, cujuscunque materiæ exiſtant, ſine ſcitu ſui Plebani, ſeu Decimatoris ſubſtituti de agris juxta ſuum placitum abducere præſumat; ſed permittat tamdiu meſſes falcatas, manipulatas, & capeciatas in agro perſiſtere, quoad usque pars decimalis per ſuum Plebanum, aut ejusdem ſubſtitutum in frugibus eorum integraliter, & efficaciter ſequeſtraretur, tenore ſubſequentium: ſupplicans noſtro Culmini præfatus Presbyter Phillippus, pro parte, & nominibus ſæpefatorum Plebanorum, & Rectorum Parochialium Eccleſiarum XXIV. Civitatum Terræ Noſtræ Scepuſienſis prædictarum, humiliter, & devote, ut easdem duas literas; unam ſcilicet prænominatæ quondam Dominæ Eliſabethæ Reginæ privilegialem; & aliam noſtram Patentem, ratas, gratas, & acceptas habendo, Noſtrisque literis privilegialibus verbo tenus inſeri faciendo, eisdem Plebanis, & Eccleſiarum Paſtoribus, vel Rectoribus ipſarum XXIV. Civitatum Terræ Noſtræ Scepuſienſis, earumque Eccleſiis prænotatis, atque Succeſſoribus univerſis innovando perpetuo valituras dignaremur confirmare, quarum primæ, videlicet præallegatæ quondam Dominæ Eliſabethæ Reginæ literæ privilegialis tenor talis eſt:

Eliſabeth Dei Gratia Major Regina Hungariæ, Duciſſa de Machou, & de Boſna, omnibus Chriſti fidelibus tam præſentibus, quam futuris, præſens ſcriptum inſpecturis, Salutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire: quod Frater Conradus, Vir Deo devotus, de ordine Eremitarum S. Auguſtini, ex mandato, & præcepto Sanctiſſimi Patris D. Philippi miſeratione Divina Firmani Epiſcopi, Apoſtolicæ Sedis Legati, ad partes Scepuſienſes veniens pro Salute animarum, & reformatione Status, tam Saxonum noſtrorum, quam Latinorum, maxime ſuper Jure Decimarum hactenus nullatenus perſolutarum, in partibus Scepuſienſibus noſtræ ditioni ſubjectis multa laudabiliter propoſuit; & licet inter eosdem Saxones, & Latinos in noſtra Provincia diutius fuiſſet diſceptatum, ne aliter perſolverent Decimas ſuas; niſi more Saxonum, ſicuti conſueverunt, videlicet duodecimam Capeciam, (k) de quocunque genere frugum in campis relin-

(k) Capecia eſt acervus ex manipulis frumentariis collectus.

Digitized by Google

linquendo, ſuper quibus etiam quasdam conſuetudines allegabant ſuorum Parentum; licet debiles, ut ſolutio fieri deberet more Saxonum antiquorum. Tandem deliberatione habita inter ſe, coram noſtræ ſerenitatis præſentia iſti Saxones, & Latini voluntarie aſſumpſerunt, ac præciſe præſtito Sacramento, quod Decimas perſolverent eo modo, & ea integritate ſuis Plebanis, & Sacerdotibus per totum Comitatum de cætero, ſicut Hungari, & Schlavi in Scepus exiſtentes Decimas ipſas perſolvere ſunt conſueti ab antiquo, ſalvis minutis Decimis, quas minime perſolvere denegarunt juxta ipſorum libertatem. Super omnibus igitur præmiſſis, & ſingulis præmiſſorum obſervandis in futurum, ut prædiximus, præfati Saxones, & Latini tactis S. Evangeliis præſtitere ſolenniter juramentum, petentes nihilominus iidem Saxones, & Latini univerſi a nobis cum Inſtantia, ut hanc eorum ſponſionem, ſeu promiſſionem de ſolvendis Decimis factam, ne proceſſu temporis per eos, vel eorum Hæredes aliquid de iisdem poſſit dubitari, ſeu retractari, noſtro patrocinio dignaremur declarare. Nos itaque attendentes hanc petitionem eſſe juſtam, rationabilem, atque ſanam, ſuper omnibus præmiſſis, & aſſumptis præſentes conceſſimus literas duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Magiſtri Lucæ, S. Eccleſiæ Strigonienſis Præpoſiti, Aulæ Noſtræ Cancellarii, Fidelis noſtri Anno MCCLXXX.

Alterius vero, videlicet ipſius noſtræ Patentis literæ Præceptoriæ continentia ſequuntur in hæc Verba:

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Hungariæ &c: Rex univerſis, & ſingulis Fidelibus noſtris Terræ Scepuſienſis, quos præſens concernit negotium, ſalutem & gratiam. Pro parte Plebanorum Univerſorum XXIV. Civitatum Terræ noſtræ Scepuſienſis, gravem in ſe querelam continens, ad noſtram Majeſtatem petitio eſt delata, qualiter vos ipſis frugum Decimas ſuis temporibus non ſolum incomplete, & diminute datis, & aſſignatis; verum etiam ſine ipſorum ſcitu, & voluntate de agris ſine Decimatoris præſentia pro veſtro beneplacito abducitis in eorum grande præjudicium, & animarum veſtrarum diſpendium, & jacturam. Sed cum ex conceſſa nobis divinitus adminiſtratione ejus vices gerentes in temporalibus, in cujus manibus corda Regum ſunt, cujus voluntate movemur, & ſubſiſtimus, unicuique teneamur impertiri juſtitiam, & æquitatem; ei tam ex debito, quam præcepto obligamur principaliter, a quo omnis boni frugalitas, qui ſuo ſacratiſſimo ſancivit eloquio, ut de ſingulis nobis per ſuam largifluam bonitatem, ſeu pietatem collatis, ſuis Miniſtris in ſua ſpecie veras erogare debemus Decimas, in noſtrorum indulgentiam peccatorum; idcirco vobis univerſis, & veſtrum cuilibet ſingillatim mandamus firmiſſimo Regio ſub mandato, omnino volentes, quatenus ex nunc in antea ſucceſſuris temporibus cunctis, veſtrarum ſub muni-

mine literarum cum appenſione veteris Sigilli Terræ Scepuſienſis emanatarum, perque felicis recordii Sereniſſimum Principem Dominum Andream Regem Hungariæ (1) in Privilegium redactarum; nobis ſpecie tenus oblatarum, atque per noſtram celſitudinem, tanquam veri conſonas confirmatarum, ordinata, & ratificata, & per juramentum ſtabilita velitis, & debeatis in omnibus ſuis punctis, & articulis pro ratis & gratis habentes ſuis temporibus inviolabiliter obſervare, nullusque veſtrum ſub obtentu noſtræ gratiæ, & ſuo gravi diſpendio audeat fruges, cujuscunque materiei exiſtant, ſine ſcitu ſui Plebani, & Decimatoris ad id per eum ſubſtituti de agris quolibet abducere juxta ſuum beneplacitum; ſed permittatis fruges ipſas, meſſes, ſeu falcatas, manipulatas, & capeciatas tamdiu in agris perſiſtere, quoadusque pars Decimalis per veſtrum Plebanum, aut per ſuum ſubſtitutum a veſtris frugibus integraliter, efficaciter ſequeſtretur. Alioquin committimus, & ſerio injungimus fideli noſtro, Magnifico Viro Palatino, vel ejus Vice-Caſtellano Caſtri Noſtri Scepuſienſis, qui ſunt, vel pro tempore fuerint communiter, vel diviſim; ut vos ad obſervandum, & exequendum ſupra ſcriptum noſtrum mandatum ſub pœna, vel mulcta in præſcripto Privilegio contenta, & per alia opportuna media non ſine gravaminibus veſtris compellant, & adſtringant, noſtra hac in parte plena authoritate ſuffulti. Aliud igitur facere non audete: præſentes quoque perlectas ſemper reddite præſentanti. Datum in noſtra Poſonienſi Civitate, in die Feſti B. Dorotheæ Virginis, & Martyris Anno Domini MCDXIX. Regnorum noſtrorum Hungariæ XXXII. Romanorum IX.

Nos igitur humillimis ſupplicationibus memorati Presbyteri Philippi &c. Datum per manus Venerabilis Viri Mathiæ de Gathalocz Præpoſiti Quinque Eccleſiarum, Aulæ noſtræ ſummi Cancellarii, noſtri Fidelis Dilecti. Anno Domini MCDXXXIV. VIII. Kalend. Auguſti. Regnorum noſtrorum Hung. XLVIII. Rom. XXIV. Bohem. XIV. Imperii vero II.

VIII.

(1) V. Diploma, quod numero II. adduximus.

Digitized by Google

VIII.

Synopſis Bullæ Pontificiæ de Anno Jubilæo MCDL. affixa Valvis Eccleſiæ Parochialis Leutſchovienſis. Anno 1451.

EX AUTOGRAPHO.

Præſens Bulla hic Valvis Eccleſiæ affixa, Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & DD. Nicolai Papæ V. imo verius dictæ Bullæ tranſumptum, ſub ſigillo Reverendiſſimi in Chriſto Patris, & DD. Dionyſii miſeratione Divina Tit. S. Cyriaci in Thermis S. R. E. Presbyteri Cardinalis, Archi-Epiſcopi Strigonienſis, locique ejusdem Comitis Perpetui, Primatis, & Apoſtolicæ Sedis Legati Nati, quæ ſcilicet continet: quomodo dictus Dominus noſter Sanctiſſimus ad ſupplicationem inſtantiſſimam Prælatorum, & Baronum, & Gubernatoris Militum, ac Nobilium hujus inclyti Regni Hungariæ, qui vicini ſunt inimicis Fidei Chriſtianæ, videlicet Turcis, ſeu Teucris, & contra illos continue certant, gratioſe conceſſit prædictis Prælatis, Baronibus, Gubernatori, nec non Militibus, & nobilibus & illorum familiaribus, ac aliis, qui ad prædicta certamina ex diſpoſitione, vel conſuetudine Regni tenentur; non tamen aliis perſonis, ab illis diſtinctis, omnem gratiam Anni Jubilæi; videlicet plenariam omnium peccatorum remiſſionem, ac ſi in Urbe Romana fuiſſent, & eſſent, in eademque per quindenas ſtetiſſent, ac Eccleſias SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, Sancti Johannis in Laterano, & Mariæ Majoris ſingulis, vel interpolatis diebus viſitaſſent; dummodo vere ſint confeſſi, & contriti, & tantum medietatem pecuniæ nominatæ in capſis, ſeu ciſtis ad hæc ordinandis impoſuiſſent, quantum verisimiliter in eundo ad dictam Urbem, ſtando ibidem per quindenas, & redeundo ad propria exponerent, & hanc gratiam voluit Sanctitas Domini Noſtri Papæ prædicti ſolum in duabus Eccleſiis videlicet Varadinenſi Cathedrali; & (m) Albæ Collegiata, per dictas perſonas, & homines eſſe gerendam, & diſtribuendam. Nunc vero Sanctitas Domini Noſtri jam fata quia tempus conceſſionis gratiæ prædictæ breve fuit, locaque prædicta fuerint incolis Regni hinc inde diſtantia, iterum ad petitionem Prælatorum,

(m) Hinc colligi poteſt tota late Hungaria celeberrimas Eccleſias fuiſſe Magno-Varadinenſem, & Albaregalenſem, non tam, credo, ob ſtructuræ amplitudinem, aliaque ornamenta, quam quod ibi D. Ladislaus; hic S. Stephanus Reges quieſcerent.

Digitized by Google

Baronum, Domini Gubernatoris Militum, & Nobilium dictam gratiam non ſolum dictis Dominis, & hominibus; verum omnibus hominibus, & perſonis utriusque ſexus cujuscunque ſtatus, & conditionis exiſtant in Regno Hungariæ, & eidem ſubjectis, de novo modo, & formaliter ſub prædictis gratioſe conceſſit, & tempus usque ad ultimum Aprilis inclusive proxime nunc venturi prolongavit, & commiſit, & committit, quod iſta gratia in Eccleſiis tantummodo cathedralibus in Regno quæratur; ita videlicet, quod quælibet perſona in Cathedrali Eccleſia, ſub cujus Diæceſi eſt conſtituta, illam quærat, ibidemque vere pœnitens confeſſus, & contritus reponat reponenda, ut ſupra, tribus diebus continuis, vel interpolatis ipſas Eccleſias Cathedrales viſitare tenebitur, & ſic poterit omnem gratiam Anni Jubilæi elapſi promereri, ac ſi perſonaliter in Urbe Romana fuiſſet conſtitutus, hæcque conſecutus. Et dat Sanctitas Domini Noſtri prædicti omnibus Sacerdotibus idoneis tam Sæcularibus, quam Regularibus authoritatem audiendi Confeſſiones perſonarum prædictarum, & eas abſolvendi duntaxat pro una vice ab omnibus peccatis cum pœnitentia condigna etiamſi eſſent peccata, propter quæ merito Sedes Apoſtolica eſſet invocanda, & pecunia in capſis, vel ciſtis reponenda detur integra in uſum exercitus congregandi contra Infideles Turcos. Et hæc Bulla Papalis tranſumpta eſt coram Domino Archiepiſcopo Strigonienſi, duobus Notariis Autenticis, prout in ea continetur. Et tranſumptio facta eſt. Anno Domini MCDLI. in majore Palatio.

IX.

Eccleſia Parochialis in Zákocz violata ſacris ritibus conciliatur. Anno Domini 1462.

EX APOGRAPHO.

Gregorius Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Milkovienſis, nec non Reverendi in Chriſto Patris, & Domini Domini Dionyſii miſeratione Divina Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Archiepiſcopi Strigonienſis Suffraganeus, in Pontificalibus, Vicariusque generalis de Speciali præfati Reverendi Patris, ac Domini Domini Dionyſii Cardinalis, & Archiepiſcopi commiſſione hanc Eccleſiam Parochialem in Villa Iſaac, alias Eysdorff fundatam. Anno MCCCCLXII. die XIII. menſis Februarii, propter ejus Violationem una cum Cæmeterio reconciliavimus, habitis ad id cæremoniis, & ſolenitatibus ſolitis, & conſuetis.

X.

X.

Indulgentiæ centum dierum conceſſæ Olaſzinenſi Sodalitati B. M. V. in cœlos aſſumptæ. Datum Strigonii. Anno 1464.

EX APOGRAPHO.

Dionyſius Miſeratione Divina Tit. S. Cyriaci in Thermis S. R. E. Presbyter Cardinalis, Archiepiſcopus Strigonienſis, Locique ejusdem Comes Perpetuus, Primas, & Apoſtolicæ Sedis Legatus natus, ac in Regno Hungariæ ejusdem Sedis Legatus de latere univerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes has inſpecturis, Salutem in Domino ſempiternam. Splendor æternæ gloriæ, qui ſua mundum ineffabili illuminat claritate, pia vota fidelium commovet, & excitat, ut per bona opera æternæ retributionis præmia mereantur. Cupientes igitur, ut fraternitas Aſſumptionis intemeratiſſimæ, ac glorioſiſſimæ Virginis Mariæ in Eccleſia Parochiali S. Joannis Paptiſtæ in Villa Latina conſtructa, habita, noſtræ Strigonienſis Diœceſis, congruis frequentetur honoribus, fidelesque ipſi eo liberius devotionis cauſa ad eandem peragendam confluant, quo dono cœleſtis gratiæ ex ea uberius ſe conſpexerint refectos, & ut ab ipſis fidelibus jugiter veneretur, de Omnipotentis Dei miſeratione, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus authoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriusque ſexus fidelibus, vere pœnitentibus, & confeſſis, qui dictæ Confraternitati in dicta Eccleſia, ubi peragitur, ac — — ejusdem, & aliis Solennitatibus interfuerint; nec non ad reparationem, & conſervationem ipſius fraternitatis quotiescunque manus porrexerint adjutrices, toties pro qualibet hujusmodi peractionis vice pro die centum dies Indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus: præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis &c. Datum Strigonii in domo Solitæ Reſidentiæ noſtræ XXVI. die Menſis Aprilis Anno Domini MCDLXIV. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & DD. Pii Divina providentia Papæ II. anno II. (lege VI.)

XI.

Digitized by Google

XI.

Fragmentum literarum indicans Parochum Olaſzinenſem habuiſſe Jus, quod vocant Patronatus, tum in Eccleſia S. Mariæ Alznenſi, tum in Noſodochio S. Leonardi in Olaſzi. Datum Anno Domini 1487.

EX APOGRAPHO.

In nomine Domini Amen. Omnibus & Singulis præſens publicum Inſtrumentum inſpecturis notum ſit, & pateat evidenter: Quomodo Anno a partu Salvatoris ejusdem Domini MCDLXXXVII. Indictione V. die Lunæ XII. Martii hora tertiarum, vel quaſi in porticu majori Domus Parochialis Eccleſiæ S. Joannis Bapt in Olozi, alias Villa Latina, Jurisdictionis Ap. Strigon. Diœceſis, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & DD. noſtri Innocentii, Divina Providentia Papæ VIII. anno III. in mei Notarii publici, Teſtiumque ſupraſcriptorum præſentia, perſonaliter Conſtituti Laborioſi, & Circumſpecti Viri Nicolaus Turk Judex, Andreas Schulak, Jacobus Pellifex, Georgius Polak Jurati de præfata Olozy; nec non Martinus Judex, Joannes Szlopka Eccleſiæ Vitricus, Paulus Hovak, Jurati de Alzna, præfatæ Strigonienſis Diœceſis, omnibus melioribus, & efficacioribus modo, via, jure, & forma; quibus melius, & efficacius potuerunt, & debuerunt non circumventi dolo, vel fraude; nec ſpe ut ajebant, remunerationis ſeducti; ſed ſponte a ſua voluntate præmeditata, ſuperinde habita deliberatione, concorditer, & unanimiter faſſi ſunt, videlicet: quantum temporis prædicti Viri memorari potuerunt, atque quantum quidam a ſuis Prædeceſſoribus; quidam vero a ſuis Parentibus naturalibus audierunt. Et ſignanter præfatus Nicolaus Turk Judex in præfata Olozy Vir provectæ ætatis, qui dixerat; quod quarti jam Plebani in Olozi reſidentis optime, & mature meminerint, & quilibet Plebanorum in Olazy pro tempore exiſtentium omnimodam facultatem, jusque Patronatus habuerit ſuper Capella, aut Eccleſia S. Mariæ Chriſtiparæ Virginis, in ante dicta Alzna fundata; quæ quidem Capella, ſeu Eccleſia Filialis ſituata exſtitit Eccleſiæ Parochialis S. Joannis Bapt in jam dicta Olazy. Itaque qu libet Plebanorum pro tempore in Olazy reſidentium, una cum Judice, ſuisque Juratis, ac Communitate de fæ e fata Alzna jure Patronatus valuerit, aut potuerit eligere, & confirmare, & juris forma inveſture Virum idoneum,

ac

Digitized by Google

ac ſufficientem ad dictam Eccleſiam B. Virginis in dicta Alzna, eumque nondum confirmatum, de meritis exigentibus, ab hujusmodi Cura, ſeu adminiſtratione dictæ Eccleſiæ deponere, ſeu repellere, hæc ut præmiſſum eſt, conſueta fuerunt, ut præfati Viri dicebant, interim quoad aliquid temporis memorare, & quemadmodum ſui Prædeceſſores, aut Parentes naturales recolere a longis temporibus potuerunt. Inſuper præfati Judex, & Jurati de Olazy eisdem anno, die, hora, loco & pontificatu, quaſi ſub eodem verborum prætextu fatebantur: quod etiam a longæva, & approbata conſuetudine, quilibet Plebanus in Olazy pro tempore exiſtens habuiſſet, & haberet omnimodam facultatem, & Jus Patronatus una cum Judice, Juratis, ac tota Communitate de antedicta Olazy ſuper Eccleſia Hoſpitalis S. Leonardi Confeſſoris, in ſæpe fata Olazy ſituata, ſimiliter eligendi, inveſtiendi, ſeu confirmandi Presbyterum idoneum in Rectorem, & Proviſorem dictæ Eccleſiæ S. Leonardi Confeſſoris — — —

XII.

Wladislaus Rex Hungariæ Villam Kolinfalva, quam Sigiſmundus donaverat Eccleſiæ Olaſzinenſi, confirmat. Dat. Leutſchoviæ Anno Domini 1494.

EX APOGRAPHO.

Wladislaus Dei Gratia Rex Hungariæ, & Bohemiæ memoriæ Commendamus tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit univerſis: Quod nos cum ad nonnullorum Fidelium noſtrorum Eccleſiaſticorum ſupplicationem, per eos nomine honorabilis Magiſtri Joannis Plebani Eccleſiæ S. Joannis Bapt. in oppido Wallendorff fundatæ, noſtræ propterea porrectam Majeſtati, tum vero ob illam ſpem, & devotionem noſtram, quam erga S. Joannem Bapt. gerimus, & habemus ſpecialem, poſſeſſionem Kolendorff alias Kolinfalva vocatam, in Comitatu Scepus exiſtentem habitam, in cujus pacifico dominio idem Joannes Plebanus dictæ Eccleſiæ S. Joannis Bapt. conſequenterque Prædeceſſores ſuos Plebanos ex donatione, & collatione Sereniſſimi quondam Pricipis D. Sigiſmundi Hungariæ Regis, prædeceſſoris noſtri, bonæ memoriæ perſtitiſſe, atque perſiſtere aſſerunt etiam de præſenti, item totum, & omne jus noſtrum Regium ſiquod in dicta poſſeſſione haberemus, aut noſtram, quibuscunque cauſis, viis, modis, & rationibus concerneret Majeſtatem, cum

omnibus utilitatibus, & pertinentiis quibuslibet — — memoratæ Eccleſiæ S. Joannis Bapt. conſequenterque Plebanis in Eadem pro tempore conſtitutis, novæ noſtræ donationis titulo dedimus, donavimus, & contulimus; imo damus, donamus, & conferimus jure perpetuo, & irrevocabiliter tenendam, poſſidendam, pariter & habendam, ſalvo jure alieno: harum noſtrarum vigore, & teſtimonio literarum mediante, quas in formam noſtri Privilegii redigi faciemus, dum nobis in ſpecie fuerint reportatæ. Datum Leutſchoviæ in Dominica: Miſericordia Domini Anno Ejusdem MCDXCIV. Regnorum noſtrorum Hungariæ anno IV. Bohemiæ vero XXIII.

XIII.

Sigiſmundus Rex Poloniæ rata habet Privilegia ſacrorum Curionum in XIII. oppidis Scepuſ. agentium, mandatque ſuis Præfectis, ut eos in iisdem conſervent, ac tueantur. Dat. Pietrikoviæ Anno Domini 1548.

EX APOGRAPHO.

Sigiſmundus Dei Gratia Rex Poloniæ, Supremus Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſſoviæ &c. Dominus, & hæres &c. Significamus præſentibus literis, quorum intereſt univerſis, quod pro noſtro in Eccleſiam ſtudio omnes, & ſingulas immunitates, libertates, donationes, & privilegia Eccleſiarum, & Parochorum, aliorumque Beneficiatorum XIII. Civitatum, ac Villarum noſtrarum in Scepuſio confirmandas, & approbandas duximus, ita & confirmamus, & approbamus præſentibus literis, roburque perpetuæ firmitatis habere decernimus; quod Magnifico Petro Kmitha Comiti in Wiſchnicza, Palatino Craccovienſi Regni noſtri Supremo Marſchalco, & Cracovienſi, Premislienſi, Scepuſienſi, Colenſique Capitaneo, & pro tempore exiſtenti Capitaneo Scepuſienſi, & aliis, quorum intereſt, denunciamus, atque mandamus, ut omnes, & ſingulos Parochos, & alios quoscunque Beneficiatos XIII. Civitatum noſtrarum, & Villarum ad nos pertinentium in Scepuſio, in eorum, Eccleſiarumque, & beneficiorum, quæ obtinuerunt, immunitatibus, libertatibus, & Privilegiis, & donationibus, & dotationibus conſervent, nec contra illos vim aliquam illis inferri patiantur. Et quicunque temere contra libertates, immunitates, & Privilegia ejusmodi Eccleſiaſtica facere aliquid, aut attentare auſus fue-

Digitized by Google

fuerit, cum gravi noſtrâ animadverſione, & pœnis Capitanei noſtri Scepuſienſis nunc, & pro tempore exiſtentis puniendum decernimus, tenore præſentium mediante. In cujus rei fidem, & teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum Pietrikoviæ Sabbatho poſt Converſionem S. Pauli proximo. Anno MDXLVIII. Regni noſtri XLII.

Ad relationem Reverendi in Chriſto Patris Samuelis Maczejovſzky Epiſcopi Cracovienſis, & Regni Poloniæ Vice-Cancellarii.

XIV.

Inhibitio Ferdinandi I. Regis Hungariæ, ne ullus Parochis XXIV. Civitatum Scepuſ. ſeu in faciendis Teſtamentis ſeu recipiendis Decumis obturbare auſit. Datum Viennæ Anno 1548.

EX APOGRAPHO.

Ferdinandus Divina favente Clementia Romanorum, Hungariæ Bohemiæ &c. Rex ſemper Auguſtus, Infans Hiſpaniarum, Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ &c. fidelibus noſtris univerſis, & ſingulis Dominis Prælatis, Baronibus, Comitibus, Vice-Comitibus, Præfectis, Officialibus, Caſtellanis, Nobilibus, ipſorumque vices gerentibus, item prudentibus, & circumſpectis Iudicibus, & Juratis Civibus quarumcunque Civitatum, Oppidorum, & Villarum, cunctis etiam aliis cujuscunque ſtatus, ordinis, & conditionis hominibus in prædicto Regno Hungariæ, præcipue in Comitatu Scepuſienſi conſtitutis, & commorantibus præſentes viſuris ſalutem, & gratiam, Queſti ſunt apud Majeſtatem noſtram fideles noſtri, diſcreti Plebani Eccleſiarum (n)

(n) Diſcrimen probe faciendum eſt inter XXIV. Civitates Terræ Scepuſienſis, & Parochos XXIV. Civitatum Scepus. Illarum nomine veniebant XIII. Oppida, videlicet Bela, Leibitzium, Poprad, Iglovia, Olaszinum, Filka, Varallya, Mons S. Georgii, Villa Menhardi; Villa Durandi, Ruſquini, Michaëlis, & Matthæi: Undecim item ad Arcem Sceps. pertinentia ſcilicet: Nagy Szalok, Müllenbach, Velbach, Zakocz, Kapoſztafalva, Quintoforum, Szmiſany, Illyésfalva, Harigocz, Daniſſocz & Villa S. Quirini, ſeu Kuriman. Nomen contra Parochorum XXIV Civi-

XXIV. Civitatum Terræ noſtræ Scepuſienſis: quod licet ipſi exponentes haberent certa Privilegia, ſuper libera tempore agonis bonorum, & rerum ſuarum diſpoſitione per nos gratioſe confirmata, ac ſuper aliis quoque ſuis, & Eccleſiarum ſuarum libertatibus, & prærogativis, a Divis condam Hungariæ Regibus noſtris ſcilicet Prædeceſſoribus bonæ memoriæ ipſis data, & conceſſa: tamen nunc certi ex vobis, qui ipſos tam in hujusmodi teſtamentaria diſpoſitione; quam etiam perceptione Decimarum, & aliorum proventuum juxta veterem bonam conſuetudinem, Eccleſiis eorundem provenire debitorum impedirent, moleſtarent, eosdemque ipſis auferrent, & in proprios uſus converterent, in derogamen jurium Eccleſiæ ſuæ, ipſorumque Plebanorum damnum, & Divini Cultus diminutionem. Supplicantes Nobis iidem Plebani humiliter, ut iisdem ſuper inde gratioſe providere dignaremur. Quum autem Nos ex Officio noſtro velimus jura, & libertates Eccleſiarum Dei, quarum in Regno Noſtro Hungariæ, & partibus ei ſubjectis, more Prædeceſſorum noſtrorum Divorum condam Hungariæ Regum, ſupremi ſumus Patroni, & per conſequens Miniſtros ejus defendere, & conſervare, ſupplicatione præfatorum Exponentium exaudita, fidelitati veſtræ, vel veſtrum ſingulis harum ſerie firmiter committimus, & mandamus: quatenus acceptis præſentibus, & præmiſſis, ſicut nobis relatum eſt, ſtantibus, & ſe habentibus, præſcripta Privilegia, & libertates dictorum Exponentium ratione teſtamentariæ diſpoſitionis obſervare debeatis, eosdemque tam in percipiendis juſtis decimis, quam etiam aliis libertatibus, & immunitatibus ipſorum turbare, moleſtare, & damnificare nusquam, & nullo modo præſumatis, nec ſitis auſi modo aliquali. Secus nulla ratione facturi: præſentibus perlectis exhibenti reſtitutis. Datum in Civitate noſtra Vienna I. die Menſis Septembris. Anno MDXLVIII.

XV.

Civitatum latius pertinuit. Nam complexum quidem eſt & XIII. Oppidorum Polonicorum ſacros Curiones, demptis iis, qui in Villa Michaelis, ac Matthæi agebant, & XI. Oppidorum, nunc Charkyanorum, demptis Nagyſzalokienſi, Szmiſanienſi & Daniſſoczenſi, ut tamen quartus, & viceſimus numerus expleretur, Leutſchovienſis, Odorinenſis, Svaboczenſis, Hundsdorffenſis, & Lomniczenſis in eorum conſortium venere. Hæc adnotare placuit, ne ſimilitudo nominis, ut fit, confuſionem pareret. Porro hi Parochi XXIV. Civitatum Regales quandoque dicebantur, quod ampliſſima, cumprimis circa decumas, Privilegia a Regibus conſecuti ſunt.

Digitized by Google

XV.

Ejusdem Ferdinandi Regis literæ ad Parochos XIII. Oppidorum Scepuſ. ne ſacram ſupellectilem dent Bellico Præfecto Poloniæ. Datum Viennæ Anno 1551.

EX APOGRAPHO.

Ferdinandus Divina favente Gratia Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex ſemper Auguſtus. Honorabiles, ac fideles nobis dilecti. Allatum eſt ad Nos Marſchalkum Regni Poloniæ denunciaſſe vobis ſub gravi pœna, ut res Eccleſiaſticas aureas, & argenteas ex Eccleſiis iſtis veſtris ad eum perferre debeatis. Tametſi igitur ea de re Nos ad Sereniſſimum Poloniæ Regem, atque ipſum Marſchalkum diligenter Scripſimus; committimus tamen vobis, & mandamus firmiter, ut ſi omnino dictus Marſchalkus pergeret a vobis eas res exigere, nulla ratione eas illi dare debeatis; ſed integras ad Divinum cultum, Miniſteriumque conſervetis. Tametſi enim oppida iſta quoad temporalem jurisdictionem nomine pignoris tenentur per præfatum Sereniſſimum Poloniæ Regem, & ejus Officiales; noſtra tamen, & Coronæ noſtræ Hungaricæ proprietas eſt. (o) Neque præterea jurisdictionis Eccleſiaſticæ quidquam eſt in illis Oppidis, eorumve Eccleſiis inſcriptum, vel oppignoratum; ſed ſub Præpoſito Scepuſienſi, cujus caput, & Metropolitanus eſt Archiepiſcopus Strigonienſis, Eccleſias ipſas, omnemque ſpiritualem in ipſis Oppidis jurisdictionem fuiſſe hactenus, atque eſſe conſtat. Secus igitur nullo modo facere præſumatis. Datum Viennæ die III. Menſis Novembris, Anno Domini MDLI.

(o) Vide, quæ diximus ad Diplom. Oppid. Scepus. Num. XV. lit. u.

Digitized by Google

XVI.

Nicolaus Olabus Archiepiſcopus Strigonienſis prohibet Parochos XIII. Oppidorum Scepus. ne Præfectis Podolinenſibus, ac Lublovineſibus frumentum &c. ſubminiſtrent. Datum Tyrnaviæ Anno 1553.

EX APOGRAPHO.

Nicolaus Olahi miſeratione Divina Archiepiſcopus Eccleſiæ Metropolitanæ Strigonienſis, Locique ejusdem Comes perpetuus, Primas Hungariæ, Legatus natus, ac Sereniſſimi Principis & DD. Ferdinandi Dei favente Clementia Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ &c. Regis &c. Summus Secretarius, & per Regnum Hungariæ Cancellarius &c. Honorabilibus in Chriſto Fratribus DD. Eccleſiarum Parochialium Plebanis XIII. Civitatum Regalium, Terræ Scepus. jurisdictionis ſpiritualis ejusdem Eccleſiæ noſtræ Strigon. ſalutem, & Paternam in Domino benedictionem. Certo ſermone nobis expoſitum eſt; quemadmodum Officiales Caſtrorum Podolyn, & Liblau Sereniſſimi Regis Poloniæ vobis quotannis certam, & permagnam ſolutionem frumenti, hordei, aliorumque (p) bladorum imponerent; aliis etiam diverſarum rerum exactionibus contra libertates veſtras impedirent; niterentur porro iidem Officiales hujusmodi gravaminibus vos penitus a jurisdictione noſtra ſpirituali abſtrahere. Quamquam illud non poſſit non conſtare dictas XIII. Civitates Terræ Scepus. ſimul cum jurisdictione temporali, apud eundem Sereniſſimum Regem Poloniæ in pignore haberi, jurisdictio tamen ſpiritualis Eccleſiarum in ipſis XIII. Civitatibus fundatarum, ſubjectio, obedientiaque Clericorum earundem a nobis, & Eccleſia noſtra Metropolitana alienata non eſt. Quare diſcretioni veſtræ, & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna firmiter præcipiendo committimus, & mandamus, quatenus hujusmodi indebitis poſtulationibus, & mandatis dictorum Officialium Caſtrorum Podolyn, & Liblau non pareatis; neque ipſis contra libertatem veſtram, & diminutionem divinorum cultuum aliquid, niſi ſpeciale ſuperinde noſtrum habueritis mandatum, contribuere debeatis. Nolumus

(p) Bladum: vox barbara idem eſt, quod frumentum, avena, viridis ſeges. *Ex gallico* Bled, quod idem ſignificat.

Digitized by Google

mus enim iſta in conſuetudinem ſuo tempore venire. Nos Dei auxilio vos omnes pro viribus ſub tutela libertatis, & jurisdictionis noſtræ Eccleſiæ conſervare, manutenereque adnitemur. Datum Tyrnaviæ penultima die Decembris, Anno Domini MDLIII.

XVII.

Maximiliani Regis Bohemiæ ad Sigismundum Auguſtum Regem Poloniæ literæ, quibus orat eundem, ne Parochos XIII. Oppidorum per Scepuſienſes Præfectos inſolitis exactionibus premi ſinat. Datum Viennæ Anno Domini 1555.

EX APOGRAPHO.

Sereniſſimo Principi Domino Sigismundo Auguſto Regi Poloniæ, Magno Duci Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſſoviæ &c. Domino, & Hæredi &c. Conſanguineo, & Sororio Noſtro obſervando. Maximilianus eadem gratia Rex Bohemiæ &c. Salutem, & fraterni amoris continuum incrementum. Sereniſſime Princeps Conſanguinee, & Sororie Noſter obſervande! Queſtus eſt apud Nos in hac abſentia Sacræ Majeſtatis Regiæ Domini, & Genitoris Noſtri obſervandiſſimi Reverendus Blaſius Epiſcopus Wacienſis, Præpoſitus Scepus. qualiter Capitanei, ſeu Officiales veſtræ Serenitatis in Scepuſio conſtituti, Presbyteros illos, per Scepuſium commorantes, qui videlicet dicto Blaſio Epiſcopo, & Præpoſito in jurisdictione Eccleſiaſtica ſunt ſubjecti, graviſſimis oneribus, taxationibus, & exactionibus contra priorem veſtræ Serenitatis commiſſionem moleſtarent, & vexarent; exigendo ab eis per vim certas fruges; item avenam, auferendo etiam ab ipſis dimidiam partem decimarum ſuarum; nec non res Eccleſiarum argenteas, & alia inſolita, & importabilia onera eis imponendo: ſupplicando nobis humillime, dignaremur ad Serenitatem veſtram in commendationem hujus negotii ſcribere. Quamvis autem certi ſimus talia hæc invita; imo inſcia Veſtra Serenitate fieri, cum præſertim præfata Sacra Majeſtas Regia eandem ſuperinde tam literis, quam nunciis ſuis requiſiverit; nihilominus rogamus eandem obnixe, velit committere dictis Officialibus ſuis in Scepuſio exiſtentibus, ne in jurisdictionem Eccleſiaſticam ſe ingerant, & ne Presbyteros ita moleſtent, & ne res illorum tali modo auferant; quin potius ablata reſtituant. Factura procul dubio rem ſe, ſuaque authoritate dignam, præfatæque Sacræ Majeſtati Regiæ, & nobis gratam, & omni paterno, & fraterno

no amore compenſandam. Deus optimus conſervet Veſtram Serenitatem ſanam, & incolumem. Datum Viennæ die ultima Menſis Septembris Anno Domini MDLV.

Bonus Frater
Serenitatis Veſtræ
Maximilianus mppria.

XVIII.

Mandatum Sigismundi Auguſti Regis Poloniæ ad Præfectum ſinum Scepuſienſem Johannem Bomar de Balicz in eodem negotio. Datum Vilnæ Anno Domini 1555.

EX APOGRAPHO.

Sigismundus Auguſtus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſſoviæ &c. Dominus, & Hæres, Generoſo Johanni Bomar de Balicz Caſtellano Biecenſi, Magno Procuratori arcis noſtræ Cracovienſis, & Scepuſienſi, Rabſtinenſique Capitaneo, fideli dilecto gratiam noſtram. Generoſe fidelis dilecte! Queruntur nobis Sacerdotes, quod in Præfectura Scepuſienſi fidei tuæ commiſſa, ſinas gravia onera ſibi, contributionesque inſolitas, & minime debitas per fidelitatem tuam, ejusque Adminiſtros imponi; avenam, aliasque fruges, & dimidiam decimarum ſuarum partem a ſe extorqueri; quin & templa exinaniri, neque in eis res argenteas, aliaque pretioſa relinqui. Atque ea omnia non ſolum contra veterem, & divinitus Eccleſiæ Miniſtris datam immunitatem; ſed etiam contra peculiaria Domini Parentis Noſtri, noſtraque præſcripta committi. Mandamus fidelitati tuæ, ut cum ſe adverſus omnes Eccleſiæ Miniſtros in ea Præfectura gerat, nequid omnino voluntate noſtra contra illos novare videatur; quin veterem, longaque temporum ſerie continuatam conſuetudinem in omnibus ſtudioſe ſequatur. Pro gratia noſtra aliter non factura. Datum Vilnæ XV. Decembris Anno Domini MDLV. Regni noſtri VI.

XIX.

Digitized by Google

XIX.

Nicolaus Olabus Archiepiſcopus Strigonienſis rurſum prohibet Parochos XIII. Oppidorum Scepus. ne Præfectis Lublovienſibus pareant, neve a jurisdictione Eccleſiæ Strigon. ſe avelli ſinant. Datum Viennæ Anno 1557.

EX APOGRAPHO.

Nicolaus Olahi miſeratione Divina Archiepiſcopus Eccleſiæ Metropolitanæ Strigonienſis, locique ejusdem Comes Perpetuus, Primas Hungariæ, & S. Apoſtolicæ Sedis Legatus Natus, & per Regnum Hungariæ ſummus Secretarius, & Cancellarius, atque Conſiliarius Regiæ Majeſtatis &c. Venerabilibus, & diſcretis in Chriſto Fratribus Eccleſiarum Parochialium XIII. Civitatum Regalium Terræ Scepus. Plebanis, jurisdictionis ſpiritualis ejusdem Eccleſiæ noſtræ Strigon. Salutem in Domino paterna cum benedictione. Omnia ea, quæ nobis diſcretus vir Magiſter Wenceslaus de Lomnicza Parochus, Nuncius veſter communi veſtro omnium nomine de univerſo ſtatu, deque perſecutione veſtra proxime expoſuit, plane intelleximus, ac graviter permoleſteque tulimus; ſignanter vero, qualiter Officiales Caſtri Lublow jam a duobus continuis annis dimidiam partem decimarum veſtrarum manu violenta abſtuliſſent, aliisque exactionibus, & taxis contra libertates veſtras vos aggravaſſent, & oneraſſent, aggravareque, & onerare non ceſſarent etiam de præſenti, & his omnibus gravaminibus, & violentis exactionibus vos penitus a jurisdictione noſtra ſpirituali, & obedientia, ac ſubjectione Eccleſiæ Metropolitanæ præfatæ Strigon. avellere, abſtrahereque conarentur. Quamvis autem negari non poſſit, prædictas XIII. Civitates Terræ Scepus. una cum jurisdictione temporali à Sereniſſimo Rege Poloniæ pignoris tantum loco poſſideri: attamen jurisdictio ſpiritualis Eccleſiarum præfatarum XIII. Civitatum ab obedientia, & ſubjectione Eccleſiæ noſtræ Metropolitanæ Strigon. & per conſequens noſtra, nec eſt alienata, nec potuit alienari. Quare diſcretioni veſtræ, & veſtrum cuilibet, in virtute ſanctæ, ſalutarisque obedientiæ diſtricte committimus, & mandamus; quatenus hujusmodi violentiis, atque indebitis poſtulationibus, & mandatis præfatorum Officialium Caſtri Lublow minime pareatis, neque vos a jurisdictione, ac obedientia, ſubjectioneque Eccleſiæ Metropolitanæ Strigon. Matris veſtræ ullis unquam minis, aut terroribus abſtrahi, avellique permitta-

Digitized by Google

tis; ſed in fide ac conſtantia ad inſtar Prædeceſſorum veſtrorum perſeveretis, & permaneatis. Nam ſi diverſum quidpiam, quod abſit, ad jurisdictionem Eccleſiæ noſtræ Metropolitanæ Strigon. Matris veſtræ aſſerere cogeremur; quod ne accidat, vobis ſumma cura, ſummoque ſtudio cavendum, providendumque erit. Et quamvis ea cura poſt nos ſpecialitet, & immediate ad Præpoſitum Scepus. Prælatum veſtrum pertineat; tamen nos quoque Dei auxilio, & Sacræ Majeſtatis Regiæ, Domini noſtri clementiſſimi authoritate freti, vos omnes pro viribus noſtris ſub tutela libertatis, & jurisdictionis Eccleſiæ noſtræ præfatæ Metropolitanæ Strigon. conſervare, manutenereque adnitemur, nec aliquid, quod ad defenſionem veſtram pertinere putabimus, prætermittemus. Datum Viennæ apud ædes noſtras 20. die Novembris Anno MDLVII.

XX.

Ejusdem Nicolai Olahi Archiepiſcopi Strigonienſ. literæ ad Sigismundum Auguſtum Regem Poloniæ in eadem materia. Datum Viennæ Anno Domini 1557.

EX APOGRAPHO.

Sereniſſimo Principi, & DD. Sigismundo Auguſto Regi Poloniæ, Magno Duci Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Mazoviæque &c. Domino Clementiſſimo. Sereniſſime Princeps, Domine Clementiſſime! Orationem, & ſervitiorum meorum humilem commendationem. Ex literis ſacræ Romanorum, Hungariæ Bohemiæque &c. Majeſtatis Patris, & Conſanguinei ſui chariſſimi; Domini vero mei clementiſſimi, Sereniſſima Majeſtas veſtra intelligit, quibus, & quantis injuriis, violentiis, damnisque, & oppreſſionibus Plebani XXIV, Civitatum Scepus. qui jurisdictioni Metropolitanæ Eccleſiæ meæ Strigon. ab initio ſemper ſubditi fuerunt, & nunc ſunt, per homines & officiales Sereniſſimæ Majeſtatis Veſtræ in Scepuſio Conſtitutos afficiantur, idque non ſolum in decimarum legitimarum eorundem Plebanorum violenta ablatione, aliisque rebus, & negotiis temporalibus; verum etiam in ordine, & ſtatu eorum, ac religione Sacroſanctæ Eccleſiæ Catholicæ; præterea his non contenti a gremio quoque, ac jure, atque obedientia præfatæ Eccleſiæ meæ Metropolitanæ, eosdem Plebanos nonnulli dictorum Majeſtatis Veſtræ Officialium ſegregare, ac indebite, contraque non ſolum dictæ Eccleſiæ meæ; verum etiam Regni hujus Hungariæ Privilegia tentare conantur, & audent. Quæ quidem omnia Sereniſſime Princeps,

Digitized by Google

ceps, cum & pietati erga Deum, & æquitati manifeſte contraria ſint, & adverſentur, nec Sereniſſimæ Majeſtatis Veſtræ Conſenſu, ac juſſu ab Officialibus ejusdem fieri, ac patrari credamus, quemadmodum Sacra dicta Regia Majeſtas Dominus meus Clementiſſimus paterne, & benevole Sereniſſimam Majeſtatem Veſtram per ſupra dictas literas ſuas nunc, & antea quoque rogavit; ita ego quoque eidem diligentiſſime ſupplico, dignetur cum amoris, ac pietatis ſuæ in Deum, ac Eccleſiam ejus, tum paternæ dicti Domini mei Clementiſſimi petitionis ob reſpectum, ab hujusmodi indebitis conatibus, & factis, ac quavis præſcriptorum Plebanorum turbatione, & damnificatione prohibere, ad eosdem Officiales ſuos ſerium mandatum ſuum dare, ut decimas ipſis Plebanis violenter, & illegitime ablatas reſtituant, aliaque damna eisdem illata refundant. Amodo autem in poſterum ab hujusmodi violentiis, & injuriis illis inferendis omnino ceſſent, ac jura, Privilegiaque mea, & dictæ meæ Eccleſiæ Metropolitanæ Strigonienſ. vetuſta obſervent, & omnes obſervare faciat, ne contra illa quidquam agant. In quo Sereniſſima Majeſtas Veſtra rem faciet cum pietati erga Deum, & æquitati conſentaneam; tum vero Sacræ Majeſtati Regiæ Domino meo Clementiſſimo valde gratam, & officioſis, ac deligentibus ſervitiis meis per omnem occaſionem eidem rependendam. Quod reliquum eſt, Sereniſſimam Majeſtatem Veſtram feliciſſime, & diutiſſime vivere, & regnare opto, eidemque promptitudinem ſervitutis meæ diligenter commendo. Datum Viennæ 25. Nobembris Anno MDLVII.

XXI.

Literæ Rudolphi Cæſaris ad Militares Præfectos, ut Parochos XIII. Oppidorum Scepus. tueantur contra vim Centurionum Lublovienſium. Datum Viennæ Anno Domini 1578.

EX APOGRAPHO.

Rudolphus II. Dei Gratia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, & Comes Tyrolis fideli noſtro Magnifico Johanni Rueber (q) de

(q) Parum admodum his, & ſuperioribus literis effectum eſt. Polonici namque Præfecti hominum ſacrorum fortunis res ſuas amplificabant. Rueberus autem curam ad tuendos Parochos adeo non contulit, ut depulſis, quotquot poterat, Catholicis, Auguſtanos ubique ſufficeret.

Digitized by Google

Pyxendorf Supremo, & Generali Capitaneo noſtro Partium Superiorum Regni Hungariæ; nec non Paulo de Zava Officii generalis Capitaneatus Partium Superiorum Regni Hungariæ Vices gerenti, modernis, & futuris Capitaneis noſtris ſalutem, & gratiam. Significat Majeſtati noſtræ per ſupplicationem ſuam fidelis noſter Reverendus Gregorius Bornemiſza Epiſcopus Varadienſis, ac Eccleſiarum Scepuſienſis, & Jaſzovienſis Præpoſitus, & Conſiliarius noſter non ſine querela: Quomodo Officiales, & Capitanei in arce Lyblio Sereniſſimi Regis Poloniæ pro tempore conſtituti contra divina, & humana jura in ſuos Parochos XIII. Oppidorum in præſens apud Regem Poloniæ titulo pignoris habitorum injurioſe, atque inſolenter debaccharentur, quos præter alia multa inſolita ad inconſuetas frumenti, hordei, & avenæ dationes contra antiqua eorum jura, & Privilegia, atque libertates coarctare niterentur. Supplicans Majeſtati noſtræ humiliter, ut cum hæc injuſta, & indebita exactio frumenti, hordei, & avenæ non ita pridem a dictis Officialibus, & Capitaneis in fraudem, & detrimentum præfatæ Eccleſiæ ſuæ Scepuſienſis, & jurium ſuorum temere attentata ſit; ab inſcriptione ipſa omnes Eccleſias, & Miniſtros Eccleſiæ Dei in iisdem Oppidis exiſtentes perpetuo exemptos, & Præpoſiti Scepuſienſis, ejusque Eccleſiæ juribus eſſe immediate ſubjectos. Nos vero nolentes Eccleſiarum Miniſtros, quorum præcipui ſumus Patroni, a quibusdam indebite vexari, atque moleſtari, ſupplicatione dicti Epiſcopi juſta, & legitima exaudita: Fidelitatibus Veſtris harum ſerie firmiter committimus, & mandamus, quatenus acceptis præſentibus, & præmiſſis, ſicut præfertur, ſtantibus, & ſe habentibus, dictos Capitaneos, & Officiales de Lyblio, & alios violentos ab ejusmodi violentiis, & injuſtis exactionibus, vel potius expilationibus cohibere, & tam contra Capitaneos, & Officiales Lyblovienſes; quam alios violentos turbatores tueri, & protegere debeatis, & teneamini, juſtitia ſuadente. Secus non facturi. Perlectis præſentibus exhibenti reſtitutis. Datum Viennæ XXIX. Aprilis Anno Domini. MDLXXVIII.

IX.

Digitized by Google

IX.

Diplomata illustrantia res Præposituræ, et Capituli S. Martini de Scepusio.

I.

Mathias Præpositus Scepuſ. cum Sociis adfert Pallium Archiepiſcopale Mathiæ, translato ex Epiſcopatu Vacienſi in Metropolim Strigonienſem. Datum Laterani A. D. 1239.

EX APOGRAPHO.

Gregorius PP. IX. Capitulo Strigonienſi.

Dilectos Filios (a) Præpoſitum de Scippis. Magiſtros Albeum Nitrienſ. & Nicolaum Gumurienſem Archidiaconos, Girardum Plebanum de Banya, & Riccardum Lectorem Eccleſiæ Strigon. Concanonicos, & Procuratores veſtros cum univerſitatis veſtræ literis ad ſedem Apoſtolicam accedentes benignitate recepimus conſueta, & poſtulationem, quam de Venerabili Fratre noſtro M. Epiſcopo quondam Vaczienſi in Strigon. Archiepiſcopum concorditer celebraſtis, ut eædem literæ continebant, nobis per eos humiliter præſentatam, per Fratres noſtros examinari fecimus diligenter, eamque non duximus admittendam; quia ipſam conſtitit minus canonice celebratam. Cæterum attendentes; quod chariſſimorum in Chriſto Filiorum B. (b) Hungariæ, & Colomanni Regum Illuſtrium, & aliorum fide dignorum teſtimonia de vita, converſatione honeſta, literatura, & gravitate morum eundem Epiſcopum apud nos reddiderunt quamplurimum commendatum, volentes etiam eidem Eccleſiæ, tanquam ſpeciali Filiæ uberiorem gratiam impertiri, ne remaneat diutius Paſtoris ſolatio deſtituta, ipſum a vinculo, quo tenebatur, Vaczienſis Eccleſiæ abſolventes, vobis de ſpeciali gratia in Patrem conceſſimus, & Paſtorem verum

(a) Ex Præpoſitorum Scepuſ. ſerie, quam Parte III. daturi ſumus, apparet Mathiam de genere Hermanni id temporis fuiſſe Præpoſitum. In Apographo, quod præ manibus erat, nomen exmiſſum eſt.

(b) B. id eſt Belæ hujus nominis IV. Hungariæ Regis.

Digitized by Google

rum jam dictæ Strigon. Eccleſiæ committentes, eidem. — — Ad hoc, ut eadem Eccleſia veſtra in oculis Apoſtolicæ Sedis inveniſſe prærogativam ſe gaudeat, gratiæ plenioris, nos Pallium; inſigne videlicet Pontificalis officii a ſupradictis Procuratoribus veſtris ſupplicationibus ſacris annuentes, & Eccleſiæ Strigon. prædictæ temporis malitia, & itineris gravitate conſulere cupientes, & indemnitatibus præcavere, per Procuratores eosdem Venerabili Fratri noſtro Colocenſi Archiepiſcopo deſtinamus, recepto ab ipſis corporaliter juramento, quod ei fideliter aſſignabunt, per eundem ſub forma conſueta, ſibi ſub Bulla noſtra intercluſa, jam dicto Epiſcopo conferendum. Ideoque Univerſitatem veſtram monemus attente, & hortamur, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus eum Patrem, & Paſtorem veſtrum, ad Strigonienſem Eccleſiam accedentem, recipiatis benigne, ac ejus ſalubria monita, & mandata ſuſcipiatis humiliter, & inviolabiliter obſervetis, alioquin ſententiam, quam ille rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus Authore Domino inviolabiliter obſervari. Datum Laterani II. Non. Maji Anno XIII.

II.

Bela IV. Rex ratam habet donationem poſſeſſionis Almas, a Patre ſuo Andrea Eccleſiæ Scepuſ. factam; item concedit Præpoſito locum in Caſtro Scepuſ. pro Turri, & Palatio ædificando. Datum Anno Domini 1249.

EX APOGRAPHO.

Bela Dei gratia Hungariæ &c. Rex Omnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſens litera pervenerit, ſalutem in omnium Salvatore. Etſi donationes Progenitorum noſtrorum felicium ratas habere debemus; maxime tamen ordinationes factas Eccleſiis ab iisdem tenemur inviolabiliter obſervare; ut ex hoc a bonorum omnium largitore mereamur gratiam in præſenti, & gloriam in futuro. Proinde ad univerſorum tam præſentium, quam poſterorum notitiam harum ſerie volumus pervenire; quod cum terras de Scepus generaliter ad judicium vocaſſemus, & ad perambulandum ſingulorum terras ibidem dilectos, & fideles noſtros Magiſtrum Akus Albenſem Cuſtodem, & Cancellarium chariſſimæ conſortis noſtræ; nec non Myko Comitem de Zoulum miſſiſſemus, inter cætera mandati noſtri negotia exequenda, cum prædicti ad terram Almas nomine

mine perveniſſent, ipſam in poſſeſſione fidelis noſtri Mathiæ Præpoſiti de Scepus invenerunt. Requiſitus autem dictus Præpoſitus, quo titulo eam poſſidet, etſi munimentum ſuper terra eadem haberet, reſpondit; quod inſtrumentum Patris noſtri Andreæ Regis, felicis recordationis ſuper ipſius terræ donatione confectum, amiſſum in generali ſubverſione Tartarica extitiſſet; conſtitutis vero poſtmodum in eorum reditu coram nobis prædictis Magiſtro Akus, & Miko Comite, cum Mathia Præpoſito memorato, ſicut idem Præpoſitus nobis retulit, comperimus, quod præfata Eccleſia S. Martini Præpoſituræ in Scepus, a Progenitoribus noſtris, & a nobis careret dotalitiis, nos eandem favore Regio proſequentes, cum ſit de Monilibus Regni noſtri, eidem Eccleſiæ ex debito noſtri Regiminis providere tenemur; etiamſi in nominata terra ei proviſum antea non fuiſſet, dictam terram Almas ob remedium animæ Matris noſtræ claræ memoriæ damus, & conferimus Eccleſiæ memoratæ, ut nunc noſtra donatio ſit munimen, & firmatio præcedentis. Inſuper concedimus eidem Mathiæ Præpoſito locum in Caſtro noſtro Scepus pro turri ædificanda, & Palatio competentem, quem & ipſe aſumpſit ædificandum, muniendum, & conſervandum ad tutelam Caſtri, & utilitatem Eccleſiæ memoratæ; adjicientes, quod locus, & ædificia, quæ ibi conſtruxerit, ſibi, & in ipſa Præpoſitura ſuccedentibus, jure perpetuo debeat remanere. Ut autem præmiſſa omnia robur obtineant perpetuæ firmitatis, nec ab aliquo Succeſſorum noſtrorum valeant proceſſu temporis in irritum revocari, præſentes in ſtabilitatem perpetuam damus literas, Sigilli noſtri duplicis munimine conſignatas. Datum Anno Incarnationis Dominicæ MCCXLIX. XIII. Kalend. Octob. Regni autem noſtri A. XIV.

III.

Belæ IV. Regis literæ, quibus terram Vizoka Muthmerio Præpoſito Scepuſ. ejusque Eccleſiæ aſſerit. Jaurini An. 1264.

EX APOGRAPHO.

Nos Bela Dei gratia Rex Hung. memoriæ commendantes ſignificamus tenore præſentium univerſis: Quod Magiſter Muthmerius, Præpoſitus de Scepus, Fidelis Clericus noſter, ad noſtram accedens præſentiam, nobis ſignifi-

nificare curavit; quod Villam Centurio Drancharíorum (c) de Scepus de Villa Drauch, & populi de eadem quandam terram Eccleſiæ S. Martini Præpoſituræ de Scepus Vizoka vocatam, dudum a nobis ſibi dari petiviſſent: & petunt, ut ipſam Eccleſiam non pateremur defraudari ſuo jure, & inſuper prout dictus Comes de Scepus — — Terræ prædictæ homo noſter deputatus ordinaverat, idem Præpoſitus ſuper facto memoratæ Terræ Privilegium ejusdem Eccleſiæ exhibuit coram nobis, cujus tenore perlecto intelleximus, & invenimus ipſam Terram Vizoka eſſe terram Eccleſiæ prænotatæ, & in eodem Privilegio contineri. Nos itaque unicuique in ſua juſtitia — — quia ipſam terram invenimus in jam dicto Privilegio contineri, eandem ſine ſtrepitu judicii dictæ Eccleſiæ de Scepus reliquimus, pleno jure præſente eodem Villam, qui de jure, quod non habebat, diffidens, omni actioni, quam occaſione ipſius terræ contra eundem Præpoſitum, & Eccleſiam de Scepus moverat, prout movere intendebat, renunciavit coram nobis. Datum Jaurini in Vigilia Lucæ Evangeliſtæ Anno Domini MCCLXIV.

IV.

Rolandinus Comes Scepuſ. componit certam litem obortam inter populos Eccleſiæ Scepuſienſis, & Saxones de Villa Ruskin Anno Domini 1277.

EX APOGRAPHO.

Nos Rolandinus Magiſter Comes de Scepus univerſis, ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem & omne bonum: ad univerſorum notitiam tam præſentium, quam futurorum harum ſerie volumus pervenire: quod, cum inter populos Eccleſiæ S. Martini de Scepus in parte una; & Saxones de Villa Ruskeny, (d) ſuper quadam particula terræ materia orta fuiſſet contentionis, &

(c) Vocum Drench, Drengus, Drengagium meminit Gloſſarium Dufreſnii, altque fuiſſe homines Domino feudali obnoxios, ſeu certam Vaſallorum ſpeciem. Inde fortaſſe mutatis paululum literis Drancharii enati ſunt. Idem Dufreſnius adfert vocem Drungus, quam globum Militum ſignificare interpretatur.

(d) Apographum habet Biskeni; ſubſtitui Ruskeny, vel Ruskin, quod hujus nominis Oppidum etiamnum in Scepuſio exſtet.

Digitized by Google

& de ſpeciali mandato D. Regis aliquantulum coram nobis fuiſſet ventilata, tandem noſtra proviſione, & partium etiam conſenſu, mediantibus probis Viris: Fratribus Arnoldo, & Hennone Comite Saxonum, Jacobo Lectore, & Henrico Plebano de Leucza, & aliis quam plurimis mediantibus, talis inter partes facta eſt compoſitio: ut ſuper prædicta terra contentioſa fecerunt, & ordinaverunt terminum in quodam Rivulo, qui Vizoka nuncupatur — — Et ut de cætero inter partes omnis lis, & controverſia ſopiatur, decretum eſt partibus conſentientibus; ut ſi aliqua partium de ipſa compoſitione reſiliret, ante litis conteſtationem, parti compoſitionem ſervanti decem marcas argenti perſolvere teneretur. Datum A. Domini MCCLXXVII. poſt Octavas Aſſumptionis B. V. M. glorioſæ.

V.

Ladislaus Rex ratam habet Belæ IV. donationem Caſtri Marcelli; item poſſeſſionum Lethon, & Heymith, factam Eccleſiæ S. Martini de Scepuſio. Dat. Anno Domini 1278.

EX APOGRAPHO.

Ladislaus Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, &c. Rex Omnibus Chriſti fidelibus, præſens ſcriptum inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Ad Regiam pertinet Majeſtatem noſtrorum Regum Illuſtrium ſacris veſtigiis inhærere; & eorum juſta placita roborare noſtrarum patrocinio literarum. Proinde ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire, quod accedens ad noſtram præſentiam Magiſter Muthmerius, Præpoſitus de Scepus, dilectus, & & fidelis noſter, a noſtra petiit Majeſtate, ut Privilegium Sereniſſimi Regis Belæ, Avi noſtri chariſſimi, ſuper donatione duarum Villarum, Heymeth, & Lethon vocatarum, nobis exhibitum confirmare noſtræ Celſitudinis Privilegio dignaremur. Cujus quidem Privilegii tenor talis eſt:

Bela Dei gratia Hungariæ &c. Rex Omnibus, præſentes literas inſpecturis; Salutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire: Quod, cum nos in Scepus juxta fluvium Harnad ſuper terra caſtri noſtri, quoddam caſtrum ædificari feciſſemus, quod caſtrum a nomine Mar-

celli, (e) qui primo ipſam terram coluerat, vulgariter vocabatur, ac in ipſo Caſtro ceſſatum fuerit ab opere multis annis, & inconſummatum manſerit, ac vacuum; & ſine aliquibus cuſtodibus derelictum, nec Provinciales aliqui ad commonitionem, & exhortationem Regiam ipſum caſtrum conſummandum aſſumpſerunt, & ſervandum; imo penitus reclamaverunt ſe non poſſe ſufficere ad ipſius caſtri ædificia, & onera ſupportanda, conſiderationis noſtræ fuerat dictum caſtrum funditus demoliri, ne forte Latrunculi, vel alii eidem Provinciæ nocere poſſint, ſi ſe conferant ad ipſum caſtrum in Provinciæ ipſius exterminium & convulſionem. Ob hoc meliori habita deliberatione dictum caſtrum cum terris duarum Villarum caſtri Scepus. Heymuth, & Lethon nuncupatis, cum omnibus ſuis utilitatibus, terragiis, & Victualibus, quæ ſingulis Annis Comiti, ſeu Caſtellano de Scepus dare — — In cujus rei memoriam, & perpetuam firmitatem præſentes conceſſimus literas Privilegiales duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Magiſtri Achillis, Aulæ noſtræ Cancellarii, dilecti, & fidelis noſtri. Anno Domini MCCL. IX. Octobris, Regni autem noſtri Anno XV.

Nos itaque, quod ab eodem Domino Rege Bela Avo noſtre, ſapienti conſideratione tam pie, quam religioſe actum eſſe dignoſcitur, ratum habentes, & gratum, quanquam in ipſius Caſtri opere minime ſit proceſſum, & particularium Caſtellorum plura diſpendia, quam commoda noſtris temporibus cognoſcantur, ad petitionem dicti Præpoſiti dictum Privilegium Domini Inclyti Regis Belæ non vitiatum, non cancellatum; ſed in omni ſui parte integrum, & illæſum, de verbo ad verbum inſertum, præſentibus authoritate præſentium duximus confirmandum, dicto Magiſtro Muthmerio Præpoſito nihilominus aſſumente, ut in ædificatione ipſius Caſtri Marcelli vocati procedere teneatur — — mandatum ſuper hoc Regium impleturus. Et quanquam populi præfatarum Villarum eidem Magiſtro Præpoſito reclamaverint coram nobis quia tamen donationem ejusdem Avi noſtri Belæ Regis rite factam, ſicut in ipſius Privilegio continetur, inviolabiliter volumus obſervare, eisdem populis ſuper hoc ſilentium duximus imponendum, in poſſeſſione ipſarum Villarum dictam Eccleſiam S. Martini volentes pacifice conſervare. Conceſſimus etiam, ut in

popu-

(e) Ubi? Quodve fuerit Caſtrum Marcelli? arduum eſt divinare. Si quid e verbis Belæ conjectare licet, cum & amni Hernado appoſitum dicat, & haud procul Lethanfalva ſitum innuere videatur, ſuſpicor illud ipſum eſſe, quod in vim Tartarorum munitum eſt, ac ſubinde, quia Scepuſienſibus contra hoſtes receptaculo fuerat, Lapis Refugii compellatum. Sed de hoc pro arbitratu ſentire, liberum cuique eſto.

Digitized by Google

populis Præpoſiti, & Eccleſiæ de Scepus nullus Comitum, vel Baronum deſcenſum facere, vel collectam exigere præſummat, præter Regiam Majeſtatem; ſi, qui vero contrarium facere præſumpſerint, indignationem noverint ſe Regiam incurſurum. In cujus rei perpetuam firmitatem præſentes conceſſimus literas, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis Viri, Magiſtri Johannis Præpoſiti Budenſis, electi Colocenſis Eccleſiæ, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii dilecti, & fidelis noſtri. Anno Domini MCCLXXVIII. Regni autem noſtri Anno VI.

VI.

Eliſabetha Regina Hungariæ Ladislai IV. Mater confirmat ſuperiorem donationem Villarum Lethon, & Heymuth Anno 1279.

EX APOGRAPHO.

Eliſabetha Dei gratia Regina Hungariæ, Omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus, quam futuris præſentium notitiam habituris, ſalutem in omnium Salvatore. Boni Principis eſt, ac Religioſi Eccleſias contritas, atque conciſas reſtaurare, novasque ædificare, & Dei Sacerdotes honorare, & tueri. Proinde ad univerſitatis veſtræ notitiam harum ſerie volumus pervenire: Quod, cum dominium terræ Scepus de beneplacito, & favore chariſſimi Filii noſtri Regis Ladislai, & omnium Baronum Regni Hungariæ poſt diverſas, & varias deſtructiones, & terrarum multarum alienationes, per infideles Regni factas, ad nos fuiſſet devolutum, & nos ad petitionem ejusdem chariſſimi Filii noſtri, omnes terras indebite alienatas, & occcupatas fidelibus Baronibus noſtris: Dominico videlicet Magiſtro Thavernicorum noſtrorum, & Magiſtro Gregorio Præpoſito de Sow (f) Cancellario noſtro mediantibus judicare, revocare, & emendare decreviſſemus, inter cætera Venerabilis Vir Magiſter Muthmerius Præpoſitus de Scepus exhibuit nobis Privilegium chariſſimi Soceri noſtri Belæ, piæ memoriæ, in quo continebatur, quod terras dua-

(f) Sow, alii legunt Gow, rectius fortaſſe Kew, nam ejusmodi Præpoſituram teſtatur fuiſſe Pazmannus in Appendice ad Synodum Tyrnav, *De Gō S. Stephani Proto-Martyris ad Tibiſcum fluvium, viguit A.* 1317.

Digitized by Google

rum Villarum; videlicet Lethon, & Heymuth, Ecclesiæ B. Martini de Scepus pro remedio animæ charissimi Fratris sui Regis Colomani, inclytæ recordationis, qui, dum adhuc viveret, terram Scepus possederat usque ad vitam suam pleno jure, idem Rex Bela contulisset perpetuo possidendas. Exhibuit etiam nobis Privilegium Domini, & charissimi consortis nostri Regis Stephani felicissimæ memoriæ, & Privilegium charissimi Filii nostri Regis Ladislai super confirmatione terrarum prædictarum. Et quamvis nos visis dictis Privilegiis nullam ambiguitatem, & suspicionem exinde habere debuissemus; ad majorem tamen certitudinem, & cautelam inquisita, & scita veritate ab omnibus Theutonicis, Hungaris, & Sclavis in eadem Terra Scepus degentibus comperimus, Ecclesiam B. Martini in possessione dictarum Villarum fuisse a tempore donationis factæ pacifice, & quiete, nec per aliquem interrupisse possessionem earundem. Unde cum intentionis nostræ, & charissimi Filii nostri non sit, res Deo dicatas, & consecratas, & tam pie, rite, & juste per Illustres Reges, & maxime per Belam Regem collatas revocare, præsertim ut in dicta Ecclesia Deo famulantes ad majorem devotionem accendantur, & pro salute charissimi Filii nostri Regis Ladislai, ac pro animabus prædictorum Regum diligentiori orare debeant omni die cum affectu, prædictas Villas eorum Lethon scilicet, & Heymuth, eidem Ecclesiæ S. Martini, cum suis utilitatibus, & pertinentiis universis dedimus, donavimus, & contulimus; imo jam dudum collatas reliquimus pacifice perpetuo possidendas. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam præsentes ipsi Muthmerio Præposito, & dictæ Ecclesiæ S. Martini concessimus literas, duplicis Sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus supra dicti Magistri Gregorii Præpositi de Sow, Aulæ nostræ Cancellarii, fidelis nostri, Anno Domini MCCLXXIX.

VII.

Digitized by Google

VII.

Transactio Muthmerii Præpoſiti Scepus. cum ſuo Capitulo ratione Villarum Lethon, & Heymuth. Anno 1281.

EX AUTOGRAPHO.

Nos Magiſter Muthmerius, miſeratione Divina Præpoſitus de Scepus, Omnibus Chriſti fidelibus, præſentem paginam inſpecturis, ſalutem in vero ſalutari. Ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire: Quod, cum ex donatione Illuſtris Belæ Regis, bonæ memoriæ, villas Lethon, & Heymuth vocatas, pro remedio animæ chariſſimi Fratris ſui Colomani felicis recordationis nobis, & Eccleſiæ noſtræ contulerit perpetuo poſſidendas, & licet pro eisdem villis Fratres noſtri traxerint nos in cauſam coram Domino Legato: (g) tamen ante diciſionem ipſius cauſæ maturiori, & ſaniori habita deliberatione, medietatem omnium proventuum, dictarum Villarum tam majorum quam minorum dictis Fratribus noſtris, imo ipſi capitulo contulimus, ordinavimus, & ſtatuimus perpetuo retinendam: ita, quod nec nos, nec Succeſſores noſtri de mediis proventibus dictarum Villarum nullum jus ſibi poſſint vendicare; quia in retentione dictarum Villarum magnas expenſas, & labores ſæpe, ac ſæpius pro confirmationibus ſumus perpeſſi. Ut autem hæc ordinatio, ſeu donatio per nos facta, per Succeſſores noſtros in irritum nequeat revocari, præſentes literas noſtras dicto Capitulo, mediantibus: Henrico Plebano de Leucha, & Joanne Plebano de Suburbio, & Comite Helia Fratre ſuo Joanne de Gargow, conceſſimus Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum Anno Domini MCCLXXXI. (h).

(g) Erat id temporis Legatus Sedis Apoſtolicæ per Hungariam, Philippus Epiſcopus Firmanus.

(h) Confirmavit has literas Lodomerius Archiepiſcopus Strigonienſ. Strigonii eodem Anno Feſto S. Demetrii Martyris ad preces Stephani Presbyteri, & Canonici de Scepus.

Digitized by Google

VIII.

Lucas Præpoſitus Scepus. ſex Canonicis a ſe fundatis, auget Capitulum ſcepuſienſe. Anno Domini 1282.

EX AUTOGRAPHO.

Lucas miſeratione Divina Præpoſitus Eccleſiæ S. Martini de Scepus, Aulæ Majoris (i) Reginæ Hungariæ Cancellarius, univerſis, præſentes literas inſpecturis, ſalutem in vero ſalutari. Cum Eccleſiaſtica beneficia pro illis, qui Divina in Eccleſiis exercent officia, ſint inſtituta, indecorum omnino, & abſurdum videretur, ſi aliqua Eccleſia, quæ reditibus abundet, præſertim Cathedralis, Miniſtris legitimis defraudetur. Unde cum Eccleſia B. Martini in Scepus debitis, ac congruentibus careat Miniſtris, qui Divina Officia in eadem valeant miniſtrare, nos, qui utilitati Eccleſiæ prænotatæ toto animo volumus prodeſſe, ut tenemur, ſex Canonicos de novo ordinavimus: videlicet Joannem Sacerdotem, qui pro ſalute animæ noſtræ Miſſam B. M. V. quotidie celebrabit, & ſicut ipſe, ita & omnes ſui Succeſſores in perpetuum temporibus ſucceſſivis; Magiſtrum Stephanum, Magiſtrum Jacobum; item Helbrandum, & Joannem Clericos, item Jordanum. Cum autem, qui ad onus eligitur, repelli non debeat a mercede, prænotato Joanni Sacerdoti, & ſuis Succeſſoribus, volentibus tamen hoc Officium Virginis glorioſæ fideliter celebrare contulimus decimas — — Ut autem præſens ſcriptum robur firmitatis in poſterum valeat obtinere, impreſſione noſtri Sigilli, & Capituli Eccleſiæ noſtræ fecimus conſignari. Datum apud Eccleſiam B. Martini in Dominica proxima poſt feſtum Apoſtolorum Petri, & Pauli. Anno Domini MCCLXXXII.

IX.

(i) Duæ per ea tempora Reginæ Hungariæ erant, utraque Eliſabetha: altera Ladislai IV. Conjux; altera Mater; illa junior, hæc major vocabatur; atque hujus Cancellarius erat *Lucas*.

Digitized by Google

IX.

Andreas III. ratam habet donationem Belæ IV. ſuper poſſeſſione Lizka - Olozy factam Eccleſiæ Scepus. Anno Domini 1290.

EX AUTOGRAPHO.

Andreas Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ &c. Rex, Omnibus Chriſti fidelibus, præſentes literas inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire: Quod Diſcretus Vir Jacobus Præpoſitus, & Capitulum Eccleſiæ S. Martini de Scepus, coram nobis conſcientioſe demonſtrarunt; quod tempore Domini Ladislai Regis Patruelis Fratris noſtri, ipſa Eccleſia B. Martini per inſultus Cumanorum (k) & Neugarorum miſerabiliter extitiſſet ſpoliata, & Camera ejusdem Eccleſiæ confracta, ac omnia bona prædictæ Eccleſiæ fuiſſent ablata, & Inſtrumenta, ac Privilegia ſuper Poſſeſſionibus Eccleſiæ Suæ confecta, enormiter pedibus equorum contrita, unum fruſtum Sigilli Privilegii Domini Belæ Inclyti Regis, Avi noſtri chariſſimi felicis recordationis, ſuper quadam terra Lizka — Olozy (l) Vinea, & ſitu Curiæ ipſius Eccleſiæ confecti nobis præſentarunt, & petierunt a nobis ſimiliter ſupplicando, ut dictum Privilegium innovare, & innovando confirmare de benignitate Regia dignaremur. Cujus quidem Privilegii tenor talis eſt:

Bela Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ &c. Rex Omnibus, præſens ſcriptum intiſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Eo ſalubrius de ſupernæ remunerationis præmiis cogitatur, quo tremendæ pœnæ, & afflictionis periculum, quæ in finali futura eſt examine, vehementius formidatur. Proinde ad

(k) Horum Cumanorum nomine, Moldavos venire, vix dubium eſſe poteſt. Vide P. Samuelis Timon e S. J. Imaginem Hungariæ novæ Capite XIV. At Neugari qui ſint? non perinde promptum eſt definire. Exiſtimo Tartaros, & quidem Nogayenſes, qui ad pontum Euxinum accolunt, eſſe; tum quod hi ab Moldavis haud multum ſemoti agebant, atque adeo in ſocietatem prædæ & vocari, & venire facile poterant; tum quod reapſe Tartaros ſub Ladislai Cumani tempora in Hungariam irrupiſſe ex Scriptoribus ſatis conſtat. Accedit ſimilitudo nominis, argumentum non certum quidem; Neugaria tamen in Nogayam, ut plura alia, facile flecti potuit.

(l) Liſzka-Olaſzy Provinciæ Zemplinienſis Oppidum, generoſioris vini proventu clarum, credo a primis colonis, qui Latini, ſeu Itali fuerint, ſic dictum.

Digitized by Google

ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire; quod nos æternorum intuitu temporalia spiritualibus, transitoria perpetuis, felici comercio commutare volentes, pro obtinendo quoque nobis, ac animæ felicis recordationis Colomani quondam Regis charissimi Fratris nostri salutis æternæ remedio, quandam terram, Lizka - Olozy nuncupatam, ad nos immediate pertinentem, & Vineam cum uno situ Curiæ, in Potok sine hærede decedentis, contulimus, dedimus, tradidimus, & donavimus Ecclesiæ B. Martini de Scepus perpetuæ donationis titulo irrevocabiliter possidendam, revocantes, irritantes authoritate præsentium, imo cassa penitus, & irrita fore pronunciantes omnia Privilegia, Instrumenta, seu quælibet munimenta, quæ Mathias Præpositus de Scepus super donatione, & collatione supra dictæ terræ, & Vineæ nomine Fratrum suorum Carnalium a nobis, vel a quocumque alio in fraudem dictæ Ecclesiæ S. Martini de Scepus, carnalitatis affectu ductus, non judicio rationis, præter conscientiam, & voluntatem nostram obtinuisse dignoscitur, vel etiam impetrasse: cum intentionis nostræ non fuerit, nec sit terram prædictam eidem Præposito conferre; sed potius Ecclesiæ S. Martini de Scepus sæpe dictæ; & ob id dictus Mathias Præpositus terram ipsam, sive Vineam hæredibus suis carnalibus, vel quibuslibet aliis privatis personis donare, relinquere, vel legare nequiverit juxta Canonicas sanctiones — — Datum per manus Magistri Achillis, Aulæ nostræ Vice-Cancellarii, dilecti, & fidelis nostri. Anno Domini MCCXLVIII. Regni autem nostri Anno XIII.

Nos itaque, qui ex officio susceptí Regiminis, unicuique vigorem justitiæ observare debemus, & tenemur, de præmissis experiri, & edoceri volentes prædictam Ecclesiam, per insultus eorundem Neugariorum miserabiliter spoliatam, & ipsam Cameram enormiter confractam, & omnia præmissa a Prælatis Baronibus Nobilibus Regni nostri perpetrata nobis fuisse constitissent evidenter, ipsum Privilegium ejusdem Domini Belæ Regis de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus, & authoritate præsentium innovandum duximus, pariter & confirmandum. Ut igitur hujus nostræ innovationis, seu confirmationis series robur obtineat perpetuæ firmitatis, nec processu temporum per quempiam possit, seu valeat retractari, præsentes concessimus literas duplicis Sigilli nostri patrocinio communitas. Datum per manus Discreti Viri Magistri Theodori, Albensis Ecclesiæ Præpositi, Aulæ nostræ Vice-Cancellarii, dilecti, & fidelis nostri. Anno Domini MCCXC. Regni autem nostri anno I.

X.

Digitized by Google

X.

Andreas III. donationem ſilvæ inter fluvium Poprad, & Alpes Semene exiſtentis confirmat Præpoſito, & Capitulo Scepus. A. D. 1293.

EX AUTOGRAPHO.

Andreas Dei gratia Hungariæ, Dalm. &c. Rex Omnibus Chriſti fidelibus, præſentem paginam inſpecturis, ſalutem in ſalutis largitore. Ad univerſorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire: Quod Venerabilis Pater Jacobus Dei gratia Epiſcopus Scepuſienſis, dilectus, & fidelis noſter, ad noſtram accedendo præſentiam, nobis ſignificare curavit: quod eo tempore, cum adhuc Præpoſitus fuiſſet (m) Scepuſienſis, cum Capitulo loci ejusdem quandam ſilvam noſtram inter fluvium Poprad, & Alpes Semene (n) exiſtentem, a nobis ſibi dari poſtulaſſent, & quia de qualitate, & quantitate dictæ terræ, & utrum ad noſtram collationem pertinuiſſet, nobis veritas non conſtaſſet: Fidelibus noſtris Abbati, & Conventui Monaſterii B. V. de Scepus dediſſemus in mandatis, ut Bald Comes de Scepus, homo noſter, coram eorum teſtimonio prædictam ſilvam noſtram, inter fluvium Poprad, & Alpes Semene exiſtentem, ipſis Præpoſito, & Capitulo ſtatuere, & aſſignare debuiſſent coram commetaneis, & vicinis, ſi non fuiſſet contradictum. Qui quidem Venerabilis Pater, & Capitulum loci ejusdem literas Abbatis, & Conventus prædicti Monaſterii noſtri de Scepus ſuper reambulatione, & ſtatutione Silvæ memoratæ confectas, nobis exhibuerunt in hæc verba:

Excellentiſſimo Domino ſuo Andreæ Dei gratia Illuſtri Regi Hungariæ, Abbas, & Conventus Monaſterii Eccleſiæ B. V. de Scepus inclinationem, & Orationes in Domino. Literas Excellentiæ Veſtræ recepimus in hæc verba:

An-

(m) Ex hoc Diplomate clarum eſt: Jacobum e Præpoſito Scepuſienſi Epiſcopum factum, & ad titulum ejusdem Eccleſiæ conſecratum. Ipſe Jacobus Compluribus literis, quas vidi, legique, & ſe Epiſcopum Scepuſienſem, & Eccleſiam ſuam Cathedralem vocat.

(n) Alpes Semene quærendæ videntur intra Villam Kis-Lomniczka, & Arcem Paloczа, uti infra innuit Andreas Rex iis literis, quas ad Conventum Scepus. dedit. In his Alpibus ſurrexit deinde poſſeſſio Kolatsko, Germanis Klotſch.

Digitized by Google

Andreas Dei gratia Rex Hungariæ fidelibus ſuis Abbati, & Conventui de Scepus ſalutem, & gratiam. Magiſter Jacobus Præpoſitus S. Martini de Scepus, Capitulumque loci ejusdem ſilvam quandam noſtram inter fluvium Poprad, & Alpes Semene exiſtentem, quæ incipit a nova Villa Lompnycza, & decedendo prætenditur circa Poprad usque ad metas Palocſa, a nobis petierunt ſibi dari; verum quia de qualitate, & quantitate dictæ ſilvæ, & utrum ad collationem noſtram pertineat, nec ne? nobis veritas non conſtat, fidelitati veſtræ præcipiendo mandamus, quatenus detis hominem veſtrum fide dignum, coram quo Comes Bald homo noſter, præſentibus commetaneis, & vicinis reambulet dictam ſilvam, & ſtatuat ipſis Præpoſito, & Capitulo, ſi non fuerit contradictum. — — Datum in Scepus, in die Aſcenſionis Domini.

Unde cum nos veſtris præceptis obedire cupientes, ut tenemur, miſimus unum ex nobis, coram quo idem Comes Bald convocatis commetaneis, & vicinis, prædictam ſilvam cum omnibus utilitatibus, & pertinentiis ſuis ſtatuit Præpoſito, & Capitulo S. Martini de Scepus, nullo penitus contradictore exiſtente. — — Datum in quindenis Pentecoſtes. Verum, quia prædictam ſilvam noſtram per Bald Comitem Scepus hominem noſtrum dilectum nobis, & fidelem ſub teſtimonio Abbatis, & Conventus de Scepus reambulatam, coram commetaneis, & vicinis comperimus eſſe ſtatutam cum omnibus ſuis utilitatibus, nullo penitus contradictore exiſtente, nos conſideratis fidelitatibus, & ſervitiorum meritis ipſius Venerabilis Patris Jacobi Epiſcopi, & Capituli Scepus. ſemper, & ubique locis, & temporibus opportunis exhibitis, & impenſis, & maxime ob reverentiam, & devotionem, quam in B. Martino gerimus, & habemus pro ſalute, & remedio animæ noſtræ, prædictam ſilvam noſtram, cum omnibus ſuis utilitatibus, & pertinentiis juxta diſtinctiones, & curſus metarum, prout in literis dicti Conventus eſt expreſſum, ipſis Epiſcopo, & Capitulo dedimus, donavimus, & contulimus jure perpetuo, pacifice, & irrevocabiliter poſſidendam, tenendam, & habendam. In cujus rei memoriam, & perpetuam firmitatem præſentes conceſſimus literas duplicis Sigilli noſtri munime roboratas. Datum per manus Diſcreti Viri Magiſtri Theodori, Albenſis Eccleſiæ Præpoſiti, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti, & fidelis noſtri Anno Domini MCCXCIII. III. Kalend. Julii Regni autem noſtri Anno III.

XI.

Digitized by Google

XI.

Lodomerius Archiepiſcopus Strigonienſ. Eccleſiam Ordinis FF. Minorum Poſonii teſtatur conſecratam ab Jacobo Epiſcopo (o) Datum Poſonii Anno Domini 1297. Edidit P. Mathias Bel in Notitia Comitatus Poſonienſis.

Lodomerius Divina miſeratione Archiepiſcopus Strigonienſis, ejusdemque loci Comes perpetuus, univerſis Chriſti fidelibus, præſentes literas inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Quamvis Domini ſit terra, & plenitudo ejus: ſpeciali tamen electione quædam loca, tempora, & perſonas ſuo cunctorum conditor adſcribere myſteriali miniſterio voluit ſua mirabili, & humano eloquio ineffabili notione, ex quibus Eccleſiam B. V. Ordinis Fratrum Minorum Clauſtralem de Poſonio, ad invocandum nomen ſuum glorioſum, ab æterna quidem præordinatione, ſed temporali quaſi in effectum productione diſpoſuit dedicare: Ipſam enim Eccleſiam B. V., nobis Poſonii exiſtentibus, Venerabilis Pater Jacobus, DEI gratia Vicarius Epiſcopus noſter, præſentibus venerabilibus Patribus: Paſchaſio Nitrienſi, Paulo Quinque eccleſienſi, Haab, Vacienſi, & Theodoro Iaurinenſi Divina diſponente clementia Eccleſiarum Epiſcopis; Inclyto etiam Andrea Dei gratia Rege Hungariæ una cum Baronibus, & Proceribus ſuis, cum vix numeroſa Chriſti fidelium multitudine interexiſtentibus ſolennitati, ad laudem, & gloriam Divini Nominis, & in Excellentiſſimæ Mariæ Virg. titulum dedicando conſecravit & conſecrando dedicavit. Et quia domum Domini decet ſanctitudo, ubi pius, ac devotus Chriſti fidelium acceſſus eſſe debet; utque pronior, & devotior concurſus ſimiliter omnibus, & ſingulis pateſiat, in annuis dedicationis Eccleſiæ B. M. V. revolutionibus, in feſto videlicet Annuntiationis ejusdem Virginum Virginis glorioſæ, authoritate, imo vero miſericordia Dei, quæ ſuper omnia ejus opera declaratur, ipſius Reginæ cœlorum Matris Dei JESU Chriſti, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac Beati Adalberti Chriſti Martyris pretioſi patrociniis confiſi, unius anni indulgentiam miſericorditer relaxamus, & conſimiles præfatorum Venerabilium Pa-

(a) Scepuſienſi haud duble: cum hujus nominis alter, quod ſciam, in Hungariam Præſul eo tempore non fuerit. Cur vero Vicarius ab Lodomerio voceturſ alibi commodius aperuero.

Digitized by Google

trum: Jacobi Vicarii Epiſcopi noſtri, Paſchaſii Nitrienſ. Pauli Qinque eccl. Haab Vaczienſ. nec non Theodori Jaurinenſ. Eccleſiarum Epiſcoporum annales per quemlibet indulgentias, in remiſſionem peccatorum factas, authoritate Diæceſiana, & Metropolitana conſentiendo approbamus, & approbando confirmamus. In cujus rei teſtimonium præſentes conceſſimus literas Sigillo noſtro autentico conſignatas. Datum Poſonii in craſtino Annunciationis B. M. V. Anno Domini MCCXCVII.

XII.

Jacobus Epiſcopus Scepus. dimidium Decumæ Bodolin. & Lublov. confert ſuo Capitulo. Anno Domini MCCXCIX.

EX AUTOGRAPHO.

Jacobus miſeratione Divina Epiſcopus Scepuſienſis, univerſis Chriſti fidelibus præſentium notitiam habituris, ſalutem in Domino ſempiternam. Divinum conſilium, altitudo incomprehenſibilis ad hoc Prælatos ſuper familiam Eccleſiæ ſuæ conſtituit Diſpenſatores, ut ſaltem ex ſagacis ipſorum Diſpoſitionis beneficio eidem opportunitatis tempore deſiderabilis menſura tritici largiatur. Nos itaque, qui largiente Domino ex officii noſtri debito vice Patris Familias Officio fungimur, ſacræ juſſionis monitis totis viribus inhiantes, dignum, imo digniſſimum reputantes cenſuimus, ut nobis prærogativo locupletationis dono gaudentibus, dilecti in Chriſto nobis Filii Capitulum Eccleſiæ noſtræ conſolationis bravio non expertes una nobiscum æque locupletationis munere gratulentur. Proinde ad univerſorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire: Quod nos Honorabilibus nobis in Chriſto Filiis, Fratribus Capituli Eccleſiæ noſtræ, mediam partem decimarum noſtrarum Villarum Podolin, & Lubelov — — perpetuo, & irrevocabiliter duximus concedendam. Ut autem hujus conceſſionis ſeries robur perpetuæ firmitatis obtineat, præſentes literas conceſſimus Sigilli noſtri munime roboratas. Datum apud S. Martinum in converſione S. Pauli. Anno Domini MCCXCIX.

Digitized by Google

XIII.

Paulus Præpoſitus Scepus. confert ſuo Capitulo decumam in certis ejus poſſeſſionibus. Anno Domini 1309.

EX AUTOGRAPHO.

Magiſter Paulus Præpoſitus Scypiſienſis, Aulæ Illuſtris Reginæ Hungariæ Cancellarius, univerſis Chriſti fidelibus, quibus præſentes oſtenduntur, Salutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum notitiam tam præſentium, quam futurorum harum ſerie volumus pervenire: Quod accedentes ad noſtram præſentiam dilecti in Chriſto Fratres noſtri, Capitulum Eccleſiæ noſtræ, nobis humiliter ſupplicare curarunt, quod decimas de terris ipſorum —— ob remedium animæ noſtræ, & in augmentum redituum eorundem in perpetuum dare, & concedere dignaremur. Nos itaque ipſorum meritoria, & fidelia ſervitia attendentes, nec non humilibus, & charitativis petitionibus eorum inclinati, paterno cum affectu indigentiæ etiam, & inopiæ ipſorum occurrere volentes, habita deliberatione diligenti, & conſilio ſaniori, memoratarum terrarum decimas, tam majores, quam minores, ſæpe dictis Fratribus noſtris, ob remedium animæ noſtræ, & in augmentum redituum ipſorum, ut eo melius, & devotius Domino, cui ſervire regnare eſt, & B. Martino digne valeant famulari, conceſſimus, dedimus, & donavimus, jure perpetuo, & irrevocabiliter poſſidendas, habendas pariter, & tenendas: ſalvo tamen eo, quod Thomæ Presbytero Canonico eorum, Capellano Capellæ glorioſæ Virginis Mariæ, in Cymeterio Eccleſiæ noſtræ conſtructæ, & ejus ſucceſſoribus, dictam Capellam officiantibus, iidem Fratres noſtri de ipſis decimis mediam marcam ſingulis annis ad Feſtum B. Martini præter portionem Canonicam, quæ eidem Thomæ Sacerdoti, vel ejus Succeſſoribus, de præfatis decimis ratione Canonicæ debebuntur, ſolvere teneantur. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam, præſentes conceſſimus literas Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum apud S. Martinum in Dominica Lætare Anno Domini MCCCIX.

XIV.

Boleslaus Archiepiſcopus Strigonienſ. confirmat Deceſſoris ſui Thomæ literas, quæ continent immunitates Paræcorum Diſtrictus de Tharcza, pertinentis olim ad jurisdictionem Præpoſiti Scepuſienſis. Datum in Poſaga Anno Domini 1322.

EX AUTOGRAPHO.

Boleslaus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Strigon. Locique ejusdem Comes perpetuus, & Dux Toſtenſis (p) omnibus Chriſti fidelibus, præſentes literas inſpecturis, Salutem in omnium Salvatore. Juſtis petentium deſideriis nos oportet eſſe liberales, præſertim in iis, quæ ad Eccleſiarum, jurisdictioni noſtræ ſubjectarum, ſpectant libertatem. Proinde univerſorum notitiæ harum ſerie declaramus: Quod Honorabilis Vir, Dominus Henricus, Præpoſitus Eccleſiæ S. Martini de Scepus, quasdam literas Venerabilis Patris Domini Thomæ, quondam Strigon. Archiepiſcopi, bonæ memoriæ Prædeceſſoris noſtri, ſuper libertate, & ſuper quibusdam aliis Articulis Plebanorum, & Sacerdotum de Tharcza nobis exhibere curavit, petens nos cum inſtantia, ut eas ratas habere, & confirmare dignaremur. Quarum tenor talis eſt:

Thomas miſeratione Divina Archiepiſcopus Strigon. ejusdemque loci Comes perpetuus, Diſcretis Viris, dilectis ſibi in Chriſto Filiis, univerſis Plebanis Eccleſiarum, Sacerdotibus de diſtrictu Tharczenſi ſalutem, & benedictionem paternam. Petitionis veſtræ ſeries per Diſcretos Viros Petrum Plebanum de Tharcza Vice-Archidiaconum, Nicolaum de Crivan, & Henricum de ſeptem tiliis vice, & nomine veſtro nobis porrectæ continebat, quod, cum vos omnes usque ad antiquam portam (q) ad Præpoſitum Eccleſiæ S. Martini de

(p) Ducatus Toſtenſis ſitus non procul a Viadro flumine in Sileſia ſuperiore, pars erat hæredii Principum Oppolienſium, quibus Boleslaus haud dubie ſanguine innexus fuerit. Altum tamen de eo ſilentium cum apud Polonarum, tum Sileſiticarum Rerum Scriptores.

(q) Quid nomine antiquæ portæ veniat, reſcire nondum licuit. Interea ex his literis patet, Tharcenſem Diſtrictum ſecundo amne Tharcza decurriſſe.

Digitized

de Scepes pertinentes, habere dignoſcamini, & habeatis liberas decimas, ſicut nobis ex literis Diſcreti Viri Magiſtri Pauli Præpoſiti ejusdem Eccleſiæ S. Martini innotuit, confirmare dignaremur; videlicet Diſtractores, ſeu defalcatores earum decimarum, qui plene non ſolvunt, excommunicationis ſententia feriendo, & compellendo ad ſolvendum plene. Item ne ſicut Mercenarii elapſo anno ad ſuggeſtionem malevolam aliquorum, de Eccleſiis veſtris valeatis excludi, & expelli. Item ne bona decedentium Sacerdotum per laicales manus, ſeu potentias ſæculares contra ultimam voluntatem eorum diſtrahantur, & ne ad res legatas vobis in teſtamento pro remedio animarum admittantur manus Laicorum. Item cum inter vos Confraternitatem ordinaveritis, conſenſum ordinationi veſtræ præberemus, & confirmaremus, ipſisque diebus, quibus ipſam confraternitatem celebratis, ad ipſum locum accedentibus, ſimul cum iis, qui ad locum ſepulturæ in die obitus confraternitatis veſtrum accedunt, indulgentias dare dignaremur. Nos itaque juſtis petentium petitionibus favorabiles eſſe debemus, & dignum eſt, ut juſte petitis conſenſum præbeamus, volentesque ad ſingula petita ſingulariter reſpondere, decimas a Parochianis veſtris vobis debitas, ſicut juſte poſſediſtis, & poſſidetis, confirmamus, & veſtros Parochianos, ac Patronos paternaliter admonemus; ut de omnibus bonis ipſorum, ac de novalibus; ſed etiam conſuetudine veſtra approbatis de ſatis integre, plene, & ſine defalcatione perſolvant: cum decimæ ſint a Deo ſuis ſervitoribus inſtitutæ, & a ſanctis Patribus ordinatæ pro remedio animarum, ne cum Cain, excuſſis granis, ſtipulam Deo, grana ſibi reſervante, ſed cum Abel juſto, ſpicas granis plenas Deo offerente, recipiant portionem. Et quicunque juſte non ſolverint, excommunicationis ſententiam habeant in eos ex nunc, prout ex tunc perficere in his ſcriptis. Cæterum ne Sacerdotes, ſicut Mercenarii, ad annum recipiantur, nec ad alicujus maligni ſuggeſtionem elapſo anno excludantur, illum abolendæ conſuetudinis uſum ſub ejusdem excommunicationis pœna inhibemus. Præterea omnes illos, qui bona decedentium Sacerdotum ſubripiunt, admonemus ſalubriter in Domino, ut ablata reſtituant, & ad amplius ad talia ſe nullatenus intromittant, alioquin in ejusdem excommunicationis ſententiam ſe noverint ipſo facto incidiſſe, a qua non niſi a nobis poſſint abſolvi. Item, ne Laici ad res legatas in teſtamento pro remedio animarum, manus admittant, exceptis legatis ad fabricam Eccleſiæ, ſub excommunicationis ſententia inhibemus. Item devotionem veſtram, in eaque confraternitatem, quam vos ordinaſtis celebrandam, in Domino commendamus, & ut divinus cultus per veſtrum miniſterium augeatur, conſenſum præbemus, & authoritate noſtra confirmamus, ac de Omnipotentis Dei miſericordia confiſi, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, ejus authoritate ſuffulti, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui in eisdem diebus, quibus ipſam confraternitatem

tem celebratis, & etiam in die obitus Confratris veſtri ad locum ſepulturæ accedunt, quadraginta dierum Indulgentias elargimur. In cujus rei teſtimonium præſentes ſub appenſione ſigilli noſtri duximus concedendas. Datum in Leuche in craſtino Octavarum Epiphaniæ Domini, Anno ejusdem MCCCXII.

Nos itaque juſtis petitionibus prædicti Domini Henrici Præpoſiti inclinati, literas ſupra factorum Plebanum, & Sacerdotum de Tharcza nobis exhibitas, ratas habemus, & approbamus, & per ſingulos articulos authoritate præſentium confirmamus, & tenorem earum præſentibus de verbo ad verbum inſeri fecimus. Nulli ergo hominum liceat hanc noſtræ confirmationis paginam infringere, vel ei contraire. Si quis autem auſu temerario contravenerit, excommunicationis ſententiam, ex nunc per nos latam in his ſcriptis, ſe noverit incurſurum. Cæterum volumus, ut decretum dictæ confraternitatis ex parte noſtra habeat authoritatem in die celebrationis ipſius confraternitatis, & in die obitus Confratris ipſorum, quadraginta dierum Indulgentias faciendi, ut eorum devotio, qui interfuerint, uberius in Domino augeatur. Datum in Poſaga (r) in die ſancti Remigii, & ſociorum ejus Anno Domini MCCCXXII.

XV.

Henrico Præpoſito Scepus. translato ad Epiſcopatum Veſprim. eligitur a Capitulo Joannes Præpoſitus Boſnens. A. 1323.

EX AUTOGRAPHO.

In nomine Domini Amen. Quia Conditores Canonum deliberatione provida tanta tempora ſtatuerunt, infra quæ Eccleſiis viduatis provideri debeat de Prælato, ne per defectum Paſtoris lupus rapax gregem invadat Dominicum, & in ſpiritualibus, ac temporalibus Eccleſia viduata grave diſpendium patiatur: Ea propter nos Capitulum Eccleſiæ S. Martini de Scepus Eccleſiæ noſtræ viduatæ per translationem Honorabilis Viri Domini Henrici, quondam Præpoſiti noſtri, in Præſulatum Eccleſiæ Veſprimienſis, volentes proinde de Paſtore, & Prælato providere, termino etiam ad hoc aſſignato, videlicet die Dominico, quo cantatur Officium, *Invocavit*, convenientes in unum, citatis interim omnibus abſentibus, & in ipſo termino comparentibus, qui debuerunt, voluerunt,

(r) Poſaga, vel Poſega Urbs in Slavonia, Provinciæ cognominis caput.

Digitized by Google

runt, & potuerunt huic electioni noſtræ commode intereſſe, in Capitulo nos recepimus, de electione futuri Prælati noſtri tractaturi, & poſt habitos inter nos tractatus, tandem placuit nobis omnibus, & ſingulis per viam procedere compromiſſi, conſiderantes, quod in paucos ſæpe ſanioris conſilii Spiritus venit, & multitudinem in unum difficulter poſſe convenire, dedimusque plenam, & liberam nos omnes, & ſinguli unanimiter poteſtatem Diſcretis Viris, Magiſtro Bogomerio Cantori, Karolo Cuſtodi, Jacobo de Villa Larina, Salomoni de Leucha Plebanis, & Jordano ſociis, & Concanonicis noſtris, ut iidem vice ſua, & noſtra per electionem Canonicam Eccleſiæ noſtræ ſupradictæ vacanti Deum, ac bonum ſtatum ipſius Eccleſiæ præ oculis habentes, de perſona idonea providerent. Qui deliberato intra ſe conſilio Honorabilem, & Diſcretum Virum Dominum Johannem Præpoſitum Boznenſem, Cancellarium Venerabilis Patris Domini Boleslai Ducis Thoſtenſis, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopi Strigon. in noſtrum Prepoſitum elegerunt, & ipſam electionem nobis publicarunt, & publicari fecerunt in hunc modum:

In Nomine Domini Amen. Anno Incarnationis ejusdem MCCCXXIII. in Dominica, in qua cantatur Officium: *Invocavit.* Ego Magiſter Bogomerius Cantor Eccleſiæ S. Martini, ab omnibus, & ſingulis de ipſo Capitulo, qui debuerunt, voluerunt, & potuerunt huic electioni commode intereſſe, poteſtate mihi tradita, invocata Spiritus ſancti gratia, ad honorem Dei, & gloriosæ Virginis Mariæ, Genitricis ejusdem, & B. Martini Patroni noſtri, vice mea, & aliorum Collegarum meorum, & omnium de ipſo Capitulo, Honorabilem, & Diſcretum Virum Dominum Johannem Præpoſitum Boznenſem, Cancellarium Venerabilis Patris Domini Boleslai Ducis Thoſtenſis, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopi Strigonienſis, in noſtrum eligo Præpoſitum, & Prælatum, & de ipſo provideo Eccleſiæ noſtræ viduatæ, & ad hanc electionem pronuncio, & publico in his ſcriptis.

Quam quidem electionem nos omnes unanimiter recepimus, & approbavimus, more ſolito pulſatis campanis, cum cordis jubilo Te Deum laudamus ſolenniter decantando. Ut igitur vota noſtra, & omnium noſtrorum in ipſum D. Johannem, Præpoſitum Boznenſem, concordaſſe videantur, & ſub ejus Regimine in Eccleſia S. Martini Deo poſſimus feliciter militare, hoc præſens decretum in huius rei teſtimonium noſtro communi Sigillo, & propriis Sigillis noſtris cum ſubſcriptionibus infra poſitis fecimus roborari. Datum Anno dieque prænotatis.

Ego Bogomerius Cantor huic electioni interfui, elegi, propria manu ſubſcripſi, & Sigillum meum appoſui.

Ego Karolus Cuſtos huic electioni interfui, elegi, & per ſcholaſticum noſtrum ſubſcribi feci, & Sigillum meum appoſui.

Digitized by Google

Ego Jordanus Canonicus huic electioni interfui, elegi, & per ſcholaſticum noſtrum ſubſcribi feci, & Sigillum meum appoſui.

Ego Henricus Canonicus huic electioni interfui, conſenſi, per Nicolaum ſcholaſticum noſtrum ſubſcribi feci, & quia Sigillo careo ad Præſens, Sigillum Domini Thomæ Canonici apponi feci.

Ego Salomon Canonicus huic electioni interfui, elegi, & per Bekem Canonicum ſubſcribi feci, & Sigillum meum appoſui.

Ego Magiſter Mathias Canonicus huic electioni interfui, conſenſi, per Beke Canonicum ſubſcribi feci, & Sigillum meum proprium appoſui.

Ego Goblinus Canonicus huic electioni interfui, conſenſi, propria manu ſubſcripſi, & Sigillum meum appoſui.

Ego Thomas Canonicus huic electioni interfui, conſenſi, propria manu ſubſcripſi & Sigillum meum appoſui.

Ego Paulus Canonicus huic electioni conſenſi, & per Nicolaum ſcholaſticum de S. Martino ſubſcribi feci, & Sigillum meum appoſui.

Ego Mathias Canonicus huic electioni interfui, conſenſi, per ſcholaſticum noſtrum ſubſcribi feci, & Sigillum meum appoſui.

Ego Beke Canonicus huic electioni interfui, conſenſi, propria manu ſubſcripſi, & Sigillum meum appoſui.

XVI.

Johannes Dux Oswiecimenſis, Johannis Regis Bohemiæ Vaſallum ſe eſſe profitetur. Datum in Böutung Anno Domini 1327. (s) Edidit Fridericus de Sommersberg in Scriptoribus Rerum Sileſiacarum.

Nos Johannes Dei gratia Dux Oswicenſis, Scholaſticus Cracovienſis, recognoſcimus, & profitemur tenore præſentium univerſis, nos eſſe Principem,

(s) Literæ hæ ad Scepuſium vix attinere videbuntur: eo tamen adjectæ ſunt, quod MS. Catalogus Præpoſitorum Scepus. commeminit de Joanne Præpoſito, Duceque Opuliæ ad Annum 1343. Ego Sileſios Scriptores excuſſi per quam diligenter, nusquam tamen eum reperi. Itaque cenſeo hunc Joannem Ducem Oswicenſem, qui de ſanguine Principum Opuliæ erat (ut eorum Tabulæ Genealogicæ teſtantur) Eccleſiæ Scepus Præpoſitum. Sed de hac Parte Analector. III. uberior erit agendi locus.

Digitized by Google

cipem, & Vaſallum Magnifici Domini noſtri Domini Johannis Boemiæ, & Poloniæ Regis Illuſtris, ac Comitis Lucemburgenſis, & ab eo terram noſtram Oſſwiczenſem cum ſuis Civitatibus, & Caſtris, videlicet: Oſſwjczem Civitate cum Caſtro Zator, Civitate Lant, Zipſa, Wadowicz, & Spinowicz Oppidis, cum Oppidanis, Villis, hominibus, Vaſallis, ac Militibus ad ipſas, & ad ipſa ſpectantibus, & aliis pertinentiis univerſis, in quibuscunque conſiſtant, quas nunc habemus, & in poſterum ſumus quocunque titulo habituri, noſtro, hæredum, & Succeſſorum noſtrorum nomine, Ducum Oſſwicenſium, recepiſſe in feudum, & ab ipſo tenere, & poſſidere jure, ac titulo feudali, volentes, quod hæredes, & ſucceſſores noſtri Duces Oſſwicenſes prædicti, juxta continentiam literarum; quas a prædicto Domino Rege ſuper eo habemus, quandocunque prædictam terram noſtram vacare contigerit, eam ab ipſo Domino noſtro Rege in feudo deinceps ſemper recipere debeant, ac tenere, facto ſibi per eos ſervandæ perpetuo fidelitatis homagio, ſicut & nos nunc ſpontanea, & libera voluntate fecimus ei, vel eis tanquam ſucceſſoribus. In cujus rei teſtimonium præſentes literas fieri, & Sigillo noſtro fecimus roborari. Datum in Böutung (t) Anno Domini MCCCXXVII. VI. Kalend. Martii.

XVII.

Inſtrumentum de nece Criſtophoro Lectori Eccleſiæ Scepus. ab Jacobo, & Hank Filiis Arnoldi, illata. Datum Anno Domini 1331.

EX APOGRAPHO.

Nos Frater Joannes dictus Abbas B. M. V. de Scepus, Ordinis Ciſtercienſ. totusque Conventus loci ejusdem, damus pro memoria: Quod accedens ad noſtram perſonaliter præſentiam Dominus Beka, Canonicus Eccleſiæ B. Martini de Scepus, nomine, & vice Honorabilis Viri Magiſtri Johannis Præpoſiti Eccleſiæ ejusdem, ac Capituli ſui, voce lugubri querulando, & per modum proteſtationis nobis ſignificare curavit: Quod Jacobus, & Hank Filii Arnoldi

(t) Böutung fortaſis Bythum vel Bythom locus in Sileſia, liberæ Dynaſtiæ titulo Anno 1697. ornatus. Poſſidetur nunc a S. R. I. Comitibus Henkeliis de Quintoforo.

noldi — — una cum famulo ſuo dicto Both de mandato, & conſilio aliorum proximorum ſuorum, feria ſexta proxima poſt feſtum Aſcenſionis Domini, hora nona, clara die ad domum Magiſtri Criſtophori quondam Lectoris Eccleſiæ prædictæ Scepus. armata manu introiviſſent, & a ſomno excitando, & ad ſe vocando eum ibidem in domo ſua propria, in Dei contemptum, & totius clericalis Ordinis ſcandalum, & ſæpe dictæ Eccleſiæ B. Martini grandem injuriam interfeciſſent. Quam injuriam præfati Dominus Præpoſitus, & Capitulum ſuum, nomine Eccleſiæ ſuæ proſequi intenderent, coram quocunque judice, juſtitia mediante. Datum Sabbato proximo poſt feſtum Aſcenſionis Domini Anno Incarnationis ejusdem, MCCCXXXI.

XVIII.

Bulla Joannis XXII. Papæ, qua injungit Abbatibus, & Præpoſito Wratislavienſi, ut juſtitiam impendant Præpoſito Scepus. qui ſe aggravatum querebatur ſententia Præpoſiti de domo Dei. Datum Avenione Pontificatus Anno 17. (u).

EX AUTOGRAPHO.

Johannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis Filiis de Buda, Wratislavienſis Diœceſis, S. Vincentii prope muros Wratislavienſes Monaſteriorum Abbatibus, ac Præpoſito Eccleſiæ S. Crucis Wratislavienſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sua nobis dilecti Filii (v) Præpoſitus, & Capitulum Eccleſiæ Scepus. petitione monſtrarunt, quod licet exercitium ſpiritualis jurisdictionis in conſiſtentes in Podolin, Gnezna, & Lublow, Villis, & aliis locis ad eos ſpectantibus, dictæ Diœceſis, ad ipſos Præpoſitum, & Capitulum duntaxat de antiqua, & approbata, & hactenus pacifice obſervata conſuetudine pertinere noſcatur, & tam ipſi forent, quam prædeceſſores eorum fuiſſent in pacifica poſſeſſione, vel quaſi juris exercendi jurisdictionem hujusmodi in conſiſtentes prædictos a tempore cujus contrarii memoria non exiſtat; tamen

(u) Incidit hic annus in Annum Chriſti 1333. quandoquidem teſte Sandino Joannes XXII. creatus eſt Pontifex Anno Domini 1316. 7. Id. ſextil.
(v) Supple: Joannes.

Digitized by Google

tamen Venerabilis Frater noſter Epiſcopus Cracovienſis aſſerens, quod Venerabilis Frater noſter Archiepiſcopus Strigoniens. eum jurisdictione ſpirituali hujusmodi, quam idem Epiſcopus in Villis, ac locis prædictis ſe de ſimili conſuetudine obtinere dicebat, per violentiam ſpoliarat, contra dictum Archiepiſcopum, ſuper iis noſtras ad Præpoſitum Monaſterii de domo Dei, per Præpoſitum ſoliti gubernari Wratislavienſis Diœceſis, in communi forma literas impetravit, dictumque Archiepiſcopum fecit ſuper præmiſſis coram eodem Præpoſito ipſius Monaſterii prætextu literarum hujusmodi ad judicium evocari. Cumque præfatus Præpoſitus ejusdem Monaſterii, poſtquam aliquamdiu inter dictas partes coram eo in cauſa hujusmodi proceſſum fuerat, ad inſtantiam dicti Epiſcopi, minus veraciter aſſerentis; quod ipſi Præpoſitus, & Capitulum jurisdictionem hujusmodi in eisdem villis, & locis indebite exercebant, eosdem Præpoſitum, & Capitulum ejusdem Eccleſiæ prætextu literarum hujusmodi defacto monuiſſet, & mandaſſet eisdem, ut jurisdictionem ipſam præfato Epiſcopo reſtituere, ac de certa quantitate pecuniæ pro expenſis per dictum Epiſcopum coram eo in cauſa hujusmodi factis ſatisfacere procurarent; alioquin in eos excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias proferebat, ex parte dictorum Præpoſiti, & Capituli dictæ Eccleſiæ fuit a dicto Præpoſito ejusdem Monaſterii excipiendo propoſitum, quod, cum dictæ literæ contra præfatum Archiepiſcopum duntaxat impetratæ fuiſſent, & de dictis Præpoſito, & Capitulo Scepuſienſi nulla in eis mentio haberetur, prout ex earum tenore liquido apparebat, dictus Præpoſitus præfati Monaſterii prætextu earum, quæ ſe ad ipſos Præpoſitum, & Capitulum Scepuſienſe minime extendebant admonitionem, & mandatum hujusmodi de jure nequiverat proceſſiſſe, ipſique Præpoſitus, & Capitulum Scepuſienſe hujusmodi monitioni, & mandato parere minime tenebantur, & ad id de jure compelli non poterant, nec debebant. Et quia præfatus Præpoſitus dicti Monaſterii eos ſuper hoc audire contra juſtitiam denegavit, pro parte ipſorum Præpoſiti, & Capituli ſentientium ex hoc indebite ſe aggravari, fuit ad Sedem Apoſtolicam appellatum. Quocirca Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit, appellatione remota, decernatis, facientes, quod decreveritis, authoritate noſtra firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint vocati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione ceſſante, cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes iis exequendis potuerint intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum Avinione III. Non. Maji Pontificatus noſtri Anno XVII.

XIX.

Relicta Demetrii Pataki poſſeſſionem Kathun, quam ſuam falſo exiſtimabat, coram Capitulo Agrienſi remittit Capitulo Scepuſienſi Anno Domini 1345.

EX APOGRAPHO.

Nos Capitulum Eccleſiæ Agrienſis memoriæ commendamus &c. Quod Nobili Domina relicta Demetrii Pataky, & filia Demetrii filii Voyacha, condam Nobilis de Petreuch, Greytherus (x) vocata, parte ab una; & Comite Petro dicto Lengeu, Filio Michaelis de Kutychyak, Procuratore Honorabilis Capituli Eccleſiæ B. Martini de Scepus, cum literis procuratoriis dicti Capituli pro eodem Capitulo parte ab altera, coram nobis perſonaliter conſtitutis, per eandem Nobilem Dominam propoſitum extitit, & relatum miniſterio vivæ vocis; quod, licet ipſa ſiniſtra ſuggeſtione, & indiſcreto conſilio quorundam proximorum ſuorum hucusque uſa, præfatam honorabile Capitulum Eccleſiæ B. Martini de Scepus ratione cujusdam poſſeſſionis, ſeu terræ, nunc ſub dominio ipſius Capituli habitæ, & in Comitatu Scepuſienſi juxta fluvium Chunerth (y) ut dicitur, exiſtentis, legitimæ citationis modum obſervando, in præſentia Regiæ Majeſtatis, & Judicis Curiæ Regiæ, ipſam terram nomine ſuæ poſſeſſionis, Kathun vocatæ, ab ipſis recaptivando in cauſam attraxiſſet, & ipſa cauſa diutius inter eos ventilante, tandem poſſeſſionem nomine, quo ſupra, a dicto Capitulo Judiciario ordine pro ſe requirere voluiſſet, & rehabere; tamen quia ipſa nuperrime, videlicet inter Octavas S. Stephani jam præteritas, in Terra Scepus. perſonaliter exiſtens, reſciensque hoc, quod dicta poſſeſſio litigioſa nunquam ſuorum Progenitorum fuiſſet, nec ad ipſam aliquo titulo pertinuiſſe, & pertinere debuiſſet, a quam pluribus fide dignis, & probatæ tæ fidei hominibus, nec non quibusdam proximis ſuis conſcientioſis veraciter reſciviſſet, & proficue: Ideo ipſa animæ ſuæ ſaluti conſulere volens in hac parte, & ut etiam ipſa per hæc, & alia opera bona ſua, quæ Domino inſpirante

(x) Geitherus quid ſibi velit, haud ſcio: Gertrudis fortaſſe legendum eſt.
(y) Chunerth Germanis; Hungaris, & Slavis Hernad.

Digitized by Google

rante uſque ad vitam ſuam operari poſſet, terrenis cœleſtia, tranſitoriis æterna, caducisque ſempiterna in cœleſti Hierarchia pro ſe valeret commutare, omni liti, actioni ſuæ, & quæſtioni ſuper facto dictæ poſſeſſionis per ipſam motis, & penitus ſuſcitatis hactenus renuncians, ipſam poſſeſſionem cum omnibus utilitatibus ſuis, & pertinentiis, ac eo jure, eaque plenitudine, nec non ſub metis, & metarum limitibus, ſub quibus eadem poſſeſſio juxta continentiam literarum Privilegialium Domini Ladislai condam Regis Hung. felicis memoriæ, per dictum Honorabile Capitulum Eccleſiæ Scepus. usque ad hæc tempora habita extitiſſet, & poſſeſſa, ex parte ſui reliquiſſet, & reſignaſſet, ac coram nobis reliquit, & reſignavit — — Datum feria tertia prox. ante Octavas Virginis glorioſæ. Anno Domini MCCCXLV.

XX.

Literæ Delegatorum Sedis Apoſtolicæ in cauſa Præpoſituræ Scepus. ad Epiſcopatum, & Collegiatæ Eccleſiæ ad Cathedralem evehendæ. Datum apud Eccleſiam S. Martini Anno Domini 1348. Edidit P. Carolus Péterffi e S. J. Conciliorum Hung. Parte I.

Fratres Syfridus S. Benedicti juxta Gruon, Strigon. Dioceſis, & Daniel S. Andreæ de Wiſſegrad, Veſprim. Diœceſis Ordinis S. Benedicti Dei patientia, & miſeratione Abbates, Inquiſitores, ſeu executores ad infra ſcripta per Sedem Apoſtolicam, una cum Reverendo in Chriſto Patre Domino Epiſcopo Quinque Eccleſienſi, cum clauſula: vos, vel duo ſpecialiter deputati, Venerabilibus, & Religioſis Viris Abbatibus Monaſterii B. M. V. de Villa Compoſiti (z) Ciſtercienſis; de Lapide Refugii, de Doneyecz Ordinis Carthuſianorum Monaſteriorum Prioribus, & eorum Conventibus; Item Honorabilibus,

(z) Ciſtercienſes, num in Villa compoſiti, ſeu Kapoſztafalva egerint, reperio nusquam. Exiſtimo vicinum Cœnobium Schavnik intelligi, ubi eos incoluiſſe certum eſt, quemadmodum & in Valle Lechnicz ad fl. Dunajecz, qui adnectitur, Carthuſianos. Nomina locorum quæ ſubjunguntur, latine elata ſunt; plebs pro varietate Idiomatis, quo utitur, aliter, & aliter effert, uti & olim fecit, quemadmodum ad Diplomata Saxonum Scepus. notabo.

Digitized by Google

bilibus, & diſcretis Viris de Quintoforo, de Villa Suevi, de Villa canis, & de Foro Caſeorum Plebanis Eccleſiarum Dei, Diœceſis Strigon. ſalutem in Domino, & mandatis noſtris, imo univerſis Apoſtolicis firmiter obedire Literas Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini Clementis (a) divina Providentia Sacro Sanctæ Romanæ, & Univerſalis Eccleſiæ Summi Pontificis vera ejus Bulla plumbea in filo canabis bullatas, non vitiatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas noveritis nos recepiſſe tenore ſub iſto:

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei, Venerabili Patri Epiſcopo Quinque eccleſ. & dilectis Filiis S. Benedicti juxta Gruon, tum S. Andreæ de Wiſſegrad Strigon. & Veſprim. Diœceſis Monaſteriorum Abbatibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Petitio chariſſimorum in Chriſto Filiorum noſtrorum Ludovici Regis, & Eliſabeth Reginæ Hungariæ Illuſtrium, nobis nuper exhibita continebat; quod licet quædam partes Regni Hungariæ, quæ Scepuſienſis Provincia communiter in Prædictis Hungariæ, & Poloniæ Regnorum confinibus conſtituta ab olim fuerint ſilvoſæ, ac populis deſtitutæ: tamen poſteaquam in Regno Hung. prædicto pax viguit, & maxime Domini Ludovici, & claræ memoriæ Caroli Regum Hungariæ Patris, & Mariti Ludovici Regis, & Reginæ prædictorum temporibus refertæ populis, & habitatorum ſunt multitudine decoratæ. Quodque licet in eisdem partibus ſæcularibus, & collegiata Scepuſienſis Eccleſia S. Martini per eorundem Progenitores fundata conſiſtat, ac per ipſius Eccleſiæ Præpoſitum, qui eſt pro tempore, in inſtituendis, & deſtituendis Plebanis, & Rectoribus Eccleſiarum, ac viſitandis, & corrigendis Eccleſiaſticis, & Laicis partium earundem animarum cura geratur ex conſuetudine approbata; tamen dictarum partium populi propter magnam diſtantiam ab eorum Eccleſia Cathedrali tam in conſecrandis & reconciliandis Eccleſiis, ac Cymeteriis, & confirmationibus puerorum, & audiendis Confeſſionibus, in caſibus Epiſcopo reſervatis, quam in aliis ad officium Epiſcopale, & ordinem pertinentibus magna diſpendia patiuntur. Quare Ludovicus Rex, & Regina præfati cupientes hujusmodi obviare diſpendiis, ac in eodem Regno Hungariæ Schiſmaticis, & infidelibus, ac Tartaris circumſepti, ut aſſerunt, fidem Catholicam per multiplicitatem Eccleſiaſticorum, Prælatorum, & Præſulum adaugeri, ac dilecti Filii capitulum ipſius Eccleſiæ nobis humiliter ſupplicarunt, ut eandem Eccleſiam in Cathedralem erigere, & Villam Scepuſienſem (b) Civitatis inſignire titulo, ac partes Scepuſienſes prædictas, & certam ter-

(a) Hujus nominis VI.
(b) Curia Romana, vel Oppidum, vel Villam appellat omnem Urbem, ſi careat Epiſcopo, quantumvis ſit Regni, aut Provinciæ Metropolis.

Digitized by Google

terram, Liptovienſem Provinciam nuncupatam, Strigon. Diœceſis, ac unam Diœceſim ex iisdem partibus, & terram intuitu Eccleſiæ memoratæ ipſi Eccleſiæ pro Diœceſi aſſignare, ac decimas, nec non alios fructus, & reditus, proventus ac obventiones, & jura Præpoſituræ, ex qua ipſe congrue ſuſtentari, & alia ei incumbentia onera valeat ſupportare, Epiſcopali menſæ deputare ſius Eccleſiæ dignaremur. Nos igitur commendantes in Domino tam laudabile, favorabileque dictorum Regis, & Reginæ in hac parte propoſitum, ac de præmiſſis notitiam non habentes, diſtrictim per Apoſtolica ſcripta mandamus, quod vos, vel duo veſtrum, vocatis Venerabili Fratre noſtro Archiepiſcopo Strigon. ac Domino Præpoſito, ac aliis, qui fuerint evocandi, de præmiſſis, & univerſis valvati ejusdem fidei, quod Eccleſia in Cathedralem erigatur, ac Villæ prædictæ Civitatis titulo decorentur, & quota præviarum partium, & terræ prædictarum ſufficiat Eccleſiæ memoratæ pro Diœceſi juxta ſtatum & Conditionem Eccleſiarum Regni Hungariæ, nec non de portione congrua decimarum, fructuum, redituum, proventuum, jurium, & obvenientium prædictorum eidem Præpoſito aſſignanda, ſicut prædicitur, ac de facultatibus, quas Epiſcopus, ſi ibi præficiatur, habere poterit, & aliis circumſtantiis in præmiſſis omnibus accedendis diligenter, & fideliter nos informare, & quidquid per informationem hujusmodi vos reperire contigerit, nobis per patentes literas veſtras, ſeu publicum Inſtrumentum, tenorem præſentium continentes, ſeu continens, feliciter intimare curetis. Datum (c) Ameraci XVI. Kalend. Maji, Pontificatus noſtri Anno VI.

Volentes itaque Mandatis Apoſtolicis, ut tenemur, humiliter obedire, forma Mandati nobis injuncti una cum Venerabili in Chriſto Patre Domino prædicto Epiſcopo Quinque eccleſ. Collega noſtro in aliis diligenter obſervata, communicata nobiscum, & conſilio ſapientum deliberatione matura decrevimus, ut informationem de narratis in Reſcripto Apoſtolico, & contentis in ipſo apud Eccleſiam S. Martini prædictam, & locum, pro quibus negotium erectionis hujusmodi geritur, recipere, & ad id faciendum dictus Dominus Epiſcopus Collega noſter, aliis ſuis Eccleſiæ ſuæ negotiis præpeditus, commiſit nobis plenarie vices ſuas, donec eas ad ſe duceret revocandas. Quocirca vobis, & veſtrum cuilibet in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub excomunicationis, quam

&

(c) Mendum hic cubare videtur: ſubſtituendum fortaſſe Cameraci, Belgii Urbe, cum Avenione in Gallia Clemens reſederit, atque adeo, & Cameracum haud difficulter ire potuerit. Incipit porro Pontificatus ejus Annus ſextus in Annum Chriſti 1348.

Digitized by Google

& in vos Dominos Abbates, Priores, & Plebanos, & ſuſpenſionis, & interdicti, ſententiis, quas in conventus eosdem, Monaſteria, & Eccleſias veſtras prædictas monitione præmiſſa ferimus in his ſcriptis, & incurrere volumus ipſo facto, ſi noſtri, imo verius Apoſtolici hac in parte mandati temerarii fueritis tra·sgreſſores, firmiter, & diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus vos Domini Abbates, Priores, & Plebani, imo dicti perſonaliter, conventus vero iidem quilibet per unum ſeniorem de conventu, quem ad hoc idoneum duxerit eligendum, & deſtinandum, ſeu duxerint eligendos, & deſtinandos, feria tertia proxime nunc ventura, hora tertia ſitis, vel ſint apud dictam Eccleſiam S. Martini indilate conſtituti, ad perhibendum ſuper dicto negotio vobis commiſſo teſtimonium veritatis. Volumus inſuper, ac mandamus Nobiles Viros Lachk, & Petrum de Boſſafalva, & Petrum Franciſcum Cank de Villa Fladdani, (d) de Betlemfalva, & Petrum damus de Sigra, inſolidum per ſuos, ſeu poſſeſſionum ſuarum Plebanos, ſeu Rectores Eccleſiarum ad faciendum præmiſſa eadem locum, diem, & horam ſub pœnis, & ſententiis evocari, & venire præmiſſis. In quorum teſtimonium præſentes per Notarium infraſcriptum ſcribi, & Sigillorum noſtrorum fecimus appenſione muniri. Datum apud Eccleſiam S. Martini prædictam, feria ſexta proxima ante feſtum S. Thomæ Apoſtoli, Anno Domini MCCCXLVIII. præſentibus Jacobo, & Henrico Fratribus Ord. S. Benedicti prænotatis, & aliis pluribus Eccleſiaſticis, & Laicis teſtibus ad præmiſſa.

Et Ego Paulus Jacobi de Olſavicz Clericus Strigon. Diœceſis, publicus, authoritate Imperiali Notarius, præmiſſo Mandato, in eoque prolator, & aliis omnibus ſubſcriptis præſens fui, eique de Mandato dictorum Dominorum inquiſitor, & executor Manu propria ſubſcripſi, ſignoque, & Nomine meis ſolitis ſignavi, in teſtimonium præmiſſorum.

XXI.

(d) Villa Fladdani obſcurior eſt, quam ut certo ſtatuam, quæ, aut ubi fuerit?

Digitized by Google

XXI.

Ludovici Regis Hung. Legati, quos inter Nicolaus Præpoſitus Scepus. jurati firmant pactionem inter Carolum olim Hung. & Caſimirum Poloniæ Reges initam, ut ſi hic abſque prole Maſcula decederet, Caroli Filii ſuccedant in Regnum Poloniæ. Datum in Zadoch Anno Domini 1355. Edidit P. Mathias Dogiel Codice Diplom. Polon. Tomo I.

In Chriſti Nomine Amen. Quoniam eſt moris, conſuetudinis, atque conſonum rationi, ut quidquid Regia Majeſtas de conſilio, & beneplacito Prælatorum, Baronum, Procerum, ac Nobilium Regni ſui decreverit faciendum, ſive ſtatuendum, & matura deliberatione præhabita agit, ordinat, & diſponit, in his præſertim, quæ ad utilitatem, honorem, & commodum ſuum, ſuique Regni venire poſſunt, non immerito ſic ordinata, acta, & diſpoſita ab omnibus Regnicolis debent approbari, & inviolabiliter obſervari. Hinc eſt, quod nos Nicolaus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Strigon. Locique ejusdem Comes Perpetuus de Tharath, Thomas Petl Magiſter Janitor Regal. & Caſtellanus de Chokokew-Marochwen Magiſter Agazon. Reginal. & Comes de Beregh. Nicolaus Præpoſitus Steucienſis, (e) Ladislaus Præpoſitus Chazmenſ. Comes Capellæ Regiæ. Gregorius Cuſtos Varadienſ. Decretorum Doctor, Joannes Oliveri Magiſter Dapiferorum Reginalium, ac Joannes Alexandri Comes Szagrad, & Caſtellanus de Symus, & de Zdendren de conſenſu, Mandato, beneplacito, & voluntate Sereniſſimorum Principum Domini Ludovici prædicta gratia Regis, & Dominæ Eliſabeth Reginæ Hungariæ Genitricis ejusdem Dominorum noſtrorum, vobis Excellentiſſimo Principi Domino Kaſimiro ſæpe dicta gratia Polonorum Regi perſonaliter recipienti promittimus bona fide, absque omni dolo, ſine fraude, quod ad hoc, ut compoſitio, ordinatio, & diſpoſitio, quæ dudum inter vos, & Potentiſſimum

(e) Pleraque hæc nomina mendis ſuis non carent. De reliquis quidquid ſit, Nicolao Præpoſito Steucienſi fidenter ſubſtituo: Scepſienſis vel Scepuſienſis, tum quod eo Anno reapſe Nicolaus de gente Berzeviczia Eccleſiæ Scepuſienſi præfuerit, tum quod Præpoſituræ Steucienſis in Hungaria nulla ſit.

Digitized by Google

mum Principem quondam Dominum Regem Carolum Sororium veſtrum, Dominumque noſtrum ſuper ſubjectione homagii, & regimine Regni veſtri Poloniæ in perſona Sereniſſimorum Principum Dominorum Ludovici, Andreæ, & Stephani Natorum ipſius in caſu, ubi vos absque hærede, maſculini Sexus decedere contigerit, inita fuit, & firmata, & nunc præfatis Dominis Andrea, & Stephano ſublatis de hac vita, inter vos, & prælibatum Dominum Regem, ac Inclytum Principem Dominum Joannem Ducem totius Sclavoniæ, Croatiæ, & Dalmatiæ, ſupradicti Domini Stephani Ducis Filium, Nepotes veſtros, quoad eorum, hæredumque ipſorum Sexus, de quo ſupra, perſonas innovata perpetuis temporibus inviolabiliter, & inconcuſſe, quoad omnes ſuos Articulos, & Clauſulas, tam quoad ea, quæ per vos ſunt aſſumpta, quam quoad ea, quæ per prædictos Dominos noſtros Regem, & Reginam vobis, Regnique veſtri Regnicolis aſſumpta exiſtunt, vice verſa perſeverent toto noſtro poſſe, & conamine erga prædictos Dominos noſtros efficaciter inſiſtemus, ipſisque, quoad omnia prædicta, & quæ ea contingere poſſent quoquo modo aſſiſtemus conſiliis, & auxiliis opportunis. Et nihilominus, quæ per nos circa prædicta alias debent fieri, efficaciter curabimus adimplere. Sic Deus nos adjuvet, & hæc ſancta, quæ tangimus, Evangelia. In quorum Teſtimonium Sigilla noſtra præſentibus duximus appendenda. Datum in Zadoch, (f) in vigilia SS. Philippi & Jacobi Apoſtolorum. Anno Domini MCCCLV.

XXII.

Pactio Nicolai Præpoſiti Scepus. cum Incolis Poſſeſſionis ſuæ Krig vocatæ. Datum Anno Domini 1355.

EX AUTOGRAPHO.

Magiſter Nicolaus Præpoſitus Eccleſiæ B. Martini de Scepus omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus, quam futuris, præſentium notitiam habituris, ſalutem in omnium Salvatore. Proclivis humanæ memoriæ decurſus, ne temporaliter geſta alieni juris cupiditate reciduentur, patrocinium non

(f) Fridericus Sommersberg ex Diplomatario MS. Poloniæ legit: Zaloch.

Digitized by Google

non immerito expoſcit literarum. Ad univerſorum igitur notitiam harum ſerie volumus pervenire: Quod nos attendentes montium magnitudinem, terræque ſterilitatem, poſſeſſionis noſtræ Crygo vocatæ, hominibus, ſeu Jobbagionibus noſtris in ea commorantibus, hanc prærogativam conferimus, ut ipſi nobis, & Succeſſoribus noſtris ſingulis annis groſſorum denariorum numerum Scepuſienſis monetæ uſualis in tribus terminis ratione terragii, ſive cenſus ſolvere tenebuntur — — Munera vero more antiquo, ut conſueverunt, dare ſimiliter tenebuntur. Decimas vero Majores Sacerdos, qui fuerit pro tempore, poſſidebit, duas marcas ſingulis annis in feſto B. Martini nobis, & Succeſſoribus noſtris perſolvendo. Minores vero decimas, ſcilicet agnos, porcellos &c. medias nobis præſentabit, media parte ſibi remanente. Decimas autem prædictas, & juſtas antedicti Jobagyones ad modum Saxonum dare tenebuntur; prædictas autem duas marcas Sacerdos ad numerum Budenſem juxta conſuetudinem Rectorum Eccleſiarum prope Harnad nobis, & ſucceſſoribus noſtris tenebitur perſolvere in termino ſupra dicto. Ut autem omnia, & ſingula præmiſſorum robur obtineant perpetuæ firmitatis, præſentes eisdem Jobbagionibus noſtris conceſſimus Sigilli noſtri pendentis munimine roboratas. Datum apud Eccleſiam S. Martini prædictam Sabbato prox. poſt feſtum Inventionis S. Crucis. Anno Domini MCCCLV.

XXIII.

Maria Regina Hung. indulget Georgio Abbati Tybanienſi, ut dimidium poſſeſſionis ſuæ Arath cum Nicolao Præpoſito Scepus. ejusque Sororibus cambiet. Datum Budæ Anno Domini 1385.

EX APOGRAPHO.

Nos Maria Dei gratia Regina Hungariæ &c. notum facimus Univerſis, præſentes inſpecturis; Quod Religioſus Vir Frater Georgius Abbas Monaſterii S. Aniani de Tychonio, ad noſtræ ſerenitatis veniens præſentiam, nobis humiliter ſponte, & ultronea voluntate ſupplicavit, ut quia medietas cujusdam poſſeſſionis, Arath vocatæ, in Comitatu Zaladienſi exiſtentis, dicto Monaſterio ſuo, & per conſequens ſibi; item alia medietas honorabili Viro Nicolao

Digitized by Google

Præpoſito Scepus. Secretario noſtro Cancellario (g) nec non Nobilibus Dominabus Eliſabeth Conſorti Farkaſſy de Hidegkuth, & Barbaræ Uxori Petri de Ajka, ſororibus ejusdem Domini Præpoſiti uterinis, pertinerent, atque ſpectarent, & ex hoc propter promiſcuitatem terrarum arabilium, fœnilium, pratorum, & aliarum utilitatum in facie ejusdem poſſeſſionis Arath exiſtentium, hinc inde eis, ac ipſorum Jobbagionibus, ac famulis diverſæ injuriæ damna, & nocumenta ſine intermiſſione inferrentur, & irrogarentur; ideo propter evitanda ſcandala, & futuros eventus, quæ inter ipſos utrinque, & eorum Jobagyones poſſent oriri, & ſæpe ſæpius oriuntur, ipſi Fratri Georgio Abbati ad faciendum concambium cum eodem Domino Nicolao Præpoſito, & ſuis ſororibus prædictis, vel aliis quibuscunque poſſet, noſtrum conſenſum benevolum licentiam pariter, & aſſenſum ex gratia ſpeciali tanquam Patrona ipſius Monaſterii S. Aniani miſericorditer præbere, & annuere dignaremur; potiſſime, quia Venerabilis, & Religioſus Vir Dominus Frater Stephanus Abbas S. Martini de Sacro Monte Pannoniæ, Præſidens totius Ordinis S. Benedicti per Hungariam conſtitutus, authoritate Præſidentiæ etiam ſuum præbuiſſet, favorem pariter, & aſſenſum, prout id exhibitione literarum ejusdem Domini Fratris Stephani Abbatis coram nobis facta declarabat. Nos itaque conſiderantes, ut Regia Majeſtas ex ſolita pietate ſemper ad ea intendere debeat, quæ pacis ſunt, & Eccleſiæ ſuæ commodum reſpiciunt, advertentes etiam, quod noſtri Progenitores, Fundatores ipſius Monaſterii fuerint, & ex hoc ſibi de remedio provideri expedit opportuno, ipſi Fratri Georgio Abbati Tychonienſi humiliter, & devote nobis in hac parte ſupplicanti annuimus, & conceſſimus, imo præbendo noſtrum benevolum conſenſum, favorem, & aſſenſum concedimus authoritate noſtri Juris Patronatus gratioſe, ut ipſe Georgius cum eodem Domino Nicolao Præpoſito, & ſuis ſororibus, vel cum aliis, quibus commodius poterit, ex noſtra permiſſiva licentia, & favore de ipſa medietate dictæ poſſeſſionis, Arath vocatæ, ipſum Monaſterium S. Aniani, & per hoc dictum Abbatem contingenti ſuper aliis juribus poſſeſſionariis concambialem permutationem facere, inire, formare, & contrahere poſſit, & irrevocabiliter duraturam, quam nos ratam ſemper, & ubique futuris, atque ſucceſſuris in temporibus habebimus, conſervabimus, & conſervamus, atque gratam habemus harum noſtrarum teſtimonio literarum, quas in formam noſtri Privilegii redigi faciemus, dum nobis fuerint reportatæ. Datum Budæ in feſto B. Demetrii Martyris Anno Domini MCCCLXXXV.

XXIV.

(g) Nondum igitur dignitas hæc Archiepiſcopis Strigonienſibus propria tunc fuit, quæ poſterioribus ita collata eſt, ut in Succeſſores derivaretur.

Digitized by Google

XXIV.

Sigismundus Rex Almaſienſes Incolas, qui Privilegia Saxonum ſibi indulta contendebant, ſubjicit dominio Præpoſiti ſcepuſienſis. Datum Budæ Anno Domini 1388.

EX APOGRAPHO.

Nos Sigismundus Dei Gratia Rex Hungariæ &c. Notum facimus Univerſis præſentes inſpecturis: Quod cum Villicus, & populi, ac univerſi Ruſtici Præpoſituræ Eccleſiæ S. Martini de Scepus in Villa ejusdem Præpoſituræ, Almas vocata, reſidentes noſtræ, & Reginali Majeſtatibus, ac Prælatis, & Baronibus noſtris plerisque vicibus, & ſpecialiter nunc ultimate hic Budæ querimoniam porrexiſſent, in eo videlicet: ut ipſi in omnibus ſervitiis ſuis jure prædialium Teutonicorum Comitatus Scepuſienſis uti deberent, & quod inter ſe Judicem eligendi, quem vellent, haberent facultatem, ac pro Præpoſito dictæ Eccleſiæ Scepus. Domino ipſorum duodecim Marcas, id eſt ſex in Moneta uſuali, & ſex in puro argento annuatim ſolvere tenerentur, & ficut alii liberi homines dicti Comitatus tempore Exercitus Regii Præpoſito Domino ipſorum pro tempore conſtituto, ſubvenire eſſent obligati, prout ſuper hoc quasdam literas Capituli præfatæ Eccleſiæ Scepus. tranſcribentes, copiam literarum quondam Domini Caroli Regis Hungariæ, tenorem literarum olim Domini Belæ Regis Hungariæ, Dominorum prædeceſſorum noſtrorum felicium recordationum, in ſe continentium producebant, aſſerentes, ſe de pluribus collectis perſolvendis fore exemptos, & abſolutos; ſed quia fidelis noſter Capellanus honorabilis vir, Dominus Præpoſitus præfatæ Eccleſiæ Scepus. modernus eorum Dominus, ipſos in dictis conditionibus, & ſervitiis noluiſſet, nec vellet de præſenti conſervare, ubi dictus Dominus Nicolaus Præpoſitus perſonaliter adhærens reſpondit ex adverſo; quod ipſe dictos populos, & Ruſticos præfatæ Eccleſiæ ſuæ de Almas, in omnibus iisdem conditionibus, & ſervitiis voluiſſet, & vellet conſervare, quibus alii Præpoſiti Prædeceſſores ſui tenuiſſent, & conſervaſſent, nec præmiſſis ſervitiis ullo unquam tempore potiti fuiſſent, & gaviſi; ſed jam dicti populi, & Ruſtici de Almas rebellione, & contumacia ducti, nullam ſibi obedientiam, & reverentiam exhiberent; ſed ſe penitus a jurisdictione Eccleſiæ ſuæ retrahere, & eximere, ac in eadem Poſſeſſione præſcriptæ Eccleſiæ ſuæ Almas vocata, ſub titulo Nobilitatis vivere,

vere, & potiri in desolationem, & exterminium dictæ Ecclesiæ suæ conarentur, potissime ex eo; quia se ad Cives, seu Saxones XXIV. Civitatum terræ Scepus. colligassent adhærendi: Nam Anno in præsenti nec præmissas duodecim Marcas partim in Moneta; partim in Argento sibi dare, & solvere; neque alias collectas, vel datia, aut munera, porcos etiam, aut boves, seu cerevisiam, aut etiam ligna festi S. Martini, neque troncos (h) strenuales ad Curiam suam Præposituralem ministrare, & importare, prout moris fuisset, & esset ab antiquo, voluissent, nec vellent de præsenti, imo quod deterius est, similiter anno in præsenti a respectu, & obedientia ipsius Domini Præpositi se devertentes, fruges suas decimales ex parte ipsorum provenientes, & fœna ipsius Præpositi ad horreum ejusdem, licet aliis annis importarunt, apportare, & introducere contumaciter recusassent, & præfati populi dictæ Ecclesiæ de Almas, quandam silvam ipsius Præposituræ, in territorio dictæ Almas existentem, in præjudicium, & despectum ejusdem Præpositi pro se potentialiter, & manu armata vendicare, & usurpare, ac usui ipsorum applicare machinarentur: cum tamen ipsa silva ad usum curiæ ipsius Præposituræ semper spectasset, & nunc pertineret omni jure. Cumque nos ipsos populos in eo requisitos habuissemus. Utrum idem Dominus Nicolaus Præpositus eos de præmissis conditionibus, & servitiis excepisset, iidem referre habuerunt, quod alii Præpositi Prædecessores ejusdem Domini Nicolai Præpositi eos de præmissis conditionibus, & servitiis extraxissent. Nos itaque una cum præfatis Prælatis & Baronibus nostris nobiscum adhærentibus, auditis præmissis propositionibus, & responsionibus ipsorum Præpositi, & populorum; quia iidem populi, & Rustici ipsius Ecclesiæ S. Martini de prædicta Almas a diu, cujus memoria in contrarium non existit, semper, ut etiam ex fassione eorundem Populorum, & Rusticorum accepimus in jam dictis conditionibus, & servitiis, & datiis per eundem Dominum Nicolaum Præpositum nobis, ut est præmissum, relatis perstitisse usque modo, nuncque de eisdem conditionibus, collectis, & servitiis resiliisse, & contra dictum Dominum eorum excessisse, ac se Civibus, & Saxonibus prædictarum XXIV. Civitatum univisse, ac colligasse, ac per hoc a dicta Ecclesia, & jurisdictione ejusdem recedere velle reperiebantur, & huc usque potissime, quia iidem populi fraudem, & infidelitatem propter adhæsionem prædictam, dictis Saxonibus factam, contra eandem Ecclesiam commisisse cernebantur, specialiter vero: quia præmissæ libertates non per ipsum olim Dominum Belam Regem; sed per quen-

(h) Seu Truncos, aut Trabes, quæ in eunte anno dari solebant. Strenualia, vel strenalia sunt universe servitia, obsequia census, munera servitutis onerosa, quæ Domino sub Exordium Anni præstari debent.

Digitized by Google

quendam Dominum Mathiam Præpoſitum dictis populis datæ colligebantur, quæ efficaciam non habere nobis ex eo apparebant: quod idem olim Dominus Bela Rex dictas conditiones, & ſervitia in ipſis literis ſuis non confirmabat; ſed ſimpliciter in iisdem tranſcribebat, non immerito iidem populi fruſtrandi præmiſſis conditionibus, & libertatibus nobis, & dictis Prælatis, & Baronibus noſtris videbantur. Ideo nos, qui ex Altiſſimi providentia verum Jus Patronatus ipſius Eccleſiæ S. Martini feliciter obtinuimus, & jura ipſius Eccleſiæ defenſare tenemur, ne memorati populi, & Ruſtici per amplius contra ipſum Præpoſitum, & ſuos ſucceſſores uſurpare præſummant, quin potius alii exemplo tali a ſimili rebellione contra Dominos eorum committenda reſipiſcant, ex decreto, ac Conſilio eorundem Prælatorum, & Baronum noſtrorum omnes libertates ipſorum populorum, & Ruſticorum de Almas, ſimul cum literis ſub quacunque forma verborum usque modo emanatis, & confectis duximus caſſandas, annullandas, & in irritum perpetuo relinquendas harum noſtrarum teſtimonio literarum, adeo, ut iidem populi, & Ruſtici de Almas præſentes, & futuri amodo, & deinceps omnes, & præmiſſas ſingulas conditiones, ſolutiones, & collectas, & aliarum dationum, & ſervitiorum, ac lignorum, nec non troncorum miniſtrationes, & ſpecialiter frugum decimalium, & fœni importationes exercere, & eidem Præpoſito, ac ſuis Succeſſoribus absque omni contradictione exhibere teneantur. Volentes, & committentes, ut ſæpedicti populi, & Ruſtici de cætero omnem obedientiam, & reverentiam eidem Domino Præpoſito, & ſuis Succeſſoribus, prout decet, Dominis ipſorum debeant exhibere, neque per amplius de ipſa ſilva de dicta Almas ſe intromittere quoquo modo præſummant verbo, vel facto, tacite, vel expreſſe, eo: quia ipſam ſilvam ad ipſam Curiam Præpoſitualem agnovimus ſemper pertinuiſſe; & in ſignum ſubjectionis, & obedientiæ per ipſos populos, & Ruſticos dicto Domino Præpoſito, & ſuis Succeſſoribus exhibendæ, jam dictos populos, & Ruſticos de ipſa Almas contra præattactum Dominum Præpoſitum conquerentes, victos, atque captos, ne de cætero ab obedientia, & ſubjectione ipſi Præpoſito, ac Succeſſoribus ſuis exhibenda audeant reſilire, fecimus ad manus ipſius Præpoſiti tradi, & aſſignari. Datum Budæ feria quinta proxima poſt feſtum B. Catharinæ Virg. & Mart. Anno Domini MCCCLXXXVIII.

Digitized by Google

XXV.

Mandatum Sigismundi Regis Hung. ad Scepuſienſes, ut Joannem Stock, a ſe nominatum agnoſcant pro Præpoſito Scepuſienſi. Datum Baſileæ Anno Domini 1433.

EX AUTOGRAPHO.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſt. ac Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex Fidelibus noſtris univerſis Plebanis, & Eccleſiarum Rectoribus, nec non Nobilibus, Civitatibus, Oppidanis, ac cæteris quibuscunque hominibus Terræ noſtræ Scepus. præſentium notitiam habituris, ſalutem, & gratiam. Quia nos Præpoſituram Eccleſiæ S. Martini Confeſſoris Scepus. nunc per mortem condam Venerabilis Georgii ipſius Eccleſiæ S. Martini ultimi, veri, immediati, & legitimi Præpoſiti nuper per ſceleratiſſimos, & perfidiſſimos Hæreticos Huſſitas præfatam terram noſtram Scep. hoſtiliter ſubintrantes, & vaſtantes, capti, & deducti (i) ac in ipſorum captivitate defuncti, de Jure, & de facto nunc vacantem, animo deliberato, & ex certa noſtra ſcientia Venerabili, & Egregio Johanni Stock Medicinæ Doctori, noſtræ Majeſtatis ſpeciali Phyſico, atque conſiliario fideli, & dilecto olim Præpoſito Collegiatæ Eccleſiæ B. Petri Apoſtoli veteris Budenſis (k) vigore aliarum literarum noſtrarum exinde confectarum, auctoritate noſtri Juris Patronatus duximus conferendam: ideo veſtræ, cujuslibet & veſtrum fidelitati firmiter præcipimus, & mandamus, quatenus memorato Johanni Stock præpoſito, & ejus jurisdictioni in omnibus licitis, & conſvetis parere, obedire, & obtemperare, nec non omnes, & ſingulos reditus, & proventus ipſi Domino præpoſito ex veſtri, ſeu veſtrum medio debitos, & provenire ſolitos eidem, vel ſuo legitimo Procuratori ſuis temporibus ſemper conſvetis, & debitis dare, & adminiſtrare debeatis, & aliud nullatenus facere præſumatis Gratiæ noſtræ ſub obtentu. Præſentibus perlectis exhibenti reſtitutis. Datum Baſileæ in feſto BB. Simonis, & Judæ Apoſtolorum Anno Domini MCDXXXIII. Regnorum noſtrorum Anno Hungar. XLVII. Romanorum XXIV. Bohemiæ XIV. Imperii vero I.

XXVI.

(i) V. Diplom. Urbis Késmark. Num. V. & notam ſub litera h. poſitam.
(k) De qua Eccleſia optime meritus eſt, & in eadem tumulo mandatus requieſcit.

Digitized by Google

XXVI.

Sigismundus Rex Hung. Joanni Stock Præpoſito Scepus. concedit poteſtatem, Eccleſiæ ſuæ dignitates bene meritis conferendi. Datum Poſony Anno Domini 1435.

EX AUTOGRAPHO.

Nos Sigismundus Dei gratia Rom. Imp. ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ &c. Rex memoriæ commendantes tenore præſentium ſignificamus, quibus expedit, univerſis: Quod nos attentis, & conſideratis conſtanti meditatione virtutibus eximiis, ſinceritate fidei, fidelibus obſequiis, excellentibusque donis ſcientiarum venerabilis Magiſtri Joannis Stock Medicinæ Doctoris, Præpoſiti Eccleſiæ S. Martini Scepus. Noſtræ Majeſtatis Phyſici; & conſiliarii fidelis dilecti, quibus idem noſtræ Majeſtati ſub diverſitate locorum, & temporum non parcendo rebus, neque perſonæ, complacere ſtuduit, ſeque gratum reddere ſemper, & acceptum; volentes ipſum uberiori noſtræ Majeſtatis dono proſequi gratioſo, eidem vigore præſentium plenariam, & omnimodam damus, & attribuimus authoritatem, ut ipſe Magiſter Joannes Stock Præpoſitus in dicta ſua Eccleſia ſcepuſienſi tamdiu, quoad ipſe ipſius Præpoſituræ fungetur titulo, & poſſeſſione, omnia, & ſingula beneficia, ac quaslibet dignitates, videlicet lectoratum, cantoratum, & cuſtodiatum, nec non canonicatus, & Præbendas, aliaque ſingula beneficia in ipſa Eccleſia S. Martini amodo in antea vacatura, authoritate noſtri Juris Patronatus, quam in eundem Magiſtrum Johannem Præpoſitum ex nunc in antea de certa noſtra ſcientia, & plenitudine poteſtatis, præſentibus transferimus, quibuscunque perſonis ad hæc idoneis, & bene meritis de quorum vita, moribus, ſcientia, & converſatione ſe tenebitur ſemper diligenti experientia mediante informare, in quo conſcientiam ſuam oneramus, maluerit conferendi, & de eisdem, ac quolibet eorum providendi, in eisdemque noſtra Regia, & ſua ordinaria authoritatibus easdem perſonas idoneas inſtituendi, & confirmandi, locaque, titulos, fructus, reditus, ac utilitates quaslibet eorundem eis, & eorum cuilibet aſſignandi, & per alios, quorum interfuerit, pleno cum effectu adminiſtrandi, & adminiſtrari faciendi mandandi, committendi, & faciendi plenam omnimodam, & liberam in effectu habeat facultatem, atque authoritatis noſtræ omnimodam poteſtatem, præſentium noſtrarum vigore literarum teſtimonio mediante. Datum Poſony octa-

Digitized by Google

va die festi Epiphaniarum Domini Anno ejusdem MCDXXXV. Regnorum nostrorum Hung. &c. XLVIII. Romanorum XXV. Bohemiæ XV. Imperii vero II.

XXVII.

Albertus Rex Hungariæ in suam protectionem recipit Joannem Stock præpositum Scepus. eumque contra adversarios jubet defendi. Datum Budæ Anno Domini 1439.

EX AUTOGRAPHO.

Albertus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hung. Bohem. Dalm. Croat. &c. Rex & Dux Austriæ &c. Fidelibus nostris Comiti, ac Vice-Comiti, & Judicibus Nobilium Comitatus Scepus. Item Magnifico Johanni de Peren Magistro Thavernicorum nostræ Majestatis salutem, & gratiam. Cum nos venerabilem Magistrum Johannem Stock Medicinæ Doctorem, Præpositum Ecclesiæ S. Martini Scepus. nostræ Majestatis Physicum, & consiliarium fidelem, dilectum, simul cum universis possessionibus, & juribus possessionariis dictæ Ecclesiæ Scepus. Nec non rebus, & bonis suis quibuslibet justis, ut puta, & legitimis in nostram Regiam receperimus protectionem, & tutelam specialem, viceque nostræ Majestatis personæ, vestræ commiserimus tuitioni. Igitur fidelitati vestræ firmiter præcipimus, & mandamus, quatenus a modo in antea annotatum Magistrum Joannem Stock in prædictis possessionibus, & juribus possessionariis, rebusque, & bonis suis quibusvis justis, ut præfertur, & legitimis contra quoslibet illegitimos impetitores, & adversarios ejus: Benedictum de Scepus, & Georgium de Marias; nec non Ladislaum de Rakoltz, qui eidem Magistro Johanni Stock Præposito diversas minas, & injurias, variaque damna, & nocumenta minus juste, & indebite intulisse asseruntur, inferreque, & irrogare machinantur in futurum, protegere, tueri, & defensare debeatis nostræ Majestatis in persona & authoritate vobis præsentibus pro hac parte specialiter attributa, & justitia mediante. Præsentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Budæ in Festo Nativitatis B. Johannis Baptistæ Anno Domini MCDXXXIX.

XXVIII.

Digitized by Google

XXVIII.

Mandatum Eliſabethæ Reginæ ad capitulum ſcepuſienſe, ut non Epiſcopo ſegnienſi, quem Wladislaus Rex pronuntiaverat Præpoſitum, ſed Joanni Stock obediat. Datum Jaurini Anno Domini 1440.

EX AUTOGRAPHO.

Eliſabeth Dei gratia Regina Hung. Dalm. Croat. &c. Auſtriæque, & Styriæ Duciſſa; nec non Marchioniſſa Moraviæ &c. Fidelibus noſtris capitulo Eccleſiæ S. Martini Scepus. ſalutem, & gratiam. Diſplicenter admodum audivimus, quod de voluntate Regis Poloniæ Epiſcopi ſegnienſis (1) Præpoſituram dictæ Eccleſiæ S. Martini, & ejusdem bona univerſa, ac dotes, venerabili Johanne Stock Præpoſito veſtro, ac hominibus ipſius abinde ejectis, & expulſis, pro ſe ipſo in ſuæ ſalutis diſpendium feciſſet occupare, occupatasque ejusdem homines præ manibus tenerent de præſenti. Et quod etiam vos ab obedientia dicti veſtri Præpoſiti valde inconſulte apoſtatando, mandatis præfati ſegnienſis Epiſcopi gaudenter, tanquam veſtro Præpoſito parere decreviſſetis, omnemque obedientiam præſtaretis eidem de Præſenti. Et quia præter id, quod prævia ex ratione a Prælato veſtro majori, Archiepiſcopo videlicet ſtrigonienſi, dignam exceſſus veſtri pœnam recipere meremini, & debeatis, noſtræ intereſt Majeſtati vos redarguere de præmiſſis. Ideo vobis ſub infidelitatis nota mandantes præſentibus committimus, quatenus illam, quam debetis, & tenemini, obedientiam non dicto ſegnienſi Epiſcopo, aut cuique alteri; ſed prælibato Domino Johanni Stock, vero veſtro Præpoſito exhibere, ſibique & ſuis hominibus in occurrendis negotiis juſtis ſcilicet, & legitimis poſſetenus ſuccurrere, auxiliumque impendere modis omnibus debeatis. Et ſecus ſub obtentu gratiæ noſtræ facere non auſuri. Datum Jaurini feria ſexta proxima poſt octavas feſti corporis Chriſti Anno ejusdem MCDXL.

(1) Erat is Joannes de Dominis, Princeps ejus legationis, quæ mortuo Alberto Rege miſſa eſt ab Hungaris in Poloniam, ut inde Wladislaum ad Sceptrum Hung. capeſſendum evocaret.

Digitized by Google

XXIX.

Bulla Eugenii IV. Papæ ad Priorem Clauſtri de Lechnicz, & Caſparum de Scepus Canonicum Strigoniens. Ut Joanni Stock Præpoſito, & capitulo Scepus. querentibus juſtitiam ex æquo adminiſtrent. Datum Romæ Anno Domini 1445.

EX AUTOGRAPHO.

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Dilectis Filiis Priori Monaſterii de Lechnicz per Priorem ſoliti gubernari Strigon. Diœceſis, & Caſpari de Scepus. Canonico Strigon. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Conqueſti ſunt nobis Johannes Stock Præpoſitus, & Capitulum Eccleſiæ B. Martini Scepus. Strigon. Diœceſis, quod Ladislaus Abbas, & conventus Monaſterii B. M. de Schevnich ordinis Ciſterci. Nobilis vir Benedictus de Gargo miles, Nicolaus Caſtellanus Caſtri Lublau, & quidam alii nobiles, & Laici dictæ Strigon. Diœceſis, ſuper quibusdam decimis, fructibus, reditibus, proventibus, juribus, auri, argenti, monetati, & non monetati, quantitatibus pecuniarum, & rebus aliis ad dictam Eccleſiam ſpectantibus, injuriantur eisdem. Ideoque diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit, appellatione remota decernatis: facientes, quod decreveritis, per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari, proviſo; ne in terras dictorum nobilium authoritate præſentium interdicti ſententias proferatis, niſi a nobis ſuper hoc mandatum receperitis ſpeciale: Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili; appellatione ceſſante, compellatis veritati teſtimonium perhibere, non obſtante, ſi eidem ordini a ſede Apoſtolica ſit indultum, quod perſonæ ipſius ordinis ad judicium trahi, aut ſuſpendi, vel excomunicare, ſeu ipſe, aut dicti ordinis loca interdici non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia Generali, v l ſpeciali cujuscunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, v l totaliter non inſertam noſtræ jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, quæ quoad hoc ipſis nolumus aliquatenus ſuffragari. Quod ſi non ambo his exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum ea nihilomi-

minus exequatur. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MCDXLV. VI. Idus Martii Pontificatus noſtri Anno XV. Arnoldus.

XXX.

Joannes Stock Præpoſitus Scepus. cum Fratre ſuo Nicolao Præpoſito veteris Budæ, dotat Altare Sanctiſſimi Corporis Chriſti in Eccleſia S. Petri-Vetero-Budenſi erectum. Dat. Anno 1450.

EX AUTOGRAPHO.

Nos Capitulum Eccleſiæ Budenſis. Ea, quæ bonorum diſponuntur ſagacitate hominum, niſi perpetuitatis accipiant fulcimentum, ut videlicet ſcripturarum patrocinio, ſigillorumque roboratione conſolidentur, longævis nequaquam temporibus valebunt perdurare. Proinde ad univerſorum notitiam, quorum intereſt, vel intererit, harum ſerie volumus pervenire: Quod venerabilis, & egregius vir D. Johannes Stock, Medicinæ Doctor, alias Præpoſitus prædictæ Eccleſiæ Budenſis, & noſter Prælatus; nunc vero Præpoſitus Collegiatæ Eccleſiæ B. Martini Confeſſoris de Scepus. coram reverendo, & egregio viro D. Nicolao Stock Artium Liberalium Magiſtro, & Decretorum Doctore, Præpoſitoque & Prælato noſtro Fratre ſuo uterino, & noſtri in præſentia perſonaliter conſtituto, ſalubre cordis ſui propoſitum haud dubie a Patre luminum, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum deſcendit, ſibi miſericorditer inſpiratum, eidem D. Nicolao noſtro Præpoſito, & nobis aperire curavit. Quomodo ipſe attendens, quam brevis, quam fragilis & cito labilis, quamque miſera, caduca, & cito tranſitoria ſit præſens vita, animoque diligenter revolvens, quod de bonis a Deo ſibi commiſſis, & tam hic tempore ſuæ prælationis a noſtra Eccleſia, quam alius Præpoſituræ, in Divini judicii examine usque ad noviſſimum quadrantem diſtrictiſſimam eſt redituras rationem: Ne igitur in illo diſtricto examine vitio ingratitudinis deprehenſus, & cum inutili ſervo reprobatus, in tenebras ejiciatur exteriores, maluit bona Domini ſui, & tanquam fidelis Diſpenſator, & prudens ad laudem, & honorem ejus liberaliter erogare. Pro eo cupiens in Eccleſia noſtra jam fata Divinum adaugere cultum, ad laudem, honorem, & reverentiam Sanctiſſimi

Cor-

Digitized by Google

Corporis Chriſti; pro Miniſterio, & Miniſtro Altaris ejusdem Sanctiſſimi Corporis Chriſti in Eccleſia noſtra fundati, & ſiti talem vellet facere diſpoſitionem, & ordinationem; imo fecit, & taliter in effectu ordinavit: Quod de dicti D. Prælati noſtri, & noſtra eſſet annuentia communiter, & diviſim pariter, & voluntate; Quod videlicet ipſe prædictum Altare vellet dotare, imo effectualiter dotavit coram nobis cum uno Molendino novo, ſuper Danubio in metis Eccleſiæ noſtræ habito, in Peſth pro centum flor. empto & una vinea ſimiliter in metis decimarum Eccleſiæ noſtræ in monte — in vicinitatibus vinearum a parte orientali altaris B. Gregorii Papæ in dicta Eccleſia noſtra fundati; a parte vero occidentali Relictæ Jacobi Kolchar dicti de veteri Buda; item tribus caſulis una de ſcarlato (m) cum omnibus ſuis attinentiis, ſeu (n) Umbralibus, Stolis, Cingulis, Albis, & Manipulis, item alia de ſerico ſtrangulata, hoc eſt diverſo colore cum omnibus ſuis attinentiis, & tertia de (o) Bakachino griſei coloris cum nigra cruce de ſenio pro defunctis, ſimiliter cum omnibus ſuis attinentiis, ſeu umbralibus, ſtolis, cingulis, albis, & manipulis; item uno calice cum patena undique deauratis, in pondere duarum marcarum, ſimul cum patena minus duobus Lottonibus; item duabus ampullis de ſtanno, & tintinabulis duobus, & uno corporali. Item inſuper ipſum altare habet unam caſulam de (p) Kamoka deaurata flavei coloris, cum cunctis ſibi attinentiis, per quondam dictum Johannem Præpoſitum eidem altari legatam. Nihilominus dixit ſe intellexiſſe: Quod quidam honorabilis vir Magiſter Diompius, Doros dictus, pridem canonicus, & confrater Eccleſiæ noſtræ prædictæ, affectus ad dictum miniſterium, & miniſtrum, ſimiliter pro eodem miniſterio, & miniſtro certam ſuam vineam in monte, ſupra Albam Eccleſiam B. V. in vicinitatibus vinearum Jacobi Folnag dicti, & Michaelis Keſztely dicti, ſimiliter civium civitatis veteris Budenſis habitam legaviſſet, de quo ipſe pridem Deo omnipotenti, & S. Petro immenſas retulit gratiarum actiones, petens dictum Prælatum noſtrum, & nos, quatenus in dotationem dicti altaris modis ſupradictis, & infraſcriptis conſentiremus, ut videlicet Magiſter, & Rector dicti Altaris haberet ipſum molendinum, & vineas prædictas: ſic tamen, quod ipſe Magiſter, & Rector Altaris locare haberet ipſum molendinum pro certa ſumma pecuniæ, ac — — ſecundum ſuam utilitatem hoc tamen modo; quod ipſe Rector Altaris, & molen-

(m) Scarlatum, Scarlata: coccus, purpurea veſtis rubei alti coloris.
(n) Umbralia: Nunc humeralia, quod humeros, vel caput Sacerdotum ad aras facturorum obumbrent.
(o) Bakachinum fortaſſe ex Hungarico Bagazia: Tela colore tincta.
(p) Kamoka vox Hungarica: Veſtis, ſeu pannus Damaſcenus.

Digitized by Google

lendinarius ſolicitam haberent curam, ne molendinum dicti Altaris ſucceſſivis perpetuis temporibus & vineæ jam dictæ deſolarentur, aut diſtraherentur. Voluit etiam, & vult, ut dictus Miniſter tribus miſſis conetur — per ſe, vel per alium — duas legendo: unam pro defunctis ſingulis ſecundis feriis; aliam de B. V. ſabbathinis diebus; tertiam vero de Copore Chriſti cantando ſingulis quartis feriis — — imponens ſemper duas collectas: unam de B. V.; & aliam de S. Joanne Baptiſta. Voluit etiam, & vult, ut per Capitulum Eccleſiæ noſtræ ſucceſſivis temporibus de capitulo noſtro aliquis ſacerdos actu, bonus — — intendens ad dictum miniſterium eligatur, qui dicto miniſterio, & officio præeſſe poſſit curam ſolicitam habendo, ne molendinum, aut vineæ — ſibi; & Germano prædicto Domino noſtro Præpoſito jam fato, dum inhumanis ambo agerent, aut alter ipſorum ageret, collationem dicti Altaris reſervando; ipſis autem ab hoc ſæculo nequam migrantibus, placuit dicto D. Præpoſito Scepuſ. & Prælato noſtro prædicto, ut collatio dicti Altaris ad nos capitulum Eccleſiæ Budenſis prædictæ devolveretur, modo, quo ſupra; ut videlicet eligatur ſacerdos bonus, & honeſtus de Capitulo noſtro, qui Præpoſito, pro tempore conſtituto, ad ſuſcipiendum dictum Altare cum ſuis emolumentis per nos capitulum præſentetur. Ut omnia, prout narrata ſunt, debitis peragantur modis, & forma ob animarum dicti D. Præpoſiti Scepus. Prælatique noſtri, ac noſtrarum ſalutem petivit nos communiter, & diviſim dictus D. noſter Prælatus, cum Germano ſuo Præpoſito Scepus. ſucceſſoresque noſtros, ut onus proviſionis, & curam prædicti Miniſterii, & Miniſtri, ut hoc in perpetuum durare poſſit, ſuſciperemus, quod fecimus, & facimus per præſentes: promittentes nos, & noſtros ſucceſſores omnem velle ad laudem Dei, & Sanctiſſimi Corporis Chriſti facere diligentiam cum poſſe, prout tenemur, & ſuſcepimus. Nos vero attendentes, prædictam petitionem, ac fundationem eſſe, Altiſſimo volente, laudandam, dignamque omni recommendatione, de Prælati noſtri prædicti conſilio, & Authoritate, noſtroque conſenſu in dictam conſenſimus dicti Altaris per præſentes dotationem, aſſumpſimusque omnia, & ſingula per nos, ſucceſſoresque noſtros, Domino cooperante, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei perficere, & conſummare. In teſtimonium igitur, & firmitatem omnium præmiſſorum præſentes literas noſtras Prælati noſtri prædicti, ac ipſius D. Præpoſiti Scepus. ſigillo fecimus communiri. Datum feria ſexta proxima ante feſtum B. Anthonii Confeſſoris Anno Domini MCDL. (q)

XXXI.

(q) In adverſa Tabularum parte leguntur hæc adſcripta; rogat precibus intimis introſcriptus. D. Joannes Stock cum Germano ſuo, pariter introſcripto, Venerabiles Patres ſucceſſores ſuos, Præpoſitos Eccleſiæ B. Martini Confeſſoris de Scepus

XXXI.

Mathias Rex Hungariæ confirmat Joanni Stock Præpoſito Scepus. jura, & beneficia a prioribus Regibus conceſſa. Datum Budæ Anno Domini 1458.

EX AUTOGRAPHO.

Nos Mathias Dei gratia Rex Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. notum facimus tenore præſentium, quibus expedit, Univerſis: Quod, quia nonnullorum fidelium noſtrorum, Prælatorum ſcilicet, & Baronum, Regni noſtri relatione veridica didicimus; quod fidelis noſter venerabilis vir D. Johannes Stock, Medicinæ Doctor, Præpoſitus Collegiatæ Eccleſiæ B. Martini Epiſcopi, & Confeſſoris Scepus. a tempore juventutis ſuæ ſemper in curiis Prædeceſſorum noſtrorum Regum Hungariæ laudabiliter verſatus eſt; a quibus etiam hujusmodi Præpoſituram dignis ſuis promeritis accipere fuit idoneus, & huic Regno, & Sacræ Coronæ ejusdem Regni noſtri hactenus ſemper fideliter ſervivit; ideo his conſideratis, volentes & nos ſibi Regium noſtrum oſtendere favorem animo deliberato, & ex certa ſcientia noſtra, Prælatorumque, & Baronum, ac Regnicolarum noſtrorum ad id accedente, conſilio præmaturo, eundem D. Joannem Stock Præpoſitum dictæ Eccleſiæ Scepus. infra tempora vitæ ſuæ in eadem Præpoſitura ſua, ac Jure Patronatus Regalis conferendi omnia beneficia in dicta Eccleſia ſua, & diſponendi de eisdem per dictos Prædeceſſores noſtros ſibi, ut dicitur, gratioſe conceſſo, item omnibus aliis juribus, jurisdictionibus, libertatibus, & libertatum prærogativis, nec non poſſeſſionibus, proventibus, & emolumentis, ac omnibus bonis temporalibus dictæ Præpoſituræ ſuæ, ex ſpeciali noſtra gratia conſervare, & manu tenere decre-

pus & venerabile capitulum ejusdem Eccleſiæ, quatenus intuitu omnipotentis Dei, B. Petri Apoſtoli, & S. Martini ſucceſſivis temporibus velint habere reſpectum, & conſiderationem ob ſalutem animarum ipſius Fundatoris, Germani ſui, & ſuarum, ut omnia introſcripta debite, prout hic continentur, peragantur, & compleantur ad laudem, & honorem Sanctiſſimi Corporis Chriſti per præſens ſcriptum manu ſua propria, nempe ipſius fundatoris & Dotatoris conſcriptum dat plenam facultatem Præpoſito, & Capitulo Scepus. monendi, & ſollicitandi dictum Capitulum Budenſe, & Miniſtrum, ac Rectorem intro ſcripti Sanctiſſimi Corporis Altaris, ut ea, quæ intro ſcripta ſunt, plene, & integre perficiantur, & compleantur per eos, quorum intereſt, ad laudem Dei Amen.

Digitized by Google

crevimus, conſtituimus, & permiſimus, imo decernimus, conſtituimus, & permittimus: aliis noſtris literis harum in contrarium cuipiam, ſeu pro quorumcunque parte datis, vel dandis non obſtantibus quibuscunque; harum literarum noſtrarum vigore, & teſtimonio mediante. Datum Budæ in vigilia feſti B. Jacobi Apoſtoli Anno Domini MCDLVIII.

XXXII.

Literæ ejusdem Regis in eadem materia ad Magnificum Sebaſtianum de Rozgon. Datum ibidem Anno eodem.

EX AUTOGRAPHO.

Nos Mathias Dei gratia Rex Hungariæ &c. fideli noſtro dilecto, magnifico Sebaſtiano de Rozgon, Magiſtro Agazonum noſtrorum, & Capitaneo Gentium noſtrarum ſalutem, & gratiam: Quia nos de conſilio Prælatorum, ac Baronum noſtrorum, fidelem noſtrum venerabilem Dominum Johannem Stock, Doctorem Medicinæ, Præpoſitum Eccleſiæ Scepus. qui a tempore juventutis ſuæ ſemper in hoc Regno noſtro, & curiis Prædeceſſorum noſtrorum ſemper verſatus fuiſſe, Regnoque, & coronæ ſemper fideliter ſerviviſſe multorum noſtrorum fidelium teſtimonio perhibetur, in ſua Præpoſitura, & etiam jure Patronatus conferendi beneficia in Eccleſia ſua, per Prædeceſſores noſtros, ut dicitur, ſibi conceſſo, ac omnibus bonis ejusdem Præpoſituræ ſuæ in vita ſua conſervare, & manutenere decrevimus prout videbitur ex aliis literis noſtris: nam nos virum illum utilem ſervitiis, etiam noſtris ſatis aptum intelleximus. Ideo fidelitatem veſtram requirimus, vobisque committimus, ita omnino habere volentes; quatenus ipſum Johannem Præpoſitum in dicta Præpoſitura, & jure Patronatus, quo ipſe hactenus in collationibus beneficiorum in curia ſua uſus eſſe dicitur, impedire nolitis, nec intromittatis vos de collationibus aliquorum beneficiorum in cauſa illa, quin potius eundem Johannem Præpoſitum in eadem Præpoſitura, ac juribus ſuis protegatis, authoritate noſtra mediante. Secus non facturi. Præſentibus perlectis exhibenti reſtitutis. Datum Budæ in vigilia feſti B. Jacobi Apoſtoli Anno Domini MCDLVIII.

Digitized by Google

XXXIII.

Dionyſius de Szech Card. & Archiepiſcopus Strigonienſ. confirmat Caſparem Back, ab Mathia Rege nominatum Præpoſitum Scepuſ. Datum Strigonii Anno Domini 1464.

EX APOGRAPHO.

Dionyſius miſeratione Divina Tit. S. Cyriaci in Thermis S. R. E. Preſbyter Cardinalis Archiepiſcopus Strigon. Locique ejusdem Comes perpetuus, Primas, & Apoſtolicæ Sedis Legatus Natus, ac in Regno Hungariæ ejusdem Sedis Legatus de latere, dilecto nobis in Chriſto, Venerabili Caſpari Back, Clerico Cſanadienſis Diœceſis ſalutem, & Paternam in Domino benedictionem. Inter varias ſolicitudines, quibus aſſidue premimur, illa potiſſimum pulſat, & excitat mentem noſtram, ut ſtatus Eccleſiarum omnium, noſtræ curæ divina providentia commiſſarum ſpiritualium, & temporalium augeatur incrementis, illisque, quæ ſuis deſtitutæ Paſtoribus, viduitatis ſuæ incommoda deplorare noſcuntur, tales Miniſtros præficere ſtudeamus, per quorum Regimen Eccleſiæ ipſæ juſte, utiliter, & ſalubriter valeant gubernari. Nuper ſiquidem Præpoſitura Collegiatæ Eccleſiæ B. Martini Epiſcopi & Conf. de Scepus. Noſtræ Strigon. Diœceſis, per obitum quondam Venerabilis Domini Johannis Stock, ejusdem Eccleſiæ ultimi, veri, & immediati Præpoſiti, ſeu poſſeſſoris de jure, & de facto vacans, nos ad perſonam tuam, exigentibus probitatum, & virtutum tuarum meritis, habentes benevolum, & gratioſum reſpectum, & tanquam perſonam bene meritam ad nominationem, & præſentationem Sereniſſimi Principis, & Domini noſtri Mathiæ Regis Hungariæ &c. de te nobis factas, de quibus quidem nominatione, & præſentatione nobis per literas ejusdem Domini Mathiæ Regis per te nobis in ſpecie exhibitas, legitime conſtitit, in præfatam Præpoſituram S. Martini de dicta Scepus, authoritate noſtra ordinaria inſtituimus, & confirmamus per præſentes inveſtiendo te per Bireti capiti tuo impoſitionem præſentialiter, ac plenam curam, & omnimodam adminiſtrationem Jurium tam ſpiritualium, quam corporalium ejusdem Præpoſituræ tibi plenarie committentes; recepto tamen prius a te Caſpare corporali juramento, ad Sancta DEI Evangelia in manibus noſtris præſtito de fidelitate, obedientia, & reverentia nobis, Succeſſoribusque noſtris, canonice intrantibus, per te, prout decet, & expedit, impendendis, & exhibendis, &

quod

Digitized by Google

quod bona, jura, & res Præpoſituræ non alienabis, neque diſſipabis, ſeu diſtrahes; ſed ſi quæ alienata, & diſtracta forent, ad jus, & proprietatem ipſius Præpoſituræ repetes, recuperabis pro tuo poſſe. Quocirca vobis honorabilibus, & circumſpectis Viris Dominis Lectori, Cantori, Cuſtodi, ſingulisque Canonicis, & Capitulo Eccleſiæ S. Martini præfatæ, in Virtute S. Obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna firmiter præcipientes committimus, & mandamus, quatenus receptis præſentibus dum, & quando per præfatum Dominum Caſparem Præpoſitum, aut ejus legitimum Procuratorem requiſiti fueritis, eundem, aut ſuum Procuratorem in realem, corporalem, & actualem Poſſeſſionem dictæ Præpoſituræ recipere, & aſſummere, & ſervandis ſervatis introducere, introductumque tanquam veſtrum verum Prælatum venerari & revereri, eidemque in omnibus licitis, & conſuetis obedire, ſtalloque ſibi in choro cum plenitudine Juris Præpoſituræ aſſignato, de univerſis fructibus, reditibus, obventionibus, proventibus, & emolumentis ejusdem Præpoſituræ eidem plene cum effectu reſpondere, & per hos quorum interereſt, intereſt, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, quantum in vobis erit reſponderi facere debeatis locis, & temporibus ſemper opportunis. In quorum omnium, & ſingulorum efficax teſtimonium præſentes literas noſtras confirmatorias exinde fieri, noſtrique Sigilli annularis appreſſione juſſimus communiri. Datum Strigonii in feſto B. Stephani Regis Anno Domini MCDLXIV. Præſentibus ibidem Reverendiſſimo in Chriſto Patre, Venerabilibus Dominis: Simone Archiepiſcopo Antibarenſi, (r) & Nicolao Eccleſiæ Strigon. ac Ambroſio Eccleſiæ S. Stephani Protomartyris, de Caſtro Strigon. Præpoſitis, & Canonicis Eccleſiæ Strigon. Joannes Szasz de Koloſvár Notarius.

(a) Antibarum Urbs Dalmatiæ, Bario Neapolitano oppoſita.

Digitized by Google

XXXIV.

Joannes Archiepiſcopus Strigon. concedit facultatem conſervandi Sacellum in Præpoſitura Scepus. Datum Strigonii Anno Domini 1466.

EX AUTOGRAPHO.

Joannes miſeratione Divina Archiepiſcopus Strigon. Locique ejusdem Comes Perpetuus, Primas Hungariæ, & Apoſtolicæ Sedis Legatus Natus, Dilecto nobis in Chriſto, Venerabili Domino Caſpari Back, Præpoſito Eccleſiæ S. Martini de Scepus, noſtræ Strigon. Diœceſis, ſalutem in Domino benedictione cum paterna. Ut liceat tibi Capellam, in Curia Præpoſituræ tuæ fundatam, per Suffraganeum Eccleſiæ Agrienſis, aut alium, quem malueris, Antiſtitem Catholicum facere conſecrari, tibi, & illi ſuffraganeo, aut Antiſtiti Catholico, quem elegeris, ſi, & in quantum ipſa Capella tecto, & oſtiis bene munita eſt, tenore præſentium concedimus poteſtatis facultatem. Datum Strigonii XXVI. die Menſis Aprilis Anno Domini MCDLXVI.

XXXV.

Mandatum Mathiæ Regis Hung. ad Conventum Jaſzovienſem, ut in reos cædis Magiſtri Jacobi de Ganfalva, Canonici Scepuſ. inquirat. Datum Budæ A. 1470.

EX AUTOGRAPHO.

Mathias Dei gratia Rex Hung. Bohem. &c. Fidelibus noſtris, Conventui Eccleſiæ de Jaszo ſalutem, & gratiam. In perſonis honorabilium Dominorum Præpoſiti, & Capituli Eccleſiæ Scepus. nobis, ac fidelibus noſtris Conſiliariis, & Præſidentibus in præſenti abſentia noſtra Budæ conſtitutis, exponitur gravi cum querela: Quod, cum pridem videlicet circa feſtum B. Gregogo-

Digitized by Google

gorii Papæ proxime præteritum, egregii Stephanus, Simon, Nicolaus, & Joannes — — juxta continentiam aliarum literarum noſtrarum præceptoriarum, quendam honorabilem Magiſtrum Jacobum de Ganfalva, Socium, & Canonicum ipſorum ad reſtatutionem cujusdam poſſeſſionis, Hanusfalva vocatæ, nec non pertinentiarum ejusdem, e medio ipſorum Exponentium pro teſtimonio adduxiſſent, idemque quondam Magiſter Jacobus poſt hujusmodi reſtatutionem pro præfatis Stephano, Simone, Nicolao, & Joanne — contra, & adverſus Ladislaum, & Joannem de Sebeſs vigore prædictarum literarum noſtrarum factam, per eosdem Stephanum, Simonem, Nicolaum, & Joannem — ad proprias domum, & habitationem ipſorum — — habitas, ductus fuiſſet, tunc iidem Stephanus, Simon, Nicolaus, & Joannes — excogitata quadam inaudibili doloſitate, & pernitioſa iniquitate præfatum quondam Magiſtrum Jacobum in executione hujusmodi mandati noſtri, ut præmiſſum eſt, laborantem, & conſtitutum ibidem in diſpendium animarum ipſorum manifeſtum, crudeliter occidiſſent, & ex tunc morti tradidiſſent, aſſerentesque ex poſt hoc facinus impium ſub quadam verſutæ iniquitatis nebula per præfatos Ladislaum, & Joannem de Sebeſs taliter commiſſum extitiſſe: Quod, dum quondam Magiſter Jacobus tempore reſtatutionis prætactæ poſſeſſionis Hanusfalva per homines, & familiares prædictorum Ladislai, & Joannis de Sebeſs dire, & acriter cœſus extitiſſet, & ex hujusmodi verberibus tandem idem Magiſter Jacobus vita temporali privatus fuiſſet: cum tamen noviſſime iidem Stephanus, Simon, Nicolaus, & Joannes — — cum præfatis Ladislao, & Joanne de Sebeſs, facta inter nos quadam ſolutione perennali, clandeſtine concordaſſent, & per hoc prætactam interemptionem dicti quondam Magiſtri Jacobi repudiaſſent, & fruſtra reliquiſſent in eorundem Præpoſiti, & Capituli præjudicium, diſpendiumque, & vitæ exterminium dicti quondam Magiſtri Jacobi manifeſtum. Hac itaque quærimonia porrecta nominibus, & in perſonis præfatorum Præpoſiti, & Capituli noſtræ Majeſtati; ac præſcriptis conſiliariis, & Præſidentibus noſtris humiliter extitit ſupplicatum, ut eisdem ſuperinde de remedio dignaremur providere opportuno. Unde nos his auditis, & intellectis, cum eisdemque Conſiliariis, & Præſidentibus noſtris mature ſuperinde tractantes, quia hoc commiſſum malum, & actus nefandiſſimus, ſi per præfatos Stephanum, Simonem, Nicolaum, & Joannem — eo modo, prout nobis repræſentatur, patrati ſunt, iidem juxta dicti Regni noſtri antiquam, laudabilemque legem, & conſuetudinem notam perpetuæ infidelitatis incurrere dignoſcuntur. Cauſæ autem factum hujusmodi notæ infidelitatis concernentes; brevi tamen, evocatione mediante, per noſtram majeſtatem judicari ſolent, & diſcerni pro eo fidelitati veſtræ firmiter præcipientes mandamus, quatenus veſtrum mittatis hominem pro teſtimonio fide dignum &c. Datum Budæ Sab-

bato

Digitized by Google

ſtunt, exercendo; præfati quoque Capitulum, Clerus, & populus dictum Præpoſitum duntaxat in eorum Dominum, & Superiorem immediatum recognoſcunt. Nos igitur tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut tu, qui, ut aſſeris, de Nobili ex utroque Parente procreatus exiſtis, & Succeſſores tui Præpoſiti prædictæ Eccleſiæ, qui pro tempore erunt, pro majori eorum honore, ac reverentia, dictæque Eccleſiæ venuſtate, & decore in præfata Eccleſia, & extra eam in quibuscunque locis, in quibus ipſe Præpoſitus pro tempore exiſtens, jurisdictione prædicta uti conſuevit, mitra etiam auriphrygiata, ſeu Margaritis, & lapidibus pretioſis decorata, ac baculo Paſtorali, & aliis Pontificalibus inſigniis, quoties tibi, & aliis placuerit, libere uti, nec non in prædicta, & quibusvis aliis Eccleſiis dicti Comitatus tibi, & Eccleſiæ prædictæ S. Martini ſubjectis, quamvis etiam pleno jure non ſubeſſent, benedictionem ſolennem poſt Miſſarum, Veſperarum, & Matutinarum ſolemnia, dummodo in benedictione hujusmodi aliquis Antiſtes, vel Sedis Apoſtolicæ Legatus præſens non ſit, & tam in Comitatu prædicto, quam extra illum ubique locorum Rochettum album geſtare poſſitis, felicis recordationis Alexandri Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri, qui incipit: Abbates, & aliis quibuscunque Conſtitutionibus Apoſtolicis in contrarium editis nequaquam obſtantibus, tibi, & eisdem Succeſſoribus tuis, ac præfatæ Eccleſiæ Authoritate Apoſtolica de ſpeciali gratia tenore præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, noverit ſe incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MCDLXXII. XI. Kalend. Decembr. Pontificatus noſtri Anno II.

S. de Spada.

XXXVII.

Collegiata Eccleſia S. Martini de Scepus. poſtquam ampliata, & perfecta eſt, denuo conſecratur per Ladislaum de Syroka ſuffraganeum Epiſcopi Agrienſis. Anno Domini 1478.

EX APOGRAPHO.

In Nomine Domini Amen. Omnibus Chriſti fidelibus præſentibus pariter, & futuris, præſentium notitiam habituris, Capitulum Eccleſiæ B. Martini

Digitized by Google

Miſſam ſuam in eadem Urbe in die SS. Criſpini, & Criſpiniani Martyrum feliciter celebravit, ibidem in eadem Curia Romana per certa tempora reſidens, a ſanctiſſimo in Chriſto Patre & DD. Sixto Divina Providentia Papa IV. pro tunc prædictam Romanam Eccleſiam laudabiliter gubernante impetravit, ut Eccleſia S. Martini prædicta Infula Pontificali, & baculo Paſtorali decoraretur; prout in Privilegio ejusdem Eccleſiæ plenius continetur. (s) Rurſus, & iterum præfatus Reverendus, & Egregius Dominus Gaſpar Decretorum Doctor, Præpoſitus dictam fabricam interim cum jam continuaſſet, ut totum ædificium ſub tecturam veniſſet, tunc inſtigante Diabolo, omnis boni operis inimico, theſaurus ille quondam Venerabilis Viri Domini Johannis Stock Præpoſiti felicis memoriæ, quo eadem fabrica perfici potuiſſet, heu proh dolor! flebile, & lamentabile memorari! per poteſtatem ſæcularem omnino ablatus extitit; dicta vero fabrica cum defectu Boltharum, ſeu Teſtudinum; nec non & feneſtrarum ſub tectura omni permanebat. Porro prælibatus Reverendus Dominus Gaſpar Decretorum Doctor Præpoſitus propitiante Deo Omnipotente, & juvamine S. Martini glorioſi Patroni dictæ Eccleſiæ, volens dictam fabricam continuare, de conſilio, & voluntate DD. Canonicorum, prudenti, & ſalubri fretus auxilio, ad Capitulum, nec non univerſum, & totum clerum in, & ſub jurisdictione Eccleſiæ prædictæ S. Martini exiſtentem, more alias conſueto, ut in Privilegio Eccleſiæ continetur, caritativum ſubſidium impoſuit, exindeque tanta ſumma pecuniarum fuerat congregata, nec non cæteri boni Viri ſpirituales, & ſæculares dictam Eccleſiam certis ſummis, & peccuniarum quantitatibus condonarant, ut ſæpe nominata Eccleſia in ſuis ſtructuris, & fabricis per præfatum Reverendum Dominum Gaſparem Præpoſitum prætactæ Eccleſiæ S. Martini, Anno Domini MCDLXXVIII. feliciter fuerat conſummata. Poſtremo idem D. Gaſpar Præpoſitus, vocato Reverendo in Chriſto Patre, Domino Ladislao de Syroka (t) Epiſcopo Neopolienſi, Gubernatore Præpoſituræ de Mysle, & Canonico Eccleſiæ Agrienſis, Suffraganeoque in Pontificalibus ejusdem Eccleſiæ Agrienſ. Reverendiſſimi in Chriſto Patris, & D. D. Gabrielis Divina miſeratione Epiſcopi Agrienſ. ac Sacro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyt. Cardinalis Tit. SS. Sergy, & Bachi, authoritate, & Literatoria Commiſſione in Anno Domini MCDLXXVIII. Dominica die in die

(s) Vide Inſtrumentum præcedens.

(t) Nullus hodie, quod ſciam, ſupereſt ex Familia Syroka. Oriunda erat de Claro, vetuſtoque genere Petench, cui Berthoty quoque, Hedry, Frichy, & Viteſzy natales ſuos debent; late rerum potiti, qua Scepuſiæ Alpes, quas vulgus Bramisko vocat, in Saroſienſem Provinciam deſinunt.

Digitized by Google

SS. Criſpini, & Criſpiniani Martyrum (u) prædictam Eccleſiam reconſecrari fecit, nec non omnia Altaria in eadem Eccleſia, quæ dedicatione indigebant, propter novam erectionem, ſimili modo conſecrari, & dedicari fecit, præſentibus ibidem Reverendo in Chriſto Patre Domino Gaſpare Præpoſito, & Prælato prædictæ Eccleſiæ S. Martini; nec non Venerabilibus, ac Honorabilibus Viris DD. Nicolao de Szent-Miklos Lectore, Valentino de Zagrabia Cantore, Joanne Brebeſs de Vratislavia, altero Joanne de Hymesd, Michaele de Keresztur, Andrea de Várallya, altero Andrea de Septem-Titulis, Caſpare de Caſſovia, Auguſtino de eadem Caſſovia, Martino de Liszka, Thoma de Bathor, & Simone de Gergew, Canonicis prælibatæ Eccleſiæ S. Martini, tunc Eccleſiam Dei, & S. Martini feliciter gubernantibus, & aliis bonis Viris Spiritualibus, & Sæcularibus ad prædictam ſolemnitatem reconſecrationis venientibus, vocatis, & rogatis. Altaria vero in eadem Eccleſia erecta, & conſtructa: Primum, & magnum Altare in Choro, ad honorem Dei Omnipotentis, & intemeratæ Genitricis Chriſti; nec non in nomen, & memoriam SS. Martini Confeſſoris, & Pontificis; altare aliud majus inter ſtalla in latere Eccleſiæ ad Aquilonem in nomen, & memoriam S. Mariæ; altare retro ſtallum Præpoſituale in nomen, & memoriam S. Crucis; altare majus ad Meridiem in latere Eccleſiæ in nomen, & memoriam SS. Joannis Baptiſtæ, & trium Regum Gaſparis, Melchioris, & Balthaſaris altare, quod eſt penes murum in eodem latere deſcendendo, in nomen, & memoriam BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum; aliud altare ibidem deſcendendo penes columnam eſt in nomen, & memoriam B. Michaelis Archangeli, & omnium Fidelium Defunctorum; altare ſub turri verſus Meridiem in nomen, & memoriam S. Bartholomæi Apoſtoli, aliud altare ſub alia Turri verſus Aquilonem in nomen, & memoriam S. Laurentii Martyris; altare ibidem aſcendendo verſus aram S. M. V. penes columnam eſt in honorem S. S. Urſulæ, Catharinæ, Dorotheæ, nec non omnium Virginum; altare ibidem adhuc penes columnam aliam ex oppoſito portæ Eccleſiæ verſus Aquilonem, eſt in nomen, & memoriam SS. Regum Stephani, Emerici, & Ladislai, nec non omnium Confeſſorum; Altare, quod eſt ſuperius in Cancello inter duas Turres, eſt in nomen, & memoriam Sanctæ & individuæ Trinitatis prædictæ, eodem die, & aliis diebus ſequentibus feliciter dedicata extiterunt. Dedicatio autem ejusdem Eccleſiæ S. Martini ſemper celebratur in æſtate, in Dominica proxima poſt feſtum S. Margarethæ Virg. & Martyris. Stalla vero Canonicorum, in choro exiſtentia, ſunt ordi-

(u) Occurrit eorum memoria in faſtis Romanis ad diem 25. Octobris.

Digitized by Google

dinata de Teſtamento Venerabilis quondam Viri D. Thomæ de Kesmark Lectoris, & Canonici prædictæ Eccleſiæ S. Martini de Scepus. pluraque alia bona per eundem dictæ Eccleſiæ legata ſunt pariter, & ordinata. Quamobrem rogamus, & obſecramus in Domino Jeſu Chriſto, ut univerſi, & ſinguli qui ſub jurisdictione & protectione Eccleſiæ prædictæ conſiſtunt, & ſignanter, qui utuntur fructibus, & emolumentis Eccleſiæ præfatæ, quibus memoria præfatorum Benefactorum nota extiterit, & per præſentem paginam ad eorum notitiam venerit, pro refrigerio animarum ipſorum humiles, ac devotas orationes velint profundere, Deoque omnipotenti immenſas laudes, & gratiarum actiones velint referre, qui cuncta creavit, & per quem omnis boni operis initium, & finis tribuitur, qui ſuam Eccleſiam ad honorem Sanctiſſimi Martini conſtructam, & erectam taliter fine bono conſummari fecit, qui vivit & regnat per infinita Sæcula Sæculorum Amen. Datum per manus præfati Venerabilis Viri D. Nicolai de Szent-Mikloſz pro nunc Lectoris, & Canonici prænominatæ Eccleſiæ S. Martini feria ſexta proxima poſt feſtum Sanctorum Criſpini, & Criſpiniani Martyrum. Anno Domini MCDLXXVIII.

XXXVIII.

Hyppolitus Eſtenſis Cardinalis Strigon. Georgium de Mekche confirmat in Præpoſitura Scepuſienſi. Datum Strigonii Anno Domini 1494.

EX APOGRAPHO.

Hyppolitus Eſten miſeratione Divina Sacræ Romanæ Eccleſiæ S. Luciæ in ſilice Diaconus, Cardinalis Strigon. Locique ejusdem Comes Perpetuus, Primas Hungariæ, & Apoſtolicæ Sedis Legatus Natus &c. Dilecto nobis in Chriſto Venerabilli Magiſtro Georgio de Mekche, Præpoſito Montis Eccleſiæ S. Martini in Scepus. Salutem in Domino ſempiternam. Cum per Spectabilem, & Magnificum Dominum Stephanum de Zapolya Comitem Scepuſienſ. ac Regni Hungariæ Palatinum, qui Præpoſituræ Eccleſiæ Montis S. Martini præfati Jus Patronatus ad ſe pertinere aſſeruit, ad eandem Præpoſituram nunc liberam, & vacantem per obitum quondam Venerabilis Gaſparis dictæ Præpoſituræ, dum viveret, Præpoſiti, nuper vita functi, fueris electus, nobisque literatorie præſentatis, & per præfatum Spectabilem, & Magnificum

Dominum Stephanum nobis ſupplicatum eſt literis, quatenus præſentationem hujusmodi recipere, & admittere dignaremur. Nos, qui te ad Præpoſituræ ipſius adminiſtrationem obtinendam ſufficientem, & idoneum eſſe comperimus, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, te abſentem, tanquam præſentem, in Adminiſtratorem Legitimum dictæ Præpoſituræ, ut præmittitur, vacantis authoritate noſtra ordinaria, ac etiam authoritate Legationis noſtræ conſtituimus, illamque tibi abſenti tanquam præſenti, cum omnibus utilitatibus, & pertinentiis ſuis conferimus, & aſſignamus, ac providemus etiam de eadem, ac Honorabilem Dominum Nicolaum de Poſga, Rectorem Capellæ Sacratiſſimi Corporis Chriſti, & Canonicum Eccleſiæ noſtræ Strigonienſ. Procuratorem tuum, & tuo nomine agentem, & acceptantem coram nobis propter hoc perſonaliter conſtitutum, in corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi Præpoſituræ, juriumque, & pertinentiarum prædictarum per annuli noſtri traditionem inducimus, & inveſtimus de eadem: recepto per nos a fato D. Nicolao Procuratore tuo in perſona, & nomine, quod nobis, & Succeſſoribus noſtris Archiepiſcopis fidelis, & obediens eris, ac Sanctæ Matri Eccleſiæ, noſtrisque, & Succeſſorum noſtrorum Archiepiſcoporum debitis parebis mandatis, eidemque Eccleſiæ ratione Præpoſituræ in Spiritualibus, & temporalibus laudabiliter deſervies, & deſerviri facies, jura, & libertates ipſius præpoſituræ, tam in Spiritualibus, quam in temporalibus manutenebis, & pro poſſe defendes, atque de his, quæ ad dictam Præpoſituram pertinent, & pertinere poterunt, in poſterum nihil alienabis; imo alienata, ſi quæ fuerint, ad jus, & proprietatem ipſius Præpoſituræ receptive reduces, & reduci procurabis, bona fide ad Sancta Dei Evangelia corporali præſtito juramento. Quocirca vobis univerſis, & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis, Tabellionibus, & Notariis publicis Noſtrarum Civitatum, Dicœceſium, ac Provinciæ, qui ſuper hoc per præfatum Venerabilem Magiſtrum Georgium de Mekche, vel Procuratorem ſuum fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, tenore præſentium damus in Mandatis; ut ad dictam Præpoſituram accedatis, ſeu accedat, & præfatum Venerabilem Magiſtrum Georgium Præpoſitum, vel Procuratorem ſuum, & pro eo ad corporalem, realem, & actualem Poſſeſſionem dictæ Præpoſituræ, Juriumque, & pertinentiarum prædictarum recipi faciatis, & quemlibet detentorem ab ea amoveatis, ſibique de ipſius Præpoſituræ fructibus, reditibus, proventibus, Juribus, & obventionibus univerſis integre aſſignari faciatis, Contradictores authoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum præſentes literas hujusmodi collationem, & proviſionem noſtram in ſe continentes, exinde fieri mandavimus, noſtrique ſoliti Sigilli juſſimus, & fecimus impreſſione communiri. Datum, & actum in caſtro noſtro Strigon. die quarta Julii Anno Domini MCDXCIV. Præſenti-

Digitized by Google

tibus venerabili Thaddeo de Lardis Archidiacono Gömörienſi, & canonico noſtro, & Magiſtro Alberto, Pictore Florentino, teſtibus ad præmiſſa vocatis, & rogatis.

XXXIX.

Fragmentum Supremæ voluntatis Georgii Lewdeschit cantoris, & canonici Eccleſiæ S. Martini de Scepuſio. Anno circiter 1496. (v)

EX APOGRAPHO.

Teſtamentum, & ultima voluntas Egregii D. Georgii Lewdeſchit, cantoris hujus Eccleſiæ S. Martini &c. Primo animam meam commendo Deo omnipotenti, ac ſuæ Genitrici V. M. Item Domino meo Domino Reverendo lego unum coclear deauratum, tanquam Domino gratioſo. Item pro fabrica Eccleſiæ S. Martini lego omnes equos meos, & omne triticum, & filiginem, ac etiam hordeum, & avenam totaliter, ac etiam octodecim flor. Item etiam totalem ſeminaturam tam in terris meis ſeminatam, quam Domini cuſtodis. Item capitulo lego duo media vaſa vini. Item D. Stephano canonico lego unum coclear, quod mihi Dominus Præpoſitus predefunctus miſit in Teſtamento. Item D. Andreæ de Zalok canonico lego tunicam meam brunaticam (x) cum mardurinis ſubductam, & 15. flor. Domino Andreæ unum biretum; Magiſtro Gaſpari unum biretum, Magiſtro Martino unum biretum, Magiſtro Chriſtophoro ſimiliter unum biretum. Item capellanis chori lego cuilibet unum coclear, & 24. flor. pro Triceſimis (y) illi recipiantur ex vinis, quæ vendi-

(v) Tabulæ hæ, fateor perparum continent, quod ad illuſtrandum Scepuſium faceret; eas tamen apponere viſum eſt, ut ne quid diſſimularem, illorum exemplo, quos exſcribere non piget vel minima monumenta, e quibus priſca ſimplicitas, vetuſtusque candor legi poſſit.

(x) Brunaticam ex Germanico Braum, ſeu punicei coloris. Mardurinæ autem videntur eſſe pelliculæ Martis, animalis ex muſtellarum ſpecie, Hungaris Nyuſzt, vel neſt, Slavis kuna. De quo Ulyſſes Aldrovandus Lib. XI. pag. 331. Recentiores hoc animal Martem vocant; & licet hoc nomen Hiſpanicum ſit proprie; tamen nonnullis Italis, Gallis, Germanis Marta, Marturo, Martaro & Martorello dicitur; Bononienſibus Pellionibus Martire, Anglis Marter, Gallis Mardre.

(y) Triceſimæ defunctorum dictæ ſunt, a continuis triginta diebus, quibus pro mortuo ſacrificia, & preces fiebant. Mos hic alibi obſoletus, hodiedum obtinet apud

di debent. Item Eccleſiæ S. Jacobi in Leutzau lego 12. floren. quos ſimiliter recipiant de vinis. Item capellanis in Filka lego 10. flor. ut canant decem Triceſimas pro me, & D. Rosnaver, quos dabit Petrus Plebanus in Poprad. Item Capellanis in Poprad lego pro Triceſimis quatuor floren. quos ſolvet Plebanus ibidem. Item Capellanis in Leutzau lego pro triceſimis ſex flor. quos recipiant de vinis. Item Monaſterio in Leutzau (z) lego 14. flor. quia amiſi ipſis unum librum. Item ad Hoſpitale in Leutzau lego unum medium vas vini, & ad leproſos etiam unum medium vas vini. Item lego D. Plebano in Poprad unum coclear argenteum. Item omnia veſtimenta mea linea, tam pulvinaria, quam alia veſtimenta alba lego pauperibus. Item omnes meas vineas in Liſzka, & domum meam ad lapidem Refugii, ita quod Matri meæ chariſſimæ dent temporibus vitæ ſuæ quolibet anno unum medium vas vini, & pro quatuor annis dent Joanni Henkel (a) ad ſtudium quolibet anno 20. florenos. Item matri meæ chariſſimæ reſtituant omnia argenteria, relaxentur omnia debita, & ſuperaddantur ſibi 50. flor. Item D. Joanni Rigner Altariſtæ in Lewcza lego tunicam meam novam brunaticam non ſubductam, & 60. florenos, ita quod legat Miſſas per quinque annos pro me. Item prædicto D. Andreæ de Zalok lego meum kapuzium rubrum, & ampullas argenteas cum Miſſali. Item fratri meo relaxentur cuncta debita —— & reſtituatur ſibi kuppa ſua, addantur ſibi etiam 12. flor. & ſubba mea rubea ſubducta. Item Georgio Henkel (b) omnia debita relaxo. Item ſorori meæ Judith accomodavi 20. flor, quos ſimiliter relaxo. Item filiæ ejus Catharinæ lego tunicam meam vetuſtam, & flor. 12. Item Stephano Scholari tunicam meam, quam emi ab Achatzio, & 3. florenos. Item Blaſius veſtiatur, & dentur illi 6. flor. Item Matronæ ultra Salarium detur unus flor. Item meos omnes libros

apud nonnullos Benedictinos adeo, ut & in Triclinio locus, cui defunctus antea accubabat, quotidie inſternatur, & dapes etiam continenter triginta diebus apponantur, quæ ſubinde expleta menſa, vel in pauperes, vel in eos, qui ægroto inſerviverunt, aut apud exequias æs campanum pulſarunt, diſtribuuntur.

(z) Duo cœnobia Leutſchoviæ, antequam fidem mutavit, exſtitiſſe certum eſt; Alterum D. Brunonis, alterum S. Franciſci Seraphici Filiorum. De utro hic ſermo ſit, non liquet.

(a) Joannes Henckel natus Anno 1481. ut Fridericus a Sommersberg Tom. III. Script. Rer. Siles. habet; non obſcuris tamen in cunis, quemadmodum ille vult; ſed ad maturam ætatem pervenit. Domi, peregreque eruditus, & apud Italos Doctoris laurea adeptus, primum Leutſchov. inde Caſſov. Parœcus præfuit. Subinde Mariæ Reginæ Hung. viduæ Ludovici II. a concionibus Aulicis fuit. Demum in Collegium Canonicorum Wratislav. adlectus exceſſit ibidem 5. Novemb. Anno Domini 1534. ætatis 53. exacto ſed vivit in Bibliothecæ Parochialis Leutſcho. libris, quorum plurimos nomine ſuo ſignatos ei reliquit. Plura de hoc viro occurent apud Conradum Sperfogel Parte Analector. II.

(b) Georgius Henckel de Quinto foro, ex Agnete de Kuntzlai, & Dorothea de Eperies plurium liberorum Pater, quos inter & Joannes, cujus mentionem injecimus obiit Georgius A. Domini 1503. ut habet Sommersberg loco citato.

Digitized by Google

bros lego Joanni Henckel excepto Formulari, & Poſtilla meo Notario præfato. Item omnibus ſenatoribus ſolvatur juxta Regiſtrum. Item omnia alia bona mea ultra iſta his inſerta, relinquo diſcretioni Executorum ita; quod exponatur pro ſalute animæ meæ, quodque etiam habeatur ratio Genitricis meæ chariſſimæ pauperrimæ. Executores Teſtamenti iſtius elegi Magiſtrum Martinum de Liſtka, & Magiſtrum Andream de Zalok, canonicos hujus Almæ Eccleſiæ Scepus. nec non Georgium Henckel, & Joannem Rigner de Lewcza. Item debita quædam, quæ ego teneor. Item Magiſtro Paulo Plebano in Monte S. Martini 14. flor. Item Thomæ Carnifici de varallya teneor absque — 3. flor. Alia ſcit Magiſter Andreas. Item debita, quæ mihi tenentur. Item cives de Kesmark tenentur mihi 80. flor. Item Petrus Plebanus de Poprad 28. flor. Item Magiſter Stephanus Canonicus 17. flor. Item Plebanus in varallya 3. flor. — —

XL.

Hedvigis Dux Teſchinenſis, Relicta Zopolyana & Filii ejus Joanni Horvath Præpoſito Scepus. impertiunt facultatem, beneficia ſuæ Eccleſiæ in bene meritos diſtribuendi. Datum Trenchiny Anno Domini 1505.

EX APOGRAPHO.

Hedvigis Duciſſa Teſchinenſis, Illuſtris quondam Domini Stephani de Zapolya Comitis Perpetui Terræ Scepus. & Regni Hungariæ Palatini, & judicis comanorum &c. Relicta; nec non Joannes, & Georgius de prædicta Zapolya, ſimiliter Comites Perpetui Terræ Scepus. filii ejusdem &c. Tibi Reverendo Domino Joanni de Lompnycza, Præpoſito Eccleſiæ B. Martini de Scepuſio ſalutem cum favore. Tuæ probitatis merita, morum decus, bona & honeſta converſatio, ſufficiens literatura, cæteraque virtutum bona, quibus ab Altiſſimo novimus te eſſe inſignitum, nos inducunt, ut te congruis attolamus honoribus, & favore noſtro proſequamur gratioſo. Horum igitur meritorum tuorum intuitu, jus Patronatus noſtrum, quod in illa Eccleſia Scepus. habere dignoſcimur, quoad collationem beneficiorum vita tua duntaxat in eo tibi damus, & concedimus pleno jure, ut tu, quæcunque beneficia, puta Dignitates, canonicatus, & præbendas, quæ in illa Eccleſia, ſive per mortem, ſive per translationem, aut aliter, qualitercunque de jure, & de facto vaca-

re contigerit, authoritate juris Patronatus noſtri tibi hac in parte conceſſa illis perſonis, quibus ſcilicet malueris, dummodo ad id idonei, & ſufficientes reperti fuerint, ſuper quibus conſcientiam tuam oneramus, dare, conferre, & de eisdem pleno jure providere poſſis, & valeas; imo damus & concedimus præſentium per vigorem. Datum in caſtro noſtro Trenchin, in feſto viſitationis B. Virginis Mariæ Anno Domini MDV.

Joannes comes Mppria.
Georgius comes Mppria.

XLI.

Fragmentum Literarum, quibus Martinus de Lyska Vicarius Eccleſiæ Scepus. componit litem pecuniarum inter Joannem Plebanum de Quintoforo, & Incolas de villa Bulmany obortam. Datum Anno Domini 1508.

EX APOGRAPHO.

Martinus de Lyszka, Canonicus Eccleſiæ Scepus. Reverendique D. Ladislai de Chobad (c) ejusdem Eccleſiæ Præpoſiti Vicarius in Spiritualibus, & cauſarum Auditor Generalis, memoriæ commendamus tenore præſentium quibus expedit, univerſis; quod de Anno Domini MDIV. orta fuit, & ventilata contentionis, ſive litis materia prius coram nobili Domino Chriſtophoro de Leuczovia Canonico dictæ Eccleſiæ Scepus. Reverendique Domini Georgii de Mekche, tunc ejusdem Eccleſiæ Præpoſiti Vicario in Spiritualibus, & Cauſarum Auditore Generali: tandem ob abſentiam, & in remotis agendo coram nobis, qui in eodem officio vices ejusdem Domini Criſtophori egiſſemus, deducta, inter honorabilem Dominum Joannem Plebanum de Quintoforo, uti Actorem, & Principalem ab una; & nobiles, ac Providos Lazarum de S. Andrea, Mathiam Aczel de Boſſafalva, nec non judicem, & juratos de villa

(c) Exmiſſus eſt hic Ladislaus in MS. Catalogo Præpoſitorum Scepus. quem tamen illi Eccleſiæ præfuiſſe, hoc, & ſequentia documenta evincunt. Obſervo præterea Præpoſitis Scepus. & ſuos Vicarios, & Cauſarum Auditores olim fuiſſe, quorum bini hic adferuntur.

Digitized by Google

la Bulmany, veluti in cauſam attractos ex adverſo Principales ab altera partibus, de, & ſuper non ſolutione certorum redituum, ſive proventuum pecuniariorum — — Anno Domini MDVIII. Indictione XI. die vero XVII. Menſis Novembris hora tertiarum in porticu Præpoſiturali dictæ Eccleſiæ Scepus.

XLII.

Ladislaus de Chobad Præpoſitus Scepus. Procuratoris ſui Oswaldi Stauburger dicta circa fructus Præpoſituræ revocat, & novos Procuratores conſtituit. Dat. in Eccleſia S. Martini Anno Domini 1508.

EX APOGRAPHO.

In Nomine Domini Amen. Anno ejusdem Nativitatis MDVIII. Indictione XI. die vero XXVI. Menſ. Decembris hora tertiarum, vel quaſi in Eccleſia collegiata S. Martini de Scepus, Diœceſis Strigoniens. Pontificatus autem ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini Julii Divina Providentia Papæ II. Anno ejusdem VI. in mei Notarii publici, teſtiumque infraſcriptorum ad hoc vocatorum, pariterque rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus Reverendus Dominus Ladislaus de Chobad Presbyter Agrienſis Diœceſis, tactis manibus meis, per modum proteſtationis ſignificare curavit; quod, licet ipſe de, & ſuper Præpoſitura collegiatæ Eccleſiæ S. Martini de Scepus. de conſenſu Spectabilium, & Magnificorum Dominorum Joannis, & Georgii Patronorum videlicet Comitum Perpetuorum Terræ Scepus. ad quorum legitimam petitionem, & requiſitionem idem proteſtans hic, qui in Regno Hungariæ ab Ordinario, cujus intererat, de conſuetudine hujus Regni inveſtitionem, ſeu confirmationem Præpoſituræ jam fatæ minime potuit conſequi (d) authoritate ſanctiſſimi Domini noſtri Julii Divina providentia Papæ II. ad quem tanquam

(d) Cum poſt Georgium de Mekche, Zapolii duos videantur nominaſſe Præpoſitos Scepus. ſcilicet: Joannem Horvath de Lomnicza, ut ex Diplom. 40. paulo ante adducto colligitur, & Ladislaum de Chobad, ut ex hoc Inſtrumento patet; credibile eſt hunc, utpote poſteriorem fortaſſe a Thoma de Bakocz Metropolita Strigon. rejectum, eique confirmationem negatam.

Digitized by Google

ſuperiorem prædicta inſtitutionis materia, per viam appellationis fuerat deducta, ſibi proviſionem fieri procuraverat, nondum eo tunc corporali ejusdem Præpoſituræ poſſeſſione ſubſecuta; prout hæc etiam in quodam proceſſu per Reverendiſſimum D. de monte Archiepiſcopum Sypontinum (e) Delegatum Apoſtolicum, decreto, & pronunciato, ac coram me Notario, & Teſtibus infraſcriptis per antedictum D. Ladislaum exhibito, & producto latius continentur; nihilominus tamen, prout idem Proteſtans ex tenoribus, & continentiis eorundem Proceſſuum percepiſſet, Venerabilis D. Oſwaldus Stauburger Doctor, & Cantor Wratislaviens. Procurator ſuus ex quadam inadvertentia, & errore inter alia geſta ſua, fructus, & proventus annuales dictæ Præpoſituræ ad IV. ſolummodo Marcas argenti, vel quaſi taxaſſet, & moderaſſet; quam quidem taxationem, & moderationem idem D. Proteſtans ſentiens Cameræ Apoſtolicæ eſſe præjudicialem, eandem tanquam erroneam, reclamando palam, & publice, revocavit, & retractavit, recognoſcens annuum fructum dictæ Præpoſituræ ad majus ſe extendere, proteſtatione in manibus meis, juramento interveniente, ſolenniter emiſſa; quod ipſe per hoc, & quæcunque alia geſta dicti Procuratoris ſui, Cameram Apoſtolicam in nullo vellet defraudare, neque proventus Cameræ Apoſtolicæ in aliquo diminuere; ſed quamprimum corporalem, & pacificam poſſeſſionem dictæ Præpoſituræ adeptus fuerit, infra revolutionem unius anni de vera Annata, & annuali fructu juxta conſuetudinem Cameræ Apoſtolicæ ſatisfaciet; & juramento ſic ſatisfacere promiſit. Et nihilominus dictus D. Ladislaus præſcriptis omnibus melioribus modo, jure, & forma, quibus melius, & efficacius fieri potuit, & debuit, conſtituit, creavit, & ſolenniter ordinavit ſuos veros, rectos, legitimos, & indubitatos Procuratores, & Nuncios generales, & ſpeciales Actores, Factores, & rerum ſuarum infra ſcriptarum geſtores reſervat, a ſpecialitate rei, qualitate non derogata, Venerabiles, & Egregios Thomam Regis Procuratorem ſolennem, in Curia Romana reſidentem, & Lambertum Nitardum Clericum Nicienſis Civitatis, ſeu Ambroſium Clericum Literatum de Nagy-Thur Vacienſ. Diœceſis abſentem, tanquam Præſentem, & quemlibet eorum in ſolidum ita; quod non ſit melior conditio primitus occupantis, nec deterior ſubſequentis: ſed id, quod unus eorum incipit, & alter eorum libere proſequi valeat, mediare, & terminare ipſius D. Conſtituentis Nomine. Pro Annatis autem (f) ſeu mediis fructibus Præpoſituræ

(e) Sipontus Apuliæ Dauniæ Urbs olim celebris, e cujus ruderibus hodierna Manfredonia ſurrexiſſe creditur.

(f) De Annatis Odoricus Raynaldus ad A. 1392. hæc habet: Bonifacius IX. ingraveſcentibus rei pecuniariæ difficultatibus, ob continuos armorum fragores ſanxit, ut redi-

turæ Eccleſiæ collegiatæ S. Martini de Scepus. jam fatæ Diœceſis Strigon. de qua antea Cameræ Apoſtolicæ de jure venit ſolutio ex comparitione in Camera Apoſtolica, & alias, ubi ipſa materia annuali ſolutione opus fuerit, ac coram Præſidentibus, & Clericis ejusdem Cameræ Apoſtolicæ, cum eis quoque, vel eorum altero ad hoc poteſtatem habente de fructibus dictæ Præpoſituræ concordandi, terminandi, de dicta Annata, ſeu medios fructus ſolvendi, petendi, & impetrandi, eoque de ea in terminis, & dilationibus hujusmodi ſolutionis obligationem, & onus in ſimilibus, etiam ſub pœnis Cameræ Apoſtolicæ ob non ſolutionem Annatæ apponi conſuetis ſuſcipiendi, & quodlibet licitum, honeſtum, & neceſſarium juramentum in talibus præſtari ſolitum; in animam ipſius D. Conſtituentis præſtandi, & eundem, & ſe pro præmiſſis jurisdictioni, vigori, compulſioni, & mero Examini dictæ Cameræ, quam meliori forma, prout juris, & ſtyli eſt, ſubmittendi. Et nihilominus ad majoris roboris præmiſſorum firmitatem, præfatus D. Conſtituens promiſit ſub fide data, & ſub excommunicationis pœna, canonica monitione præmiſſa, nec non 500. Ducatorum Hungaricorum Auri Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, & priſtinum ad ſancta Evangelia præſtitit juramentum, quod præſcriptos Procuratores ſuos, ut præmittitur, conſtitutos nunquam revocabit, contra præmiſſa, vel præmiſſorum aliquid faciet: neque veniet quacunque ratione, via, cauſa, ſeu modo, quocunque de jure, ſeu de facto, neque abſolutionem, quamcunque pro hujusmodi revocatione facienda, a quocunque impetrabit, ſeu obtinebit, aut per alium pro eo impetrare procurabit; quin imo omnia, & ſingula, quæ ipſi Procuratores, vel eorum alter in præmiſſis fecerint, vel fecerit, ex nunc, prout ex tunc approbat, ratificat, atque firmat cum proteſtatione etiam per eum facta expreſſe; quod ſi ipſe ullo unquam tempore dictos ſuos Procuratores, vel eorum aliquem quovismodo, ſeu revocaret, vel contra præmiſſa faceret, vel veniret, — — illa omnia, & ſingula ad revocationem hujusmodi ex nunc, prout ex tunc revocat, & annullat, pro nihilique habere vult, & viribus non ſubſiſtere. Et ad obſervantiam omnium, & ſingulorum præmiſſorum, ſeipſum, ſuaque bona præſentia, & futura, quæcunque poſſederit, cogi, compelli, arctari, citari, moneri, excommunicari, aggravari, regravari, areſtari, detineri, realiter, & perſonaliter per cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditorem, ejusque Locum tenentem, nec non omnium aliarum Curiarum Eccleſiaſticarum, &

redigendorum ex omnibus Sacerdotiis, quæ a Sede Apoſtolica conferrentur vectigalium, quæ primo labente Anno obvenirent, dimidia pars in Fiſcum Pontificium inferretur. Aliud plerique Scriptores heterodxi volunt, qui Annatas quot annis Sedi Romanæ dependi invidioſe non minus, quam mendoſe fabulantur.]

Digitized by Google

ſæcularium Judices conſtitutos, ad quem, ſeu ad quos pro præmiſſis recurſus habeatur, quorum, & cujuslibet ipſorum juribus, cohortationibus, & meris examinibus ſe, ſuaque bona prædicta ſponte, & ſcienter ſubmiſit, voluit, & conceſſit: renuncians omnibus, & ſingulis exceptionibus, & privilegiis, remediis, ſtatutis, conſtitutionibus, & definitionibus, quibuſcunque Juris, & facti ſpecialiter Juri dicenti: Generalem renuntiationem non valere, niſi præceſſerit ſpecialis. Et inſuper voluit, & expreſſe conſenſit pro hoc; ut præſens publicum Inſtrumentum juxta dictamen ſapientum in meliori, & debita forma reformaretur, ſi, & quoties opus fuerit, facti tamen ſubſtantia in aliquo non mutata. Super quibus omnibus, & ſingulis dictus D. Ladislaus Principalis Proteſtans, & Conſtituens me Notarium infraſcriptum petiit, & debite requiſivit per me ſibi dari, & confici unum, duo, vel plura, publicum, ſeu publica, Inſtrumentum, ſeu Inſtrumenta; quod & feci Officio mei Tabellariatus incumbente. Acta ſunt hæc, & facta Anno, indictione, die, menſe, loco, & Pontificatu, quibus ſupra: præſentibus ibidem Venerabilibus, & Egregiis Dominis Magiſtro Alberto de Sáros, Canonico Eccleſiæ Scepus. Thoma de Chorda, Emerico de Sáros Presbyteris Albenſis Tranſilv. & Agriens. reſpective Diœceſium, & aliis quamplurimis teſtibus ad præmiſſa vocatis, & in teſtimonium requiſitis.

Et ego Nicolaus natus Benedicti köeröes, Vaciens. Diœceſis, publicus ſacra Apoſtolica authoritate Notarius, & Tabellio juratus, quia præmiſſis, proteſtationi, reclamationi, retractationi, juramenti emiſſioni, Procuratorum conſtitutioni, ratihabitioni, omnibusque aliis, & ſingulis, dum, ſicut præmittitur, fierent, & agerentur, nominatis teſtibus præſens interfui, eaque omnia, & ſingula ſicce fieri vidi, & audivi. Ideo hoc præſens publicum Inſtrumentum me, & nomine meis ſolitis, & conſuetis conſignavi, & roboravi in fidem, & teſtimonium omnium, & ſingulorum præmiſſorum requiſitus, & rogatus.

Digitized by Google

Genealogie in Betreff der Abstammung des Königs Johann Zapolya.

Blasius Deák
von Deákfalva
Königsrichter auf Solymos

Apollonia Deák,
Gemahl:
Stephan Kubóczi

Niklas Deák
Bergkammergraf
zu Nagybánya

Emerich Deák
Johann Hunyadi's
Geheimschreiber
Herr auf Zapolya
Erbgraf von der Zips
Gemahlin:
Ursula Dobeck.

Stephan Deák
Erbgraf v. der Zips
Herr zu Lubiau
u. Palatin.
+ 1499.
Gemahlinnen:
1. Tochter des Simon Zugek
v. Harmanna
2. Hedwig, Tochter des
Przemisl III. Herz. v. Troppau
verm. 1483 + 1515.

Töchter weiter Ehe

Margaretha

Veronica

Söhne weiter Ehe:
Johann geb 1487.
der nachmalige König

Den obigen Stammbaum, dessen Quelle ich nicht mehr angeben weiß, mit dem Stammbaum welchen Felmer p. 174 liefert, vergleichen, ergeben sich folgende Angaben u. Zweifel:

Der Stammvater, der Urgroßvater des Kg Johann, nennt Felmer Johann; dieser stand in obigem Stammbaum; ist derselbe wohl eine sichtlich bekannte Person, die weiter auf Felmer entlastet?

Der Vater dieses Johann, der Großvater des Kg Johann, weiß Felmer nicht zu nennen; im obigen Stammbaum findet er Blasius; hat dieß wohl seinen Richtigkeit?

Bei Felmer erscheint nun dieser der obigen Stammvater Johann, Kanzler Hedwig, Gemahlin Ludwigs II Königs v. Ung + 1414, welche also die Stammutter des, im obigen Stammbaum genannten Blasius genannt wäre. Hat dieß wohl einigen Grund?

Wenig

Digitized by Google

Thomas obigen Stammbaum setzt Blasius Deák nun Tochter Apollonia, Gattin des Stephan Werbőczy, u. dem Sohn Niklas, Emerich und Stephan, des König Johann Kuttor; dagegen gibt Telmer dem ungenannten Sohn des Stammvaters Johann, (und) der mit dem messerschneidenden Blasius, wie wir oben gesehen, dieselbe Person zu sein scheint) nur die zwei Söhne Emerich u. Stephan, und dagegen eine unbekannte Tochter, Gattin des Lorenz v. Tymau (Ujlak); folglich stehen bei Telmer Apollonia und Niklas; im obigen Stammbaume dagegen steht die Gattin des Lorenz Ujlak. Welches ist nun richtig? oder haben alle obgenannten Personen wirklich existirt; so sollen die beiden Stammbäume dagegen sprechig zu vereinigen wären.

Und Stephan, des König Johann Kuttor, von der Hedvig wirklich noch eine Tochter, und von dieser zwei Töchter, Margaretha und Veronica gesehen? Wo muß ich diese denn gesehen? u. wie ich mit den Töchtern gesehen? Telmer steht an diesen drei Personen keine Erwähnung.

Zweifel und Widersprüche in Ansehung Franz I Rákóczi u. seiner Nachkommen

Benedict Gabriel Hélinaride Senguicianensis Vita Francisci (II) Rakoczi Confoederatorum Ducis, in desselben Commentariis de rebus hungaricis, welche das Ende der Abrede, im J. 1742 beschließt musste, meldet Franz II Rakoczi im Nyitraer Comitat zu Bodrog im Zemplíner Comitat 1666 gebornen Sohn Vater Franz I starb zu Makovicza im Saroser Comitat 1676; u. dessen Gattin Helena Zrinyi vermählte sich 1682 an Emerich Tökóly. 1694 vermählt sich Franz II mit Charlotte Amalia Tochter des Landgrafen Carl von Hessen-Rheinfeld, u. wird bald Vater seines Sohnes Joseph. Während seiner Gefangenschaft zu Neustadt im J. 1701 war seine Gattin mit ihrem jüngsten Sohn Georg in der Gefangenschaft. Diese beiden Söhne Franz II mussten in der Folge ihren Familien-Namen ablegen, u. wurden darüber von Kaiser Carl zu Marquis und jener Joseph von Santa Carlo in Neapel, Georg v. Santa Elisabeth in Sicilien ernannt. 1720 wird Franz II nach Rodosto verwiesen, wo seine Gemahlin Charlotte 1722 stirbt. Franz des II jüngster Sohn Georg entspringt nach Frankreich, wo er heurathet, u. drey Kinder zeugt; der ältere Joseph springt 1734 über Venedig in Neapel in die Türkei. Franz II stirbt zu Rodosto 17

Laut der Grabschrift bei Felmer (Histor. Franc. p. 238.) starb Franz I 1681 und Franz II 1735. Der letztern seiner Söhne Joseph und Franz, von welchen der erste 1699 gebohren, und (wie p. 283 zu lesen) 1738 in Constantinopel zu Lissabon an Erbrechungen verwahrt, 1739 starb; der jüngste Sohn Franz III entsprang im J. 1701 gebohren und, und starb 1732 in Frankreich mit einer Marquise de Bethune vermählt.

Palma (Notitia rerum hungar. P. III. p. 288.) meldet Franz II Rakoczi's beide Söhne Franz u. Georg, mit dem Beinahme dass sie von Kaiser Carl mit mehreren Do[illegible] von Gruben aufgenommen, zu Marquis von Santa Carlo u. Santa Elisabeth ernannt worden, und beide ihre Nachkommen geblieben seyen.

Diesen Nachricht wird auch von Benkö (Transsyl. Tom. I. p. 321.) nicht widersprochen

Digitized by Google

über Ungarn den bei Palma gemünten beiden Söhnen, und Benkö auf inständiges Anhalten des Franz des II illustren Sohn Joseph Fürsprung, welcher im J. 1738 ein ausführliches Manifest erließ, in welch. er mit Hülfe der Türken Hungarn zu erobern unternahm.

Coxe (Geschichte des Hauses Österreich. Bd III. S. 485.) bestätigt Palmai's Angabe mit dem Beisatz, daß Franz III 1728 unverheurathet gestorben sey, u. Georg seine Tage zu Paris geendigt habe, ohne mit seiner Frau mit Suzanne de Bois-Lippe Kinder zu hinterlassen.

Nun entstehen also bei diesen verschiedenen, u. sich zum Theil widersprechenden Nachrichten folgende Fragen: ist Franz Rakoczi I 1687 oder schon 1676 verheurathet? hatte Franz II drei Söhne, Joseph, Franz u. Georg, oder nur zwei? im letztern Falle, wie hießen diese zwei Söhne: Joseph u. Georg, oder Joseph u. Franz, oder Franz u. Georg? und ist Franz mit Joseph oder mit Georg eine und dieselbe Person? wurde Joseph vor 1699 oder später geboren? starb Franz III wirklich schon 1728 unverheurathet, oder war er noch 1732 am Leben, u. mit einer Marquise de Bethune vermählt? im Fall der Franz (wie es scheint) mit Georg vermählt wurden, oder beyde diese beiden für eine und dieselbe Person zu nehmen wäre, ist nicht wahrscheinlich auch die Suzanne de Bois-Lippe mit der Marquise de Bethune eine nemliche Person? oder sollte Joseph, Franz und Georg wirklich drei Brüder und drei verschiedene Personen gewesen sein, man würde nun wieder von ihnen gabeln? denn wo und wann beschließen sie ihr Leben?

Digitized by Google

XLIII.

Literæ Fundationis Sacelli Corporis Chriſti, quod ſitum eſt ad latus Collegiatæ Eccleſiæ Scepus. Datum in Caſtro Scepus. Anno Domini 1510.

EX APOGRAPHO.

Nos Hedvigis Duciſſa Relicta, nec non Joannes, & Georgius Filii quondam Spectabilis, ac Magnifici Domini Stephani de Zápolya, Comitis Perpetui Terræ Scepus. Regnique Hungariæ Palatini, & Judicis Cumanorum, conſimiliter Comites Perpetui dictæ Terræ Scepus. notificamus tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit, univerſis: Quod, cum nos opus exiſtimemus ſaluberrimum, ac Deo, & hominibus acceptiſſimum, pia vota fidelium Defunctorum, quorum animæ refrigerium a mortalibus præſertim his, quos aut conjugali fœdere, aut ſeminis propinquitate, ſeu genituræ affinitate proſecuti ſunt in terris quotidianum expoſcunt; non ſolum orationibus aſſiduis, ſed & eleemoſinarum, quæ animarum ſunt refocillamina, largitionibus adimplere; ſperamusque indubitanter, quod quidquid de bonis noſtris, a Deo Maximo nobis collatis, vita nobis Comite, in hoc ſæculo pro animarum ſalute largiti fuerimus, id totum ad nutum divinæ diſpenſationis congerere in cœlis, terreſtribusque bonis cœleſtia, quæ teſtante ſacro eloquio, & ab eruginis rubigine, & a tineæ demolitione illæſa ſemper, & ſolida permanent, commutare, idque ſolum cedere in præmium ſalutis, quod longo peragrationis tramite ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei imprimis; deinde autem intemeratæ ejusdem Genitricis Virginis Mariæ, Sanctorumque omnium, quorum precibus glorioſis ne dum in terris, ſed & in cœleſti Hierarchia pie ſperamus confoveri, ex fructibus bonorum operum repoſuerimus in cœlis. Hinc eſt, quod nos ſolicita mente, atque cura, & diligentia noſtris, quibus a toto tempore obitus præfati quondam D. Stephani Comitis, & Palatini D. ſcilicet, & mariti noſtri Hedvigis, chariſſimique Genitoris noſtri, puta Joannis, & Georgii Felicis memoriæde quorum utrorumque Conjugum felici propagatione, Divina volente Clementia, ad hanc lucem editi ſumus, juxta modulum noſtrarum ætatum vehementer incubuimus, ſi pium votum, & deſiderium tum ipſius quondam D. Stephani Comitis, & Palatini; tum etiam Spectabilis, & Magnifici quondam Emerici de dr, cta Zapolya conſimiliter Comitis, & Palatini, Judicisque Cumanorum, Fatris

tris ſcilicet ejusdem quondam D. Stephani Majoris natu effectui mancipare, Capellamque Sanctiſſimi Corporis Chriſti, ſe ipſum nobis in edulium, refectionemque ſpiritualem offerentis, ad latus Eccleſiæ Collegiatæ B. Martini de Scepus opera, & impenſis dicti quondam D. Stephani Comitis, & Palatini laude dignis ædificiis de novo conſtructam; quorum ſcilicet duorum Fratrum Comitum, & Palatinorum corpora, puta ipſius quondam D. Emerici inter ſtalla, & choros majoris Eccleſiæ (g) ubi Divina Miniſteria quotidie perfici, & decantari conſueverunt; alterius vero dicti videlicet quondam D. Stephani, in ipſa Capella ſacratiſſimi Corporis Chriſti, marmoreis in tumulis ſubtili arte, & magiſterio fabricatis exiſtunt feliciter recondita, de bonis, & hæreditatibus noſtris ab eisdem utrisque Fratribus jam defunctis, in nos optimo jure devolutis, congruis dotationum largitionibus, quibus Miniſtri ejusdem Capellæ in eadem pro tempore Deo jugiter famulantes ſe, vitamque ipſorum valeant decenter ſuſtentare, condonare, ipſamque Capellam perſonis idoneis, qui Divinis Officiis ſedule inſiſtant, inſignire; pro præfatorum quondam DD. Comitum, & Palatinorum Defunctorum, ac Generoſæ quondam D. Dorotheæ Genitricis ipſorum recordationibus, quæ modo ſimili in ipſa æde D. Martini conquieſcit; deinde etiam noſtræ, noſtrorumque Hæredum, & poſteritatum utriusque ſexus animarum ſalute, & refrigerio, ad laudem imprimis Omnipotentis Dei, ejusdemque Genitricis Virginis Mariæ, ac B. Martini Epiſcopi, & Confeſſoris dictæ Eccleſiæ ſpecialis Patroni, in quo poſt Deum, ac ejusdem Genitricem Virginem Mariam ſummam gerimus fiduciam, totale oppidum noſtrum Somogy nuncupatum — — memoratæ Capellæ ſacratiſſimi Corporis Chriſti, conſequenterque rectori ejusdem pro tempore conſtituto ſub modis, & conditionibus, atque articulis infra citatis duximus dandam, appropriandam, & conferendam ſalvo jure Patronatus dictæ Capellæ ſacratiſſimi Corporis Chriſti, quantum ad collationem ejusdem Capellæ, nobis ſemper reſervato — — — Tenor autem articulorum, & conditionum ſupra fatarum, quibus mediantibus ipſa Capella deinceps regi, gubernarique, ac ipſe Rector Capellæ ex emolumentis, & utilitatibus, ipſius Capellæ ſupraſcriptis, cum Miniſtris ejusdem Capellæ vivere debeat, ſequitur, & eſt talis: Primum, & ante omnia; quod nos, quamdiu ſupervixerimus, nobisque decedentibus hæredes noſtri, prædictam Capellam ſacratiſſimi Corporis Chriſti perſonis, quibus maluerimus, idoneis,

(g) Utriusque tumulus, quod & altitudine, & amplitudine Templi decore officiebat, e medio ſublatus eſt. Lapides tamen ſepulchrales, qui Cippos integebant, ſuperant. Hodie parietibus immiſſi, & amborum funebres inſcriptiones exhibent.

Digitized by Google

neis, & bene meritis conferendi habeamus, & habeant poteſtatis facultatem: Si autem (quod Deus avertat) nos, vel hæredes noſtros utriusque ſexus ſine ſolatio decedere contingeret, ex tunc Præpoſitus dictæ Eccleſiæ B. Martini Epiſcopi pro tempore conſtitutus, quamcunque maluerit, perſonam idoneam, & bene meritam de membro ipſius Capituli ad Rectoratum ipſius Capellæ eligere, liberam ſemper, & omnimodam habeat eligendi, & ſibi de eadem pleno jure providendi facultatem. Item quod dictus Rector Capellæ pro tempore conſtitutus ſit immediate obligatus jurisdictioni Prælati hujus Eccleſiæ B. Martini pro tempore conſtituti; idemque prælatus inſtar aliorum ſubditorum ſuorum Clericorum tam eundem Rectorem Capellæ, quam & ſuos Capellanos pro tempore exiſtentes, ſi fortaſſis moribus, & vita diſſoluti redderentur, aut ſervitia Diuina, ad quæ tenentur, adimplere negligerent, ſucceſſivis ſemper temporibus juxta exceſſuum ipſorum demerita emendandi, & puniendi habeat plenariam authoritatem. Item quod idem Rector Capellæ, ſi fuerit de membro Capituli, perpetuis temporibus de Proventibus ejusdem Capellæ ſibi, ut præmiſſum eſt, deputatis, & aſſignatis teneatur in propriis expenſis ultra perſonam ſuam ſex Capellanos Sacerdotes, alioquin tantum quinque pro peragendis Divinis Officiis fovere, & conſervare. Item quod idem Rector Capellæ de conſilio dicti Domini Præpoſiti ſit obligatus quatuor ſcholares pro decantandis ſingulis diebus per hebdomadam annuatim Pſalteriis conducere, & appretiare. Item quod prædictus Rector Capellæ una cum ſuis Capellanis, & quatuor ſcholaribus ſingulis diebus depoſitorum corporum, præfatorum quondam Dominorum Emerici, & Stephani Comitum, & Palatinorum, ſolenniter cantabunt; Placebo, Requiem, & integras Vigilias mortuorum. Item quod dictus Rector Capellæ, & ſinguli Capellani diebus, & temporibus præſcriptis officiabunt Requiem. Item quod Rector Capellæ de ceris, & candelis, ac vinis per totum annum ad ipſam Capellam providebit. Item quod prædicti Rector Capellæ, & Capellani ſui ſingulis diebus debent cantare unam Miſſam per Hebdomadam, idem Rector Capellæ per ſe cum ſuis Capellanis ordine infra ſcripto videlicet: die Dominico de ſanctiſſima Trinitate Miſſam officiabit cantando, ut moris eſt, per Capellanos; cæteris autem diebus, in quibus feſtum non occurret, ſoli Capellani officiabunt, & cantabunt, videlicet feria II. Requiem pro Defunctis; feria III. de S. Emerico cum Collecta pro Defunctis; feria IV. pro peccatis cum Collecta pro Defunctis; feria V. de Corpore Chriſti cum Collecta pro Defunctis; feria VI. de Paſſione Domini cum Collecta pro Defunctis; Sabbatho de B. V. cum Collecta pro Defunctis. Si autem Feſtum aliquod occurrerit ſolenne per hebdomadam, tunc etiam Rector Capellæ Miſſam cantando, aut ſaltem legendo officiabit. Item quod Rector Capellæ, ſi non fuerit de numero Capituli, nihilominus inſtar aliorum Dominorum de Ca-

pitulo Divinis Officiis intereſſe debebit; propter quod etiam Dominus Præpoſitus, & Capitulum ſibi locum condecentem in ſtallo aſſignare habebunt. Item quod idem Rector Capellæ diebus Rogationum, & aliis diebus Dominicis, & Feſtivis, ac temporibus opportunis una cum ſuis Capellanis, proceſſionibus publicis intereſſe debebit, & ob hoc talis ſemper debebit in Rectoratum Capellæ eligi, qui continuam fecerit Reſidentiam. Item quod ſinguli Capellanorum prædictorum per hebdomadam ſingulis diebus legent quatuor Miſſas, excepto uno eorum, qui erit vacans ex eo, quod ſi aliquis indiſpoſitus eſſet ad Divina peragenda, ex tunc vacans eundem ſupportare debebit in Miſſa. Item quod iidem Capellani ſingulis diebus decantabunt Horas B. M. V. & Matutinas cum III. Lectionibus, & Laudibus; ſimiliter & Vigilias mortuorum cum III. Lectionibus, & Laudibus, & etiam Placebo. Item quod iidem Capellani ſingulis diebus Feſtivis Miſſis, Proceſſionibus, primis, & ſecundis Veſperis majoris Chori intereſſe tenebuntur. Item quod idem Rector Capellæ Capellanos tales ſuſcipere debeat, qui ſint moribus, & vita redimiti; & eos quidem, cum voluerit, liberam habeat dimittendi facultatem; hoc tamen præmiſſo, quod ipſi Capellani per eundem electi Veſperas, Miſſas, & alias horas Canonicas in ipſa Capella attente, & cum omni diligentia, devotioneque, & reverentia ſingulis temporibus peragant, & ad ea perficienda idem Rector Capellæ omnem curam, & diligentiam ſuam apponat; alioquin, ſi per ipſos Capellanos ex improviſione Rectoris Capellæ, aliqua negligentia, ſeu defectus, & enormitas committeretur, idem Rector Capellæ per Dominum Præpoſitum, vel ſuum Vicarium pro tempore conſtitutum emendetur. Item quod idem Rector Capellæ pro tempore conſtitutus de libris, calicibus, indumentis Sacerdotalibus; nec non cæteris rebus ejusdem Capellæ manibus ſuis aſſignatis, ſemper inventarium habeat, in eisdemque conſervandis omnem curam apponat, cujus inventarii par apud Dominos Præpoſitum, & Capitulum ſupra dictos permaneat, aliud autem par pro ſe ipſo reſervet. Item quod eadem Capella in ſuis ædificiis, & ſtructuris, puta feneſtris, tectis, & aliis ædificiis, & attinentiis ruinam, & deſolationem non patiatur. Volumus, ut idem Rector Capellæ amodo de cætero circa ea diligenter attendat, ut ea, quæ fuerint reſtauranda, de proventibus ejusdem Capellæ ſibi modo præmiſſo deputatis, debito modo reficiat, & reſtauret: quod, ſi in præmiſſis tepidus, & negligens foret, Dominus Præpoſitus pro tempore conſtitutus eundem ad id faciendum per omnia remedia opportuna cogendi, & compellendi plenariam, & omnimodam habeat poteſtatis facultatem. Ut autem præſens diſpoſitio, ſeu ordinatio noſtra cunctis pateat evidenter, roburque obtineat perpetuæ firmitatis, decrevimus, ut ſuperinde tria paria literarum noſtrarum conficiantur; quorum unum apud nos ipſos reſervabimus: aliud autem in Sacriſtiam prædictæ Capellæ ſacra-

Digitized by Google

cratiſſimi Corporis Chriſti reponemus, & tertium par dictis Dominis Præpoſito, & Capitulo ad Sacriſtiam eorum trademus, & aſſignabimus. Quicunque autem præſenti diſpoſitioni, & ordinationi noſtræ temerario auſu contravenire præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ejusdemque Illibatæ Genitricis V. M. ac B. Martini Epiſcopi, & Confeſſoris, ac Omnium Sanctorum ſe noverit incurſurum. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam præſentes literas noſtras Sigillorum noſtrorum appenſionibus juſſimus, & fecimus communiri. Datum in Caſtro noſtro Scepus. Feria IV. proxima poſt Feſtum Epiphaniarum Domini Anno ejusdem MDX.

XLIV.

Joannis, & Georgii de Zápolya Comitum Scepus. litteræ, quibus Joannem Horváth de Lomnycza nominant Præpoſitum Scepus. Datum in Arce Trenchin. Anno Domini 1511.

EX APOGRAPHO.

Nos Joannes de Zápolya perpetuus Comes Terræ Scepus. ac Vajvoda Tranſilvanus, & Siculorum Comes, ac Georgius ſimiliter Comes perpetuus dictæ terræ Scepus. &c. memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit, univerſis: Quod nos attentis, & conſideratis vita, & virtute, & morum honeſtate, liberalisque ſcientiæ ſufficienti peritia, cæterisque virtutum meritis Honorabilis Magiſtri, Joannis Horváth de Lomnycza, quibus eundem ab altiſſimo novimus inſignitum, eundem tanquam perſonam idoneam, & bene meritam, ad Præpoſituram collegiatæ Eccleſiæ B. Martini de Scepus. in terra noſtra Scepus. fundatæ, nunc per mortem, & deceſſum Reverendi quondam Ladislai Chobad ultimi, veri, & legitimi poſſeſſoris ejusdem Præpoſituræ de jure, & de facto vocantem, authoritate noſtri juris Patronatus, quod in ipſa Eccleſia noſtra Scepus. habere dignoſcimur, duximus eligendum, & nominandum, ſibi omnino, & nemini alteri de eadem pleno jure providentes, & conferentes; imo nominamus, eligimus, & providemus, conferimusque, ac eundem illi, cui videlicet intereſt, neceſſario de inſtitutione Canonica providere, ad confirmandum in eadem Præpoſitura præſentamus: teſtimonio præſentium mediante. Datum in Arce noſtra Trenchinienſi feria tertia proxima poſt feſtum B. Blaſii Martyris Anno Domini MDXI.

XLV.

Joannis Cardinalis Legati Apoſtolici literæ, quibus Sacelli Corporis Chriſti fundationem, ſed certis articulis immutatis, ratam habet. Datum in Cœnobio Noſtbre Anno Domini 1511.

EX APOGRAPHO.

Johannes miſeratione Divina Tit. Sancti Sixti S. R. E. Presbyter Cardinalis in Hungariæ, & Bohemiæ Regnis, cæterisque terris, atque Dominiis eisdem ſubjectis, Apoſtolicæ Sedis Legatus, ad futuram rei memoriam damus: Quod Nobiles, ac egregii viri Chriſtophorus Szmercheny Caſtrorum Scepus. Regecz, Talya, Tokay, Præfectus; Michael Horvath de Palotſa, & Michael de Zemere Illuſtris, ac Magnificæ Dominæ Hedvigis Duciſſæ Teſſinenſis Spectabilis quondam, & Magnifici Domini Stephani de Zapolya, Palatini Hungariæ, ac perpetui Comitis Terræ Scepus. & Judicis Cumanorum conjugis, ac Liberorum ſuorum Spectabilium, & Magnificorum Dominorum Johannis Vajvodæ Tranſylvaniæ, ac Georgii Perpetuorum Comitum Terræ Scepus. Magiſtri curiæ nomine, & in perſonis eorundem Dominorum ſuorum, cum literis ſufficientis credentiæ, & pleni, ut vocant, mandati coram nobis conſtituti nos oraverint, ut limitationem, & ultimam memoratorum Dominæ Duciſſæ, & Dominorum Comitum diſpoſitionem, quam ſuper negotiis Capellæ Tit. Sacratiſſimi Corporis Chriſti, in meridionali latere Collegiatæ Eccleſiæ de Scepus Diœceſis Strigon. pro refrigerio animarum ſuarum, & ex ſeſe naſcentium, ac in Corporum Sepulturam multis ſumptibus fieri curaſſent, bonisque terrenis dotaſſent, tanquam perpetuo duraturam acceptaremus, confirmaremus inque ſempiternam obſervationem litteris memoriæ commendaremus. Inſuper, quod eandem Capellam nos ex legationis noſtræ authoritate ſpeciali aliqua prærogativa, cui fideles in ævum gauderent, ornaremus, irritam, vanamque faciendo —— rerum futurarum ratione habita, quam ſuper ipſa Capella prius limitationem, diſpoſitionemque dicti Fundatores feciſſent. Imprimis autem nomine, quorum ſupra, Capellam, ac ejus Rectores pro tempore conſtitutos Reverendiſſimo Domino Archiepiſcopo Metropolitanæ Eccleſiæ Strigonienſis in Hungaria moderno, & futuro; ac protectioni eorum tanquam Metropolitanis, ac Regni Hungariæ Primatibus commendarunt, apud eundem, eosdemque relinquentes collationem ipſius Capellæ, ſi Domum Fundatorum unquam in ſemine deficere con-

Digitized by Google

contigerit: ità tamen, quod quibuscunque eam contulerint, vel ante ipsos collata fuerit, Rectores contra quoslibet Turbatores in bonis, & juribus Capellæ tueantur. Si vero iidem Rectores negligentes rerum Divinarum, vel bonorum dissipatores fuerint reperti, ut meriti fuerint, puniantur, ac Sanctæ Synodo eorundem Dominorum Archiepiscoporum, semper interesse teneantur: in signum hujusmodi dispositionis, ac sperandæ protectionis ternos aureos justos Dominis Archiepiscopis offerent; ipsique Rectores non coram alio, quam Vicario Dominorum Archiepiscoporum, utpote quibus ipsa Capella dedicata, ac eorum Metropolitanæ Basilicæ annexa perpetuo ex voluntate fundatorum est, juribus adstare citati debeant, & Testamentorum suorum confirmationem petant. Et quoniam cura ædificii Capellæ, divinorumque solemnitates, & bonorum temporalium procurationes penes Rectores Fundatores relictas volunt, idcirco, ut Rector præsens, & futuri his, atque aliis curis sufficiant ad Divina in Capella continuanda, ultra personam suam tres Capellanos semper interteneant, eorumque victum diurnum Rectores administrent, justitiam faciant litigantibus, & Testamenta confirment, dispensentque res intestatorum, atque iidem Rectores altare in Capella existens conferendi jus habeant, ut eorum possessoribus numerus in Capella servientium augeatur: salvo tamen honore, & reverentia Præpositorum, & Capituli de Scepus. quam erga ipsos, Rectores, & ejus Collegæ, ut Superioribus exhibebunt. Nos igitur præmissorum petitionibus piis, & justis nomine memoratæ Dominæ Ducissæ, ac Dominorum Comitum Liberorum suorum, modo præmisso factis inducti, ut jugiter Dei Omnipotentis Gloria, nec non Glorioſissimæ V. M. ac Sanctorum Omnium in terris honor propagetur, religioseque observetur, limitationem, & ultimam dispositionem ipsorum Fundatorum super negotiis prædictis, Capellæ factis, in perpetuam rei firmitatem acceptavimus, & confirmavimus, imo acceptamus, & confirmamus, dando ex nostræ largitionis authoritate per merita passionis Christi, ac Beatissimæ V. M. Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, ac Sanctorum omnium vere pœnitentibus, & confessis absolutionem ab omnibus peccatis, & culpis, exequiis votorum casibus, quicunque eandem Capellam Corporis Christi, singulis annis ipso festo Corporis Christi devotissime eleemosynarum largitionibus, Missarumque celebrationibus visitaverint. Item elargimur, ut ejus Rectores a modo rubea cera tanquam honorati utantur, vocentur, & intitulentur Comites (h) Capellæ Corporis Christi. Nemo autem his nostris

(h) Hujusmodi Comes Capellæ Anno 1553. fuit Mathæus Zerdahelyi Lector Ecclesiæ Scepusiensis, qui harum, & superiorum literarum confirmationem ab Ferdinan-

conceſſis, ſub excommunicationis pœna irremiſſibili, contraire volens præſumat, Datum in Monaſterio (i) Noſthre XIII. Kalend. Maji. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini Julii Divina Providentia Papæ Secundi V. Anno MDXI.

XLVI.

Bulla Leonis X. Papæ, qua immunitates Præpoſitis Scepuſienſibus a Pio II. conceſſas revocat. Datum Romæ Anno Domini 1513. Edidit P. Carolus Peterffi Concil. Eccleſiæ Hung. Tom. I.

Leo Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Regimini Univerſalis Eccleſiæ præſidentes, de univerſis Orbis Eccleſiis, potiſſime Metropolitanis aſſidue cogitantes, quantum cum Deo poſſumus, diligenter operam adhibebimus; quod ipſæ ab indebitis gravaminibus releventur. Quare non debet reprehenſibile judicari, ſi Romanus Pontifex interdum, quæ a ſuis prædeceſſoribus ſunt geſta, ex ſanioris inſpectione judicii refutat, & immutat; prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem a felicis recordationis Pio Papa II. Prædeceſſore noſtro literæ emanarunt tenoris ſequentis:

Pius Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Paſtoralis Officii debitum nos excitat, & rationis ordo expoſcit, ut ea, quæ vetuſte pro commodo, & honore ſingularum Eccleſiarum, ac Prælatorum commoditate ex rationabilibus cauſis proceſſerunt, ac etiam animarum ſalutem, honeſtatemque concernunt, & hactenus obſervata ſunt, ne in contemptionem deveniant, Apoſtolico munimine, cum a nobis petitur, propenſius ſolidemus. Sane pro parte dilecti filii Johannis Stok, Præpoſiti Eccleſiæ S. Martini de Scepus, Strigon. Diœceſis, nobis nuper exhibita petitio continebat; quod per antiqua privilegia, & Inſtrumenta publica conſtat, qualiter Eccleſia prædicta, quæ

nando Rege impetravit. Cæterum annotaſſe juverit, piam hanc fundatorum mentem, non modo authoritate Strigonienſium Archiepiſcoporum, verum Regia etiam, ac Pontificia aliis uſibus jam dudum applicatam eſſe.

(i) Noſthre Cœnobium Ordinis D. Pauli I. Eremitæ haud procul Viſſegrado.

Digitized by Google

quæ nunc collegiata eſt, olim Cathedralis fuit, & præterea illius Præpoſitus pro tempore exiſtens ex antiqua approbata, & præſcripta conſuetudine omni anno, videlicet in Cœna Domini ante Summam Miſſam in majori porta Eccleſiæ, multitudine populi conferti de loco prædicto Scepus. congregata, juxta prædictam conſuetudinem cum ſuis paramentis, & ſolennibus orationibus, & aliis ad hoc pertinentibus, & conſuetis ſemel ſolenniter, & alias omni die, quando neceſſe fuerit per ſe, vel ejus Vicarium in Epiſcopalibus caſibus arthoritatem habet abſolvendi, ac in Capitulum, & clerum, nec non populum utriusque ſexus ejusdem loci plenariam jurisdictionem ordinariam in ſpiritualibus, & temporalibus: videlicet judicandi, inſtituendi, confirmandi, infirmandi, deſtituendi, & inſtandi, corrigendi, inquirendi, excommunicandi, & cenſuras Eccleſiaſticas exercendi, ſententias fulminandi, & relaxandi, Synodum convocandi, charitativum ſubſidium petendi, ac omnia alia, ac ſingula, quæ jurisdictionis ſunt ſpiritualis, exercendi; prout in quodam Inſtrumento publico, ſeu literis autenticis inde confectis, quorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, habere volumus pro expreſſis, plenius continetur; ſic, quod Capitulum, Clerus, & populus prædictæ Eccleſiæ ſubjecti, ſub omnimoda jurisdictione in Spiritualibus Præpoſito Scepuſienſi, pro tempore exiſtenti, de antiqua conſuetudine pleno jure fore dignoſcuntur; nullumque alium præter ipſum Præpoſitum, ſuperiorem habere recognoſcunt, & ipſi Præpoſito, tanquam eorum immediato ſuperiori obedientiam, & reverentiam debitam exhibere conſueverunt. Quare pro parte dicti Præpoſiti nobis fuit humillime ſupplicatum, ut conſuetudinem prædictam, ac illam concernentia omnia, & ſingula in Inſtrumentis, ſeu literis prædictis contenta, ad hoc, ut majoris roboris firmitatem obtineant, confirmare, & approbare, aliasque in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi ſupplicationibus inclinati conſuetudinem ipſam ratam, & gratam habentes, illam, ac omnia, & ſingula in Inſtrumentis, ſeu literis prædictis contenta hujusmodi, & quæcunque inde ſecuta, prout rite, & juſte proceſſerunt, authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, ratificamus, & confirmamus, ac præſentis ſcripti Patrocinio communimus, ipſamque conſuetudinem, ſicut hactenus eſt obſervata, perpetuis futuris temporibus obſervandam fore decernimus, & declaramus. Non obſtantibus conſuetudinibus Apoſtolicis, cæterisque contrariiis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtram approbationis, ratificationis, confirmationis, communionis, & declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſe noverit incurſurum.

Datum

Digitized by Google

Datum Mantuæ Anno Incarnationis Domini MCCCCLIX. XV. Kal. Decemb. Pontificatus noſtri Anno II.

P. B. Valleſtar.
Joann. de Collis.

Cum autem, ſicut accepimus, licet piæ memoriæ Nicolaus Papa V. etiam Prædeceſſor noſter Archiepiſcopo Strigonienſi, ſicut & pro tempore exiſtenti, jurisdictionem Primatiæ, & Legationis natæ, quibus Archiepiſcopus Strigonienſis exiſtens fungitur, approbans, & confirmans, eidem Archiepiſcopo pro tempore exiſtenti, quod in ſingulas Regni Hungariæ, & partium ei de jure, vel conſuetudine ſubjectarum, vel ſubjiciendarum Cathedrales etiam, Metropolitanas, ac alias, licet exemptas, Eccleſias, earumque perſonas eisdem quomodolibet ſubjectas, & ſubjiciendas tam Eccleſiaſticas, etiam exemptas, quam mundanas, omnimodæ poteſtati Primatiæ, & Legationis eorundem tam in foro conſcientiæ, quam contentioſo, cum honoribus, oneribus, & prærogativis debitis, & conſuetis, perpetuis futuris temporibus uti, & gaudere jurisdictionem, & legationem in prædictas libere exercere valeret, authoritate Apoſtolica conceſſerit, inter alia ipſum Archiepiſcopum de cauſis, quas intra limites legationis hujusmodi etiam per ſimplicem querelam coram eo, & Sede Strigonienſi moveri, aut verti contingeret, cognoſcere, & cognoſci facere, cauſasque hujusmodi committere, cæteraque omnia, & ſingula, quæ auhoritatem, officium, honorem Primatiæ, & Legationis hujusmodi de jure, aut conſuetudine, ac alias quomodolibet concernunt, facere, & exequi authoritate Apoſtolica, in ea parte ſibi ſpecialiter attributa poſſe, prout in diverſis ipſius Nicolai Prædeceſſoris litteris de ſuper confectis dicitur plenius contineri, ipſique Archiepiſcopi Strigonienſes, qui ex tunc fuerunt in poſſeſſione, ſeu quaſi præmiſſorum extiterint, prout dilectus Filius noſter Thomas Tit. S. Martini in Montibus Presbyter Cardinalis, qui Eccleſiæ Strigonienſi ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica præeſſe dignoſcitur, exiſtit, ac Præpoſitus Eccleſiæ Scepuſienſis hujusmodi pro tempore exiſtens, præfato Archiepiſcopo Strigonienſi ſubjectus exiſtat, & ad ejus Synodum accedere, atque oleum ſacrum, & Chriſma ab eo recipere, & alias eum in ſuum ſuperiorem recognoſcere, & ab eodem Archiepiſcopo inſtitui debeat; tamen dictus Præpoſitus prætextu litterarum Pii prædeceſſoris noſtri hujusmodi, Synodum etiam ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis congregare, ac in die Cœnæ Domini, multitudine populi congregata, Romanorum Pontificum ſolennibus orationibus præviis præfatum populum benedicere, & in caſibus reſervatis abſolvere, charitativum ſubſidium imponere, & exigere, de cauſis cognoſcere, & judicare,

Ca-

Digitized by Google

Canonicatus, & præbendas, & alia beneficia Eccleſiaſtica conferre, & in illis inſtituere, confirmare, & deſtituere, viſitare, corrigere, cenſuras fulminare, & omnia alia, quæ jurisdictionis exiſtunt, exercere præſummit in grave præjudicium Eccleſiæ Strigonienſis, ac præfati Thomæ Cardinalis, & Archiepiſcopi Strigonienſis pro tempore exiſtentis non modicum, & gravamen. Nos igitur attendentes, quod litera Pii Prædeceſſoris hujusmodi in enormem læſionem jurisdictionis ordinariæ, ac menſæ Archiepiſcopalis Strigonienſis cedat; ac volentes in præmiſſis ſalubre remedium adhibere, motu proprio, non ad dicti Thomæ Cardinalis, vel alicujus alterius pro eo nobis ſuper hoc oblatæ petitionis oblationem; ſed de noſtra mera libertate, ac ex certa ſcientia literas Pii Prædeceſſoris hujusmodi, omniaque, & ſingula in iis contenta, & abuſiones authoritate Apoſtolica tenore præſentium revocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus; ac omnino viribus evacuamus, easque nullius eſſe roboris, & momenti declaramus decernentes irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari; non obſtantibus præmiſſis, ac quibusvis aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ revocationis, caſſationis, irritationis, annullationis, declarationis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDXIII. Pridie nonas Maji. Pontificatus noſtri Anno I.

XLVII.

Bulla ejusdem Leonis X. Papæ, qua mandat Epiſcopis Vacienſi, Tranſilvano, & Cracovienſi, ut in uſu privilegiorum a Pio II. & Sixto IV. conceſſorum, Præpoſitos Scepus. conſervare adnitantur. Datum Romæ Anno Domini 1515.

EX AUTOGRAPHO.

Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabilibus Fratribus (k) Vacienſi, & Tranſilvanienſi, ac Cracovienſi Epiſcopis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Hodie a nobis emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis.

Leo

(k) Erat id temporis Epiſcopus Vacii Ladislaus Zalkanus, in Tranſilvania Franciſcus de Varda, Cracoviæ Joannes Konarsky.

Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ad noſtrum ſpectat officium ſuorum Prædeceſſorum inhærendo veſtigiis, illa, quæ per Epiſcopos Prædeceſſores laudabili, ac provida ratione, pro ſtatu, quiete, & juribus conſervandis, Perſonarum Eccleſiaſticarum geſta ſunt, ut majorem obtineant firmitatem, quo ſæpius fuerint Apoſtolico præſidio communita, ſui præſidii munimine roborare; prout id conſpicitur in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem felicis recordationis Pio Papæ II. Prædeceſſori noſtro pro parte tunc Præpoſiti Eccleſiæ S. Martini loci in Scepus. Strigonienſis Diæceſis expoſitum eſt; quod per antiqua Privilegia, & Inſtrumenta publica conſtabat, qualiter Eccleſia prædicta, quæ tunc collegiata erat, olim Cathedralis fuerat, & ideo Præpoſitus dictæ Eccleſiæ pro tempore exiſtens ex antiqua approbata, & præſcripta conſuetudine omni anno, videlicet: in die cœnæ Domini ante ſummam Miſſam in majori porta dictæ Eccleſiæ magnitudinem, & multitudinem populi confeſſi comitatus in Scepus. hujusmodi congregatam, juxta conſuetudinem prædictam cum ſuis paramentis, & ſolennibus orationibus, ac aliis ad id pertinentibus, & conſuetis ſemel ſolenniter & alias omni die, quando neceſſe foret, per ſe, vel per ſuum Vicarium, in Epiſcopalibus caſibus authoritatem habebat abſolvendi, ac in capitulum, ac clerum; nec non populum utriusque ſexus ejusdem loci plenam jurisdictionem ordinariam in ſpiritualibus, & temporalibus videlicet judicandi, inſtituendi, & confirmandi, infirmandi, deſtituendi, viſitandi, corrigendi, inquirendi, excommunicandi, & cenſuras Eccleſiaſticas exercendi, ſententias fulminandi, & relaxandi, Synodum convocandi, charitativum ſubſidium petendi, ac omnia, & ſingula, quæ jurisdictionis erant, exercendi, ſiquidem capitulum, clerus, & populus dictæ Eccleſiæ ſubjecti ſub omnimoda jurisdictione in Spiritualibus Præpoſito, pro tempore exiſtenti, dictæ Eccleſiæ de antiqua conſuetudine pleno jure fore dignoſcebantur, nullumque alium, præter eundem Præpoſitum, in eorum ſuperiorem recognoſcebant, & ipſo Præpoſito tanquam immediato ſuperiori, obedientiam, & reverentiam debitam exhibere conſueverant; idem Pius Prædeceſſor conſuetudinem hanc ratam, & gratam habens, ac omnia, & ſingula in Inſtrumentis, ſeu Privilegiis prædictis contenta, ac quæcunque inde ſecuta, prout rite, & juſte proceſſerant, authoritate Apoſtolica approbavit, & confirmavit; ipſamque conſuetudinem, ſicut eatenus erat obſervata, perpetuis futuris temporibus obſervandam fore decrevit, & declaravit; & deinde piæ memoriæ Sixto Papæ IV. etiam Prædeceſſori noſtro præmiſſis expoſitis, idem Sixtus Prædeceſſor nonnulla alia indulta, per ſuas litteras eidem conceſſit; prout in ſingulis litteris prædictis plenius continetur. Cum autem, ſicut exhibita nobis pro parte dilecti Filii Joannis Horvath, moderni Præpoſiti dictæ Eccleſiæ petitio continebat, ipſe cupiat litteras, ac authoritatem, poteſtatem, & jurisdictionem, nec non omnia, & ſingula prædicta

Digitized by Google

cta pro illorum ſubſiſtentia firmiori, perpetuæ firmitatis robur obtinere, pro parte ejusdem Joannis aſſerentis litteras prædictas eſſe in uſu, ſeque tanquam Præpoſitum dictæ Eccleſiæ exercendi, prædicta omnia in poſſeſſione fore, nobis humiliter ſupplicatum eſt, ut litteris, ac authoritati, poteſtati, & jurisdictioni; nec non omnibus in eisdem litteris contentis, robur noſtræ approbationis adjicere, aliisque mediis opportunis præmiſſis providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque præfatum Johannem, a quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliisque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtat, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, litteras tam Pii, quam Sixti Prædeceſſorum noſtrorum hujusmodi, ac authoritatem, & jurisdictionem prædictas; nec non omnia, & ſingula in dictis literis contenta; ita, quod Joannes, & ſucceſſores præfata jurisdictione, poteſtate, & authoritate, ac omnibus juribus in ſingulis literis prædictis contentis uti, illaque exercere libere, & licite poſſint, & valeant, authoritate Apoſtolica præfata tenore præſentium confirmamus, & approbamus, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Eccleſiæ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus. Privilegiis quoque, ac ſtatutis, & literis Apoſtolicis quibusvis perſonis, etiam dilecto Filio noſtro Thomæ Tit. S. Martini in montibus Presbitero Cardinali, ac ſedis Apoſtolicæ in partibus illis, etiam ratione Eccleſiæ Strigonienſis, cui ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica, præeſſe dignoſcitur, nato legato; per quas literas Pii Prædeceſſoris præfati tanquam in præjudicium Archiepiſcopi, tanquam legati nati ſecus fieret, irritum, & inane decrevimus per nos, ſeu ſedem Apoſtolicam, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam cum quibusvis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, fortioribus, efficacioribus, & inſolitis conceſſis, & concedendis, ac eidem Joanni Præpoſito intimatis, quibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica expreſſa — — ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut alia quævis exquiſita forma ſervanda foret, eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus; cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, efficationis, approbationis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eate-

Digitized by Google

nus noverit ſe incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDXV. V. Idus Julii, Pontificatus noſtri Anno III.

Quocirca fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, vel unus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios literas prædictas, ac omnia, & ſingula in eis contenta, ubi, quando, & quoties opus fuerit, ac pro parte dicti Joannis, & pro parte exiſtentis Præpoſiti dictæ Eccleſiæ deſuper fueritis requiſiti, ſolenniter publicantes, ac ei in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciatis literas prædictas, & in eis contenta, quæcunque inviolabiliter obſervari; non permittentes eum contra litterarum noſtrarum tenorem per quoscunque, cujuscunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ exiſtant, deſuper quomodolibet indebite moleſtari, ſeu perturbari, ipſumque Joannem, ac alios Præpoſitos dictæ Eccleſiæ, non ſolum ſub cenſuris Eccleſiaſticis, ſed etiam pœnis pecuniariis fabricæ Principis Apoſtolorum de urbe applicandis in præmiſſis tueri, ac defendere authoritate noſtra, apellatione poſtpoſita, compellendo, invocato etiam, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus omnibus ſupradictis, ſeu, ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſede ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDXV. V. Idus Julii, Pontificatus noſtri Anno III.

XLVIII.

Literæ conventus de Jászó, continentes faſſionem Joannis Henckel, Archidiaconi de Thorna ſuper ultima voluntate Chriſtophori de Zemenchen, Lectoris Eccleſiæ Scepuſienſis. Datum Anno Domini 1522.

EX APOGRAPHO.

Nos Petrus de Caſſovia Artium liberalium Magiſter Præpoſitus, & conventus Eccleſiæ B. Joannis Baptiſtæ de Jáſzó memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit, univerſis: Quomodo Venerabilis Dominus Magiſter Joannes Henckel de Leucſchovia, Archidiaconus de Thorna, noſtri veniendo in præſentiam, nobis ſignificare curavit in hunc mo-

Digitized by Google

modum: Quod licet Venerabilis olim Dominus Chriſtophorus de Zemenchen Lector, & Canonicus Eccleſiæ Scepuſienſis, tempore ultimæ ſuæ voluntatis ſuperioribus temporibus, ſcilicet circa feſtum B. Mathiæ Apoſtoli, in anno, cujus jam quarta, vel citra inſtaret revolutio, tranſacto præteritum coram ipſo Domino Joanne Henckel, tanquam Principali teſtamentario, ac Venerabilibus Dominis Stanislao Artium Liberalium Doctore, Cuſtode, & Concanonico dictæ Eccleſiæ Scepuſienſis, veluti Notario Apoſtolico, Laurentio de Igló Prædicatore de Késmárk; nec non diſcreto Joanne literato de Várallya quandam teſtamentariam fecerit legationem; ac univerſas, & quaslibet totales portiones ſuas poſſeſſionarias — — honorabili capitulo annotatæ Eccleſiæ Scepuſienſis, ac Dominis Canonicis pro tempore in eodem conſtitutis, & Deo jugiter famulantibus vigore cujusdam publici Inſtrumenti ſuperinde confecti, in perpetuam eleemoſinam dederit, donaverit, & perennaliter contulerit, inſcripſeritque; prouti in quibusdam aliis literis ſuperinde emanatis clarius, & liquidius contineretur. Verum aliquibus negotiis ipſis teſtamentariis non ſolum intentis, & occupatis; verum etiam univerſæ carnis viam ingreſſis, de hujusmodi teſtamentaria legatione ipſius quondam Domini Chriſtophori lectoris non potuiſſe hactenus faſſionem facere, petens debita cum inſtantia idem Dominus Magiſter Joannes Henckel, Archidiaconus de Thorna in ſua, ac Egregiorum Michaelis Pannonii Artium Liberalium, & Medicinæ Doctoris, Benedicti de Szent Maria Secretariorum Spectabilum, & Magnificorum Dominorum Joannis, & Georgii de Zápolya Comitum Perpetuorum Terræ Scepus., & Magiſtri Bernardi de Szentiványi Prædictæ Eccleſiæ Scepuſienſis Canonici nominibus, & in perſonis conteſtamentariorum ſcilicet, & coexecutorum ſuorum, in dicto capitulo prædictæ Eccleſiæ Scepuſienſis literas ſuperinde fiendas, ad faſſionem ſuam per nos dare dignaremur juris ejusdem ad uberiorem cautelam. Unde nos eidem capitulo Eccleſiæ Scepus. ad faſſionem prædicti Domini Magiſtri Joannis Henckel, Archidiaconi præſentes literas noſtras ſuperinde fiendas, ſigillo noſtro autentico ſignatas, duximus concedendas juris ipſorum ad cautelam; jureque, & juſtitia mediante. Datum Sabbatho proximo poſt feſtum Aſcenſionis Domini Anno ejusdem MDXXII.

Digitized by Google

XLIX.

Literæ Ferdinandi Regis ad Caſtellanos Scepuſienſes, & exercitibus Præfectos, ut Præpoſito, & Parochis Scepus. damna non inferant; ſed eos defendant. Datum Pragæ Anno Domini 1530.

EX APOGRAPHO.

Ferdinandus Dei Gratia Rex Hungariæ &c. Fidelibus noſtris egregiis ac ſtrenuis Caſtellanis Arcis Scepus. Exercituumque noſtrorum Præfectis præſentibus, & futuris ſalutem, & gratiam. Quoniam nos fidelem noſtrum Reverendum Joannem Præpoſitum Eccleſiæ D. Martini Terræ Scepus. ſimul cum omnibus bonis, ac rebus, ac Presbyteris jurisdictioni ſuæ ſubjectis, in noſtram Regiam receperimus protectionem, & tutelam ſpecialem: Nolentes itaque per quempiam ipſum, aut ſuos Plebanos, & Presbyteros impediri turbari moleſtari, ſeu damnificari permittere, harum ſerie ſub pœna indignationis noſtræ, fidelitati veſtræ mandamus firmiſſime: ne Præpoſitum D. Martini Terræ Scepuſienſis, ac Plebanos ejusdem jurisdictioni ſubjectos moleſtare, aut damnificare audeatis. Quod ſi quis contra vos ex iis exceſſerit, non via facti; ſed coram præfato Præpoſito eorum Prælato, jure requiratis, & vobis juſtitia non deerit; quin potius ab omnibus impetitoribus eos tueri, & defendere debeatis. Secus facere ſub pœna præmiſſa non auſuri. Datum Pragæ feria 2da. proxima poſt Dominicam Palmarum Anno Domini MDXXX.

L.

Franciſcus de Bachya ab Joanne Rege nominatus Præpoſitus Scepus. conſtituit ſuum per Scepuſium Vicarium Georgium Levvdiſicz. Dat. Budæ Anno Domini 1533.

EX AUTOGRAPHO.

Franciſcus de Bachya Præpoſitus Scepuſienſis, Secretarius Sereniſſimi Domini, Domini Joannis Dei Gratia Regis Hungariæ &c. Univerſis, & ſingu-

Digitized by Google

gulis Lectori, Cantori ac aliis dignitatibus, & Canonicis; item Plebanis, Rectoribus Altarium, cæterisque personis Ecclesiasticis ad Præposituram S. Martini Ecclesiæ Scepusiensis pertinentibus, Dominis Amicis, & Fratribus Salutem, & Fraterni amoris incrementum. Venerabiles Domini Fratres, & amici honorandi. Quam multæ calamitates, & ruinæ per has procellas bellicas, quæ in hoc Regno Hungariæ, his retro annis propter pernicioſas infidelium Majestatis Regiæ, Domini nostri Clementissimi factiones, non solum in facultatibus vestris, sed etiam in rebus Divinis, & usque adeo in administratione juris, & justitiæ consecutæ sint, omnibus vobis sunt manifestæ. Certe pro mea virili, posteaquam Præpositura Scepusiensis propter immanem, & ignominiosam proditionem atque ingratitudinem erga eundem Serenissimum Dominum nostrum, Joannis de Lompnycza, per eundem Sereniſſimum Principem mihi fuit collata; fui sæpe conatus obviam ire, & vos, negotiaque vestra, si quæ per hæc tempora turbulenta judicanda emersissent, alicujus boni viri ministerio committere; sed expectabam, quo hæ dissensiones sedarentur, & aliqua futuræ pacis spes effulgeret, ut solus ipse una vobiscum de hac re tractare possem: Sed quoniam Deus Altissimus ex sua immensa pietate id, quod tantopere expectabamus, misertus conditionis afflictorum suorum, jam nobis elargitus est, paxque certissima inter hos Principes concluſa esse nuncietur, non putamus esse differendum, præsertim, cum intelligamus adversarium nostrum nihil ex suæ naturæ artibus prætermittere, & multa mala, quorum est artifex, ut vos in vera fide, honestoque officio vestro pessumdet, quotidie inter vos spargere; decrevi interim honorabilem Dominum Georgium Levvdificz Canonicum Ecclesiæ Scepusiensis, & Plebanum civitatis Késmárk, de cujus eruditione, & virtutibus multi amicorum mihi prædicarunt, in vicarium meum constituere, quo interim illis defectibus, qui inter vos emergunt, vel fortassis superioribus temporibus emersissent, juridice medeatur, & disponat; prout eundem Dominum Georgium in vicarium meum, & locum tenentem constituo, vobisque in rebus, & negotiis, quæ ad vicarii officia pertinent, audiendum præsento. Quare Dominationibus, & Fraternitatibus vestris, & vestrum cuilibet harum serie committo, ut eidem Domino Georgio, uti vero, & legitimo vicario vestro obedientes sitis; & universos proventus ratione dictæ Præpositurae ex medio vestri provenientes, ad manus ejus, aut cujus ipse commiserit, administretis, in aliis quoque omnibus negotiis eo honore, & ea reverentia eundem audiatis, quibus a bonis, & fidelibus personis Ecclesiasticis legitimum suum vicarium decet, & conveniens est audiri; secus nullo modo facturi. Datum Budæ Sabbatho proximo post Festum Divisionis Apostolorum. Anno Domini MDXXXIII.

LI.

Digitized by Google

LI.

Franciſcus de Nagy Köröſs nominatur Lector Capituli Scepus. & Rector Sacelli ſanctiſſimi Corporis Chriſti. Datum Varadini Anno Domini 1537.

EX APOGRAPHO.

Nos Joannes Dei Gratia Rex Hungariæ &c. Memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit, univerſis: Quod nos inducti meritis, & virtutibus, ac literalis ſcientiæ ſufficienti peritia, cæterisque animi dotibus fidelis noſtri venerabilis Franciſci de Nagy Köröſs, quibus ipſe apud Majeſtatem noſtram fide digno Teſtimonio meruit commendari: eundem igitur tanquam perſonam idoneam, & bene meritam ad Lectoratum, Canonicatum Eccleſiæ Scepuſienis; nec non Rectoratum Capellæ noſtræ ad latus ejusdem Eccleſiæ Scepuſienſis conſtructæ, ſimul cum poſſeſſionibus —— aliisque bonis temporalibus, ad eosdem Lectoratum, Canonicatum, & Capellam pertinentium, Authoritate Juris Patronatus noſtri Regalis, quod generaliter in omnibus Eccleſiis Regni noſtri, more præcedentium noſtrorum Divorum Hungariæ Regum habere dignoſcimur, duximus eligendum, nominandum, & præſentandum, eosdemque Lectoratum, Canonicatum, ac Rectoratum Capellæ eidem dandum, & conferendum. Imo eligimus, nominamus, & præſentamus, ac damus, conferimus harum noſtrarum vigore, & Teſtimonio literarum mediante. Quo circa vobis fidelibus noſtris, Reverendo Præpoſito dictæ Eccleſiæ Scepuſienſis pro tempore conſtituto; nec non honorabilibus Vicario, Cuſtodi, Cantori, ac toti Capitulo ejusdem Eccleſiæ, harum ſerie committimus, & mandamus; quatenus vos vicarie præfatum Franciſcum Nagy Köröſy in dictos Lectoratum, Canonicatum, ac Rectoratum Capellæ, canonice inſtituere, in iisdemque ipſum confirmare: committentes nihilominus præfato Capitulo, quibus & nos ſerie præſentium committimus ſtrictius, & mandamus, ut præfatum Franciſcum Nagy Köröſy, aut ejus nomine Procuratorem ſuum, in, & ad realem, pacificamque poſſeſſionem eorundem Lectoratus, Canonicatus, & Rectoratus Capellæ, aliorumque bonorum temporalium eorundem admittere, ac acceptare, Sellamque ſibi in choro, ac vocem, & locum in Capitulo, juxta ſuæ dignitatis indigentiam cum omni plenitudine Juris Canonici aſſignare, de univerſis etiam proventibus, & emolumentis, ac obventibus dictorum Lectora-

Digitized by Google

ctoratus, Canonicatus, & Rectoratus Capellæ, eidem Franciſco Nagy Körösſy, aut ejus nomine Procuratori ſuo legitimo, & nemini alteri reſpondere. Et per hos, quorum intereſt, vel intererit, reſponderi facere, modis omnibus debeatis, & teneamini. Nec ſecus facturi. Datum Varadini in Vigilia Feſti Beati Laurentii Martyris. Anno ab Incarnatione Domini MDXXXVII.

LII.

Mandatum Ferdinandi Regis Hung. ad Comit. Alexium Turzo, & Mathiam Loboczky, ut contra adverſarios tueantur Capitulum Scepuſienſe. Datum Viennæ Anno Domini 1542.

EX APOGRAHPO.

Ferdinandus Divina favente Clementia Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex ſemper Auguſtus, Infans Hiſpaniarum, Archidux Auſtriæ &c. Spectabili, & Magnifico Comiti Alexio Thurzo de Bethlemfalva, Judici Curiæ, & locum tenenti noſtro, ac egregio Mathiæ Loboczky de Kamenyicze noſtro Conſiliario, fidelibus dilectis Salutem, & Gratiam. Quoniam nos fideles noſtros honorabiles Capitulum Eccleſiæ Scepus. bonaque omnia in noſtram recepimus protectionem, & tutelam; in perſonaque noſtra eadem tutelæ veſtræ duximus injungenda, prout injungimus, mandantes vobis, ut ipſos Capitulares, ac bona eorum univerſa, quæ bono jure poſſident, contra omnem violentiam, illegitimamque impeditionem, atque infeſtationem curetis tuenda, authoritate noſtra Regia præſentibus vobis in hac parte plenarie conceſſa. Secus non facturi. Præſentibus perlectis exhibenti reſtitutis. Datum Viennæ IX. Julii Anno Domini MDXLII.

LIII.

Stanislaus Varallyi Epiſcopus Quinqueeccleſ. & Præpoſitus Scepus. Clerum ſuæ jurisdictioni ſubjectum evocat ad Synodum. Datum Anno Domini 1545.

EX AUTOGRAPHO.

Stanislaus Divina miſeratione Epiſcopus Quinqueeccleſienſ. Præpoſitus hujus Almæ Eccleſiæ Scepuſienſis, ac Conſiliarius Regiæ Majeſtatis &c. Uni-

Digitized by Google

verſis, & ſingulis Honorabilibus, ac Venerabilibus Viris, Dominis Eccleſiarum Parochialium Plebanis, Rectoribus Altarium, & Sacellorum, ac ceteris omnibus in dignitate, & officio ſacerdotali exiſtentibus, in, & ſub jurisdictione noſtra præpoſiturali commorantibus, Fratribus noſtris, in Chriſto Jeſu chariſſimis, ſalutem in Domino ſempiternam. Quia nos de conſenſu, & voluntate Venerabilium Dominorum Canonicorum dictæ Eccleſiæ noſtræ Scepuſienſis, Fratrum noſtrorum, de reformandis moribus perverſorum, corrigendisque exceſſibus ſubditorum Eccleſiæ noſtræ, Sanctorum Patrum veſtigia ſequendo, ſynodalem convocationem univerſo Clero noſtro facere, & celebrare decrevimus; ut per ſalubres exhortationes, inſtitutionesque ſynodales, & canonicas monitiones vitia extirpentur, virtutes inſerantur, & actus pravi comprimantur, diſciplinæque, & æquitatis norma recto ordine dirigantur, ſtatusque Eccleſiæ noſtræ prædictæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ reformentur. Quare vobis Dominis ſupradictis indicimus per præſentes, & notificamus: quod anno in præſenti die Dominica proxima poſt Octavas Corporis Chriſti nunc affuturas, aliisque diebus immediate ſequentibus ad id aptis, & ſufficientibus in prædicta Eccleſia noſtra Scepuſienſi, auxiliante, & opitulante Domino Deo, ſancta Synodus celebrabitur. Vos igitur omnes, & ſingulos Dominos ſupradictos præſentium ſerie primo, ſecundo, tertio, & peremptorio termino requirimus, monemus, hortamurque in Domino, & nihilominus authoritate noſtra Paſtorali, qua in præſentiarum, licet immeriti, fungimur, vobis, & cuilibet veſtrum in ſolidum in virtute ſalutaris obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna diſtricte committimus, & mandamus; quatenus ad eandem ſanctam Synodum in Dominica præſcripta, & diebus ſequentibus in ipſa Eccleſia noſtra Scepuſienſi celebrandam, ſub pœnis præſcriptis, quas vos, & quemlibet veſtrum, niſi feceritis, quæ nos mandamus, incurrere volumus ipſo facto, propriis in perſonis vos præſentando, in habitibus ſtatui veſtro congruentibus, convenire ſtudeatis, occaſione, excuſationeque quibuslibet procul motis; ſtatuta ſynodalia, pia monita, & exhortationes ſalutiferas ibidem proponendas audituri, & ſtudioſe attenturi, & de titulo beneficiorum, & ordinationum veſtrarum, qui ſuper hoc requiſiti fueritis, plenam fidem facturi, & tandem Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ad propria feliciter migraturi. Et ut nemo per velamen excuſationis ſuæ ſe aliquatenus poſſit excuſare, patentes has Sigillo noſtro, quo utimur, conſignatas, ad valvas hujus almæ Eccleſiæ noſtræ Scepuſienſis applicari juſſimus, & mandavimus, quas ſub dicta excommunicationis latæ ſententiæ pœna, ſine noſtra licentia ſpeciali, nemo audeat removere modo aliquali. Datum in Curia noſtra præpoſiturali in Dominica Rogationum, Anno Verbi incarnati MDXLV.

Idem Quinqueeccleſienſis Manu propria.

LIV.

Digitized by Google

LIV.

Mandatum Ferdinandi ad Stanislaum Thurzo Comitem Scepuſienſem, ut res ex Præpoſitura Scepus. ablatas reſtituat. Datum Viennæ Anno Domini 1560.

EX APOGRAPHO.

Ferdinandus Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ Rex &c. Fideli noſtro Magnifico Stanislao Thurzo, Comiti Comitatus Scepuſienſis, Salutem, & Gratiam. Expoſitum eſt Majeſtati noſtræ in perſona Nobilis Dominæ Annæ, Relictæ quondam Joannis Bodogh, Sororis fidelis noſtri Reverendi, quondam Blaſii de Varadino Petri, Epiſcopi Vacienſis, ac Præpoſiti Scepuſienſis; quemadmodum tu defuncto Epiſcopo noſtro dicto Vacienſi, ſtatim univerſas res ejus in Præpoſitura ſua Scepuſienſi exiſtentes, in arcem iſtam tuam Scepuſienſem adduci feciſſes, ac ab eo tempore omnes Proventus quoque illius Præpoſituræ percepiſſes, ſupplicando Majeſtati noſtræ humillime, ut ei ſuperinde gratioſe providere dignaremur. Quare nos ſupplicatione ejusdem clementer exaudita, quoniam nos teſtamentum præfati Epiſcopi Vacienſis clementer confirmavimus, nolumusque eandem Dominam rebus Fratris quondam ſui, ſibi per eum legatis privari, fidelitati tuæ harum ſerie firmiſſime committimus, & mandamus, quatenus acceptis præſentibus, dictæ Dominæ univerſas res per te ablatas, cujuscunque materiæ exiſtant, ſtatim, & ſine ulla difficultate integre, & ſine omni defectu reddere, ac reſtituere; reliquos autem Proventus ejusdem Præpoſituræ poſt mortem memorati Epiſcopi Vacienſis per te perceptos, futuro Præpoſito Scepuſienſi reſignare debeas, & tenearis, ſecus nullo modo facturus. Præſentibus perlectis exhibenti reſtitutis. Datum Viennæ XIX. die Aprilis Anno Domini MDLX.

Digitized by Google

LV.

Literæ Nicolai Archiepiſcopi Strigonienſ. quibus Petrum Paulinum confirmat in Præpoſitura Scepuſienſi. Datum Tyrnaviæ Anno Domini 1560.

EX APOGRAPHO.

Nicolaus Olahus miſeratione Divina Archiepiſcopus Eccleſiæ Metropolitanæ Strigon. locique ejusdem Perpetuus, ac Comitatus Hontenſis Comes, Primas Hungariæ, ſacræ Sedis Apoſtolicæ Legatus Natus, Summus, & Secretarius Cancellarius, ac Conſiliarius Sacratiſſimæ Cæſareæ Majeſtatis &c. Tibi Reverendiſſimo in Chriſto Fratri noſtro, Petro Paulino Præpoſito Collegiatæ, & Filialis Eccleſiæ noſtræ S. Martini de Scepuſio ſalutem, & paternam in Domino benedictionem. Cum literas Excellentiſſimi Principis, & Domini Ferdinandi divina favente clementia electi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, ac Germaniæ, Hungariæ &c. Regis, Domini noſtri clementiſſimi, in duplici papyro patenter confectas, ac ſuæ Majeſtatis ſecreto Sigillo impreſſive, manusque ſubſcriptione corroboratas, & nobis per te exhibitas, & præſentatas honore, ac reverentia, quibus decuit, recepimus ſignificantes: Qualiter ſua Cæſarea Majeſtas, authoritate Juris Patronatus ſui Regii, quod generaliter in omnibus Regni ſui Hungariæ Eccleſiis habet, de Præpoſitura præfatæ collegiatæ, & filialis Eccleſiæ noſtræ S. Martini de Scepuſio Diœceſis, & jurisdictionis noſtræ Strigonienſis per mortem, & deceſſum Venerabilis quondam Blaſii de Varadino Petri, ejusdem Præpoſituræ ultimi, & veri poſſeſſoris de jure, & de facto vacantis tibi providiſſet; nosque tu humiliter petiiſſes, ut hujusmodi præſentationem, & collatitionem authoritate noſtra ordinaria, qua fungimur, admittere, acceptareque, ac tibi de eadem Præpoſitura providere, teque in ipſa, omnibusque juribus, bonis, & pertinentiis ſuis canonice inſtituere, & confirmare vellemus; nos tametſi ſuper collatione ejusdem Præpoſituræ optimum jus habere dignoſcamur, viſis tamen literis ſuæ Majeſtatis Cæſareæ, uti Domini clementiſſimi, hortationi, & commiſſioni ejusdem; ſine tamen præjudicio futuro jurium Eccleſiæ noſtræ, obedientur obtemperantes, inducti etiam virtutibus & meritis tuis, doctrina item, & eruditione non vulgari, vitaque, & converſatione honeſta, quibus te ab Altiſſimo præditum eſſe, propria noſtra experientia cognovimus, petitione hujusmodi tua in hac parte in-

Digitized by Google

inclinati, de Præpoſitura Scepuſienſi, tibi tanquam perſonæ idoneæ, ac bene meritæ, præfata authoritate noſtra ordinaria duximus providendum; illamque tibi dandam, & concedendam; imo providemus, damus, & conferimus per præſentes, teque coram nobis perſonaliter conſtitutum, invocata S. Spiritus gratia, in eadem Præpoſitura canonice inſtituimus, confirmamus, & per Bireti noſtri capiti tuo impoſitionem præſentialiter inveſtimus, curam, & adminiſtrationem ejusdem in ſpiritualibus, & temporalibus tibi plenariam committentes; recepto tamen prius a te juramento corporali ad ſancta Evangelica Dei tacta manibus tuis, præſtando quodamodo, ut antea nobis, nec non ſucceſſoribus noſtris Dominis Archiepiſcopis legitime intrantibus, noſtrisque, & eorundem in ſpiritualibus Vicariis Generalibus pro tempore conſtitutis, in omnibus fidelis, & obediens eris, neque conſenties, ubi de periculo vitæ, aut mala captione noſtra, damno item, injuria, præjudicioque agetur noſtro, & præfatæ Eccleſiæ noſtræ, matris tuæ Strigonienſis, neque adverſus jura, privilegia, prærogativas, immunitates, libertates, & laudabiles conſuetudines ejusdem Eccleſiæ noſtræ dicto, aut facto venies, aut facies; ſed ea omnia obſervabis, defendes, & quantum in te erit, etiam per alios obſervari facies; ad Synodum, aut alio quovis modo per nos vocatus venies ſemper, conſilia, ac ſecreta noſtra tibi a nobis per Nuncium, aut Nuncios, aut literas, aut alia commiſſa nemini pandes; res præterea, ac bona, & jura quælibet Eccleſiæ tuæ Scepuſienſis conſervabis, defendes, & tueberis, neque diſtrahes, alienabis, aut deſolabis: quin potius diſtracta, & alienata pro ſuo poſſe recuperabis, divinis officiis ut rite, devote, ac debito modo in Eccleſia tua Scepuſienſi peragantur, & continuentur, & non negligantur, intermittanturve, omni poſſe ſuperintendes, ac providebis. Plebanos etiam tibi, ac Præpoſituræ tuæ annexos, & ſubjectos ſecundum ſacros Canones, locis, & temporibus debitis perſonaliter viſitabis, aut ſi præpeditus canonica præpeditione fueris, per Vicarium tuum viſitari, & ad miniſteria Eccleſiaſtica doceri facies; ſimul aliis muniis, & officiis tuis tanquam Vicarius in ipſa Eccleſia Scepuſienſi in ſpiritualibus noſter, ſumma cura, ac diligentia, quoad ejus fieri poterit, providebis. Quo circa honorabilibus in Chriſto Fratribus noſtris: Vicario, Lectori, Cantori, Cuſtodi, ceterisque Canonicis, & Capitularibus dictæ Eccleſiæ Scepus. in virtute ſanctæ Obedientæ committimus, & mandamus, quatenus acceptis præſentibus, te præfatum Petrum Paulinum in realem, ac pacificam poſſeſſionem dictæ Præpoſituræ admittere, ac ſtallum in choro, vocemque, & locum in Capitulo ſecundum dignitatem tibi convenientem adſignare, de omnibus etiam Proventibus dictæ Præpoſituræ tuæ tibi & nemini alteri, vel tuo nomine Procuratori tuo legitimo integraliter reſponderi faciant, & teneantur, locis debitis, & temporibus ſemper opportunis. In quorum fidem, &

Digitized by Google

teſtimonium præmiſſorum, præſentes literas noſtras exinde fieri, Sigillique noſtri majoris impreſſione fecimus communiri, quas exhibenti poſt earum lecturam reddi ſemper volumus. Datum Tyrnaviæ die 1ma Menſis Maji Anno Domini MDLX. Archiepiſcopatus autem noſtri anno VIII.

LVI.

Petri Paulini Epiſcopi Csanadienſis, & Præpoſiti Scepus. literæ, quibus Concilium ſuo Clero indicit. Datum Anno Domini 1560.

EX AUTOGRAPHO.

Petrus Paulinus Divina favente miſeratione electus Epiſcopus Eccleſiæ Chanadienſis, Præpoſitus hujus almæ Eccleſiæ Scepuſienſis, Conſiliarius, & ſupremus ſacratiſſimæ Cæſareæ, Regiæque Majeſtatis Capellanus &c. Univerſis, & ſingulis Venerabilibus, Honorabilibus, & Diſcretis Viris, Dominis ſeptem Fraternitatum: (1) viginti quatuor Regalium Oppidorum; Superioris & Inferioris Hernad, Superioris, & Inferioris Poprad, nec non diſtrictuum Dunaiecz & Lyblovienſis Senioribus, & Conſenioribus, Rectoribus Altarium, & Sacellorum, ac ceteris omnibus in dignitate, & officio ſacerdotali exiſtentibus in, & ſub jurisdictione noſtra ſpirituali commorantibus, Fratribus noſtris in Chriſto Jeſu dilectiſſimis, ſalutem in Domino ſempiternam. Etſi Deus optimus maximus, in cujus conſpectu ambularent Patres, & Majores noſtri, ab univerſa ſocietate humana nihil æque requirat, atque ut unusquisque mortalium vocationi ſuæ, in qua vocatus eſt, ſummo ſtudio enitatur facere ſatis; in ſacris tamen literis eſt perquam manifeſtum, a nemine id ſuam divinam Majeſtatem impenſius requirere, atque ab iis, quibus in Eccleſia ſua ſancta pretioſiſſimi unici Filii ſui Sanguine acquiſita, ſeipſum modo quodam ſpeciali in peculium, & hæreditatem dare non eſt dedignatus; oviumque ſuarum fidam cuſtodiam in per-

(1) Ex his Fraternitatibus hodie, quamvis mutato nomine, quinque ſuperant; nempe Decanatus Dunajeczenſis, Superioris, & Inferioris Hernadi, Superioris, & Inferioris Popradi. XXIV. Regalium Fraternitati, quæ dudum concidit, & Lublovienſi, quæ, ut alias monui, ad Diœceſim Cracovienſem avulſæ, ſucceſſiſſe dici poteſt Decanatus Montanus, & Græci Ritus Unitorum.

Digitized by Google

perſona Principis Apoſtolorum tam ſolicite inculcando comendavit. Hinc eſt, cum præordinatione divina, & ſacratiſſimæ Cæſareæ, Regiæque Majeſtatis Domini noſtri clementiſſimi juſſu, ac voluntate Eccleſiæ hujus Scepuſienſis proviſio, & principalis cura nobis, licet indignis, ſit demandata, ac a noſtro ſuperiore Archiepiſcopo Metropolitanæ Eccleſiæ Strigonienſis, cujus jurisdictioni a noſtris Majoribus ſubjecta eſt, id accepimus in mandatis; ut ſanctorum Patrum veſtigiis inhærendo, juxta laudabilem antiquam, & ſacroſanctam Eccleſiæ Catholicæ conſuetudinem jam inde ab Apoſtolis ad hæc usque noſtra calamitoſa tempora ſemper in Eccleſia Dei inconcuſſe obſervatam, Cooperatores, & Comminiſtros, ac Fratres noſtros chariſſimos ad nos in unum convocaremus, ſeu convocari faceremus, iisdemque nos eorum novum propoſitum, & illi viciſſim noſtros ſeſe nobis Cooperatores mutua charitate ultro, citroque agnoſcendos præberemus, & de noſtra vocatione, deque ovium fidei noſtræ commiſſarum cura, in timore Dei conferremus, defectus item, atque gravamina, ſi quæ forte a Fratribus proponerentur, cognoſceremus. Quare de conſenſu, atque voluntate Venerabilium Dominorum Canonicorum dictæ Eccleſiæ noſtræ Scepuſienſis, Fratrum noſtrorum, vos omnes, & veſtrum ſingulos ſupradictos Dominos præſentium ſerie pro primo, ſecundo, tertio, & peremptorio termino requirimus, monemus, hortamurque in Domino; & nihilominus authoritate noſtra, qua licet immenſi hac in parte fungimur, in virtute ſalutaris obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna diſtricte committimus, & mandamus, quatenus acceptis præſentibus, ad decimum quintum diem, qui erit feria tertia proxima poſt feſtum Pentecoſtes immediate venturum, a die datarum præſentium computando, in hanc Eccleſiam noſtram Scepuſienſem perſonaliter, niſi aliqua canonica præpeditione fueritis præpediti, venire, & una omnes coram nobis comparere, & a nobis ſalutaria monita attente auſcultare, deque rebus communibus Eccleſiarum Dei nobiſcum una conferre debeatis, & teneamini. Et ut nemo per velamen excuſationis ſuæ ſe aliquatenus poſſit excuſare, præſentes literas noſtras Sigillo noſtro, quo utimur, adſignatas, ad valvas hujus almæ Eccleſiæ noſtræ Scepuſienſis applicari juſſimus, ac mandavimus, quas ſub dicta excommunicationis datæ ſententiæ pœna, ſine noſtra licentia ſpeciali, nullus audeat removere modo aliquali. Datum in curia noſtra præpoſitali die XXI. Menſis Maji. Anno Dominicæ Incarnationis MDLX.

Petrus Paulinus el. Epiſcopus
Chanad. & Præpoſitus Scepus. Mppria.

LVII.

Digitized by Google

LVII.

Publica interceſſio Comitis Alexii Thurzo de Bethlemfalva in negotio Juris Patronatus Præpoſituræ Scepuſienſis. Datum Anno Domini 1587.

EX APOGRAPHO.

Nos Conventus Eccleſiæ B. Joannis Baptiſtæ de Jafzo memoriæ commendamus per præſentes; quod Agilis Laurentius Sthuoreczky noſtri in præſentiam veniens nomine, & perſona Spectabilis, ac Magnifici Domini Alexii Thurzo de Bethlemfalva, Perpetui Comitis Terræ Scepuſienſis, Domini ſcilicet ſui, per modum ſolennis proteſtationis, inhibitionis, ac certificationis nobis ſignificare curavit tali modo: Quod poſtquam poſt infelicem cladem Mohatſenſem Arx Scepuſienſis familiæ quondam Dominorum de Zapolya, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis in Comitatu Scepuſienſi, ac intra ambitum Regni hujus Hungariæ exiſtentibus, ad manus quondam Sereniſſimi Principis, & Domini Domini Ferdinandi Regis Hungariæ legitimi deveniſſet, idemque prætactam arcem Scepuſienſem Spectabili, ac Magnifico quondam Domino Alexio Thurzo, de Bethlemfalva &c. ac per ipſum Hæredibus, ac poſteritatibus ſuis univerſis pro fidelibus ſuis ſervitiis cum omni eo jure, Privilegiis, ac libertatibus, quibus Spectabilis, ac Magnificus quondam Dominus Joannes de Zapolya poſſediſſet, jure perpetuo, & irrevocabiliter contuliſſet, atque donaſſet; quæ quidem familia dictorum Dominorum de Zapolya cum plena etiam nunc Juris Patronatus Præpoſituræ, & Capituli Eccleſiæ Scepuſienſis authoritate, & Privilegio gaviſa ſit, idemque Privilegium Juris Patronatus non minus, quam aliæ libertates, & immunitates arcis Scepuſienſis de jure, & ab antiquo a Divis quondam Regibus Hungariæ ſunt annexæ ſimul cum ipſa Arce, dicto quondam Domino Alexio Thurzo, ipſiusque hæredibus, ac poſteritatibus univerſis per collationem, immunitatem, libertatem arcis fuerint realiter attributæ, & Dominus quondam Alexius Thurzo, ipſius etiam ſucceſſores univerſi poſt deceſſum Præpoſitorum dicti Capituli Scepuſienſis, nomine Juris Patronatus prætactam Præpoſituram Scepuſienſem libere pro ſe occupare & bona ejusdem Præpoſituræ Scepuſienſis poſt mortem Prælatorum libere, & pacifice poſſidere, fructus denique, & quaslibet utilitates, & emolumenta ejusdem

pro

Digitized by Google

pro ſe percipere continue conſueti fuerint, (m) nullo obſtante impedimento, vel juris contradictione. Simili ratione etiam poſtquam Reverendus quondam Dominus Gregorius Bornemiſza, Prælatus ſcilicet noſter, qui his proxime retroactis annis, & Præpoſitus prætactæ Eccleſiæ Scepuſienſis fuerat, viam univerſæ carnis ingreſſus fuiſſet, ſtatim dictus Dominus Proteſtans poſt ejus deceſſum, licet in officio Præfecturæ Cameræ Scepuſienſis modernæ Sacratiſſimæ C. Regiæ Majeſtatis, Domini noſtri clementiſſimi pro tunc conſtitutus fuerit; nolens tamen juribus ſuis quidquam hac in parte derogare, etiam uſum hujusmodi Præpoſituræ Scepuſienſis, poſt deceſſum Prælati ad inſtar Majorum, ac Prædeceſſorum ſuorum pro conſervanda uſitata libertate, & conſuetudine, ac uſu dictæ arcis Scepuſienſis modo præmiſſo, ut legitimus, & verus Patronus ejusdem Eccleſiæ, uſque ad electionem per ipſum Dominum Proteſtantem novi Prælati continuare voluiſſet; verum, quia præfato Domino Imperatori, & Regi noſtro, Militibusque Germanis in prætacta Præpoſitura curiam intertenentibus ſe opponere non congruebat, nec prætactis Militibus Germanis reſiſtere potuiſſet, & manibus ejusdem Domini Præteſtantis cum magno detrimento Privilegiorum Juris Patronatus, & liberi uſus continuatione ſua Majeſtas per eosdem milites occupari feciſſet; ſicque ad tempus, licet cum damno, cedere oportuiſſet; ac modo etiam extra uſum ejusdem, contra manifeſta jura ſua Prædeceſſoribus ſuis modo præmiſſo collata exiſtenda ſuper prætacto jure ſuo Patronatus antelatæ Præpoſituræ Scepuſienſis præfatam Sacratiſſimam Cæſaream Majeſtatem, imo etiam Sereniſſimum Principem, & Dominum Erneſtum Archiducem Auſtriæ ſæpe ſæpius, ſupplicando humiliter, requiſiviſſet, ut ſua Majeſtas ſe juxta Privilegia ſua, ac Prædeceſſorum ſuorum prærogativæ, ac libertati ſuæ, ac uſus continuationi in integrum reſtituere, eundemque in juribus, Privilegiisque, & libertatibus conſervare, ipſumque ab jure ſuo, & libero uſu dictæ præpoſituræ minime ejicere, ac ſiquid ſua Majeſtas juris exinde prætendit, id ſua Majeſtas juxta publicam Regni conſtitutionem acquirere clementer dignaretur. Sed ad plurimas ſuas ſupplicationes, imo etiam jurium, & Privilegiorum ſuorum productiones, ex clementi voluntate ſuæ Majeſtatis, ab antelato Sereniſſimo Archiduce Erneſto nihil aliud reſponſi habet, niſi, ut dictus

(m) Iſta nempe Alexium, cæterosque Thurzones incitabant; ut Jus Patronatus validiſſime tuendum, familiæque ſuæ afferendum ſumerent. Hominibus copioſis non ſatis erant ampliſſima, quæ a Majoribus acceperunt, bona, niſi ſacra etiam libere pro ſe occupare; libere, & pacifice poſſidere; fructus denique, & quaslibet utilitates, & emolumenta pro ſe percipere poſſent. Actum tamen egerunt: Cæſar Rudolphus in ſuperhabitis Alexii querimoniis, Martinum Pethe Præpoſitum pronunciavit.

dictus Dominus Præteſtans id, quod ſe habere aſſeverat, jure ordinario a ſua Majeſtate acquirat, ac tandem ex commiſſione ſæpe facti Domini Archiducis Erneſti certorum Commiſſariorum, ſeu Arbitrorum per Cameram Scepuſienſem ſuæ Majeſtatis ab una; ac dictum Dominum Proteſtantem parte ab altera, pro limitatione quarundam rerum mobilium pro uſu continuando recenter deputatorum, & delegatorum ſtare, ac quidquid ipſi in negotio limitationis decernerent, id etiam ſervare dictus Dominus Proteſtans cogeretur in præjudicium, & derogamen prætactorum Privilegiorum ſuorum, ac juris ſui Patronatus exinde habiti valde magnum. Ob hoc idem Proteſtans facta hujusmodi ſuperinde ſolenni proteſtatione, nomine, & in perſona præfati Domini ſui, ne aliquando per ejusmodi coactam, & ipſi Domino nocivam Proteſtanti adſtationem præfatæ commiſſioni, & arbitrativæ limitationi, juribus ſuis videatur derogare, prætactam Sacratiſſimam Cæſaream, & Regiam Majeſtatem; ac ſuæ Majeſtatis Cameram Scepuſienſem, univerſosque officiales ejusdem, ac alios etiam cujusvis ſtatus, conditionis, præeminentiæ exiſtant homines, ab ulteriori prætactæ Præpoſituræ Scepuſienſis detentione, ſibi, & ſuis ſucceſſoribus Juris Patronatus in ea vendicatione, & qualiumcunque uſuum in ea continuatione, nec non utilitatum, fructuum, & emolumentorum perceptione, apprehenſione, & uſurpatione, ac per ſe ſine ſcitu, & conſenſu dicti Domini Proteſtantis, Prælati Electione, ac quibuscunqu eperſonis Eccleſiaſticis, vel ſæcularibus Prælaturæ prætactæ collatione, permutatione, impignoratione, aut quovis ſub exquiſito colore abalienatione, nec non in Hungaria Locum tenentem Majeſtatis ſuæ, ac alios quosvis tam ab electione Præpoſiti, quam a Præpoſituræ collatione, majorum denique, ac minorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, puta: Rectoratus Altaris, Dignitatum Canonicarum, atque Prælaturarum, ad præfatam Præpoſituram Scepuſienſem pertinentium, qualitercunque donatione, & conſervatione, conſenſusque cujuslibet, ſeu confirmationis per Archiepiſcopum Strigonienſem, vel ſede eadem vocante, per alios quoscunque, præter, & ſine ſcitu, & conſenſu dicti Domini Proteſtantis, qualitercunque, & quibuscunque jam data, & collata fuiſſent, vel in futurum forent, modo præmiſſo adhibitione prohibuit contradicendo, & interdixit inhibendo, coram nobis publice, & manifeſte. Harum noſtrarum vigore, & teſtimonio literarum mediante. Datum feria II. proxima poſt feſtum aſſumptionis B. V. M. Anno Domini MDLXXXVII.

LVIII.

Digitized by Google

LVIII.

Literæ Comitatus Scepuſienſis ad Erneſtum Archiducem Auſtriæ in eodem negotio.

EX APOGRAPHO.

Fidelitatis, & fidellum ſervitiorum in gratiam Serenitatis Veſtræ humilem ſubjectionem. Credimus Serenitati Veſtræ optime conſtare; quod non ita pridem Divina Ordinatione quondam Gregorius Bornemiſza Epiſcopus Varadienſis & Præpoſitus Scepuſienſis ultimum diem vitæ ſuæ obierit, qui reſpectu ipſius Præpoſituræ Scepuſienſis ad imitationem Majorum, & Anteceſſorum ſuorum a noſtra, & avorum noſtrorum memoria Dominos, & poſſeſſores arcis Scepuſienſis ſemper pro ſuo vero, & legitimo recognoſcebat Patrono. Ex quo quidem jure Patronatus vacante ſede nominatio, electio, præſentatio Prælatorum in hac Eccleſia Scepuſienſi non ſaltem de lege, & approbata conſuetudine ipſius Provinciæ, ſed etiam ex continuato uſu uſque ad præſens fuit penes dictam arcem Scepuſienſem, cujus utpote Gubernatores inde ab initio pia devotione inducti Eccleſiam, & Capitulum Scepuſienſe (n) fundarunt, & etiam juris Patronatus autoritatem merito ſibi retinuerunt, & ad poſteros ſuos intactam & inviolatam transmiſerunt. Mortuo autem nunc Prælato Capituli ipſius Eccleſiæ Scepuſienſis, intelligimus nonnullos ex Dominorum Prælatorum ordine, apud Sacratiſſimam Cæſaream Regiam Majeſtatem, Dominum noſtrum clementiſſimum, hoc agere, & ſolicitare, ut rejecta Majorum noſtrorum via ordinaria, Præpoſituram hanc Scepuſienſem aſſequantur. Fuit revera clementiſſime Princeps! nobis hactenus etiam ſatis moleſtum, ſtatim poſt mortem dicti Præpoſiti iſtius Comitatus jura, nec non & Capituli Scepuſienſis in hac parte ſic neglecta eſſe, quæ deinceps magis, ac magis periclitentur, vel honori, autoritati, & dignitati Supremi Comitis, & per ſubſequens etiam iſtius Comitatus, quibus a Sacratiſſima Cæſarea, & Regia Majeſtate, & Divis quondam Hungariæ Regibus dotati ſumus, decedere

(n) Dubia ſunt admodum initia; neque ſatis certus Inſtitutor Præpoſituræ, & Capituli Scepuſienſis; unde affirmare non auſim ſeu hoc, ſive illam ab Arcis Gubernatoribus condiram. In eam opinionem magis inclino, ut exiſtimem, ab Regibus Hungariæ erectam V. Diplom. XX. & a Bela IV. cumprimis dotatam.

contingat, tanquam pro defenſione apertorum jurium, libertatum, & prærogativarum Supremi Comitis, & Comitatus, nec non etiam dicti Capituli Eccleſiæ Scepuſienſis, hanc rem non potuimus apud Serenitatem Veſtram celare. Ideoque cum ſciamus ob abſentiam Sacratiſſimæ Cæſareæ, Regiæque Majeſtatis, Serenitatem Veſtram, tanquam Principem, & Dominum noſtrum plenaria fungi poteſtate, & in omnibus difficultatibus, ac neceſſitatibus noſtris ad neminem aliud, præterquam ad Serenitatem Veſtram, nos confugere oportere; quamobrem humillime ſupplicamus Serenitati Veſtræ, dignetur pro eo erga ſuos fideles, & ſtatus Regni Hungariæ ac libertatum eorundem amore, quem ſemper ſumus experti, haſce libertates noſtras Sacratiſſimæ Cæſareæ, Regiæque Majeſtati ad humilem ſupplicationem noſtram proponere, ut in hisce libertatibus noſtris Majeſtas Sacratiſſima Dominum Comitem noſtrum, & nos confirmare, & conſervare, vel potius antequam Præpoſitura hæc alicui conferatur, negotium hoc totum ad futuram generalem Diætam, & ejus Majeſtatis Cæſareæ cognitionem, ac reſolutionem protelare dignetur. In cujus gratiam nos, noſtraque paratiſſima ſervitia commendantes, eandem ad multos annos feliciter regnaturam valere optamus.

Digitized by Google

X.

DIPLOMATA RELIGIOSORUM ORDINUM, QUI OLIM IN SCEPUSIO FLORUERUNT, ORTUM, INCREMENTA, ET OCCASUM EXHIBENTIA.

I.

Literæ fundationis Cruciferorum Sepulchri Dominici in Komloſs, Landekinum ſubinde traductorum; in tranſumpto Belæ IV. Regis Hungariæ. Datum Anno Domini 1244.

EX APOGRAPHO.

Bela Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Cumaniæque Rex: Univerſis Chriſti fidelibus, præſentem paginam inſpecturis, ſalutem in ſalutis largitore. Licet Regia liberalitas patentibus omnibus aures benignitatis accommodare debeat, multo tamen propenſius eos in ſuis petitionibus tenetur audire, & exaudire, qui Deo dediti, & mundo mortui, jugiter Deo famulantes, pro ſalute fidelium vitulos offerunt. Ad illorum igitur, & univerſorum notitiam, tam præſentium, quam futurorum volumus pervenire: Quod accedentes ad noſtram præſentiam, Fratres Sancti Sepulchri nobis ſupplicarunt, ut Privilegium Patris noſtri recolendæ memoriæ, Andreæ Illuſtris Regis Hungarorum, confirmare dignaremur; quorum precibus juſtis, & honeſtis, Regio favore condeſcendentes, Privilegio ipſorum inſpecto, tenorem in ſcriptum redigi fecimus, & juſſimus confirmari. Cujus tenor talis eſt:

In Nomine Domini Amen. Andreas Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomeriæque Rex in perpetuum. Sancta, & ſalubris eſt devotio, Deo ſervientibus manum charitatis elargiri, de quibus pie confiditur, quod eorum orationibus aſſiduis, ira ſupremi Judicis miſericorditer flectitur, & cœleſtis aulæ janua clementer aperitur. Hinc eſt, quod nos pro remedio animæ noſtræ, Fratribus Sancti Sepulchri terram inhabitatam, quæ frigidus fons (a) vocatur, & Medies Majellæ, & ſilvam, quæ

(a) Loca hæc quærenda ſunt ad Kereſztes-Komloſs in Provincia Sároſienſi.

Digitized by Google

circumdatur rivulis, in perpetuum contulimus poſſidendam. — — In poſſeſſionem vero hujus terræ, per fidelem noſtrum Nicolaum Banum, tunc Comitem novi Caſtri, Fratres prædictæ Domus Sancti Sepulchri, legitime fecimus introduci. Præterea Fratribus ejusdem Domus, talem conceſſimus libertatem; ut nullus in Regno noſtro Comes, vel Judex conſtitutus, a populo jam dictæ Domus liberos denarios, pondera, decimas porcorum, & maxime illos denarios, qui colliguntur in tribus feſtis, videlicet: Nativitate Domini, & Paſcha, in feſto (b) Regis, a jam dicto populo domus exigat; nam Fratribus ejusdem totaliter remiſimus. Inſuper præcipimus, ut nullus Comitum, vel Judicum Magiſtro prædictæ Domus — — dimiſimus inſulam, & terram, aquam piſcatoriam, & non piſcatoriam, ut Comes Nicolaus de novo Caſtro, per fidelem hominem ſuum Laurentium nomine, ſupra dictis Fratribus aſſignavit, nullus intrare, & piſcari, vel venationem exercere præſumat. A Jobbagionibus eorum nullum tributum aliquis Tributariorum in foris, & in pontibus depoſcat. Volumus, quod Deo pacifice deſerviant. Si quis vero contra præceptum noſtrum populum, vel Fratres ſupradictæ Domus fatigare, vel indebite moleſtare præſumpſerit, Regiam graviter indignationem ſe noverit incurſurum. Ut autem hæc a nobis facta donatio, perpetuæ firmitatis robur obtineat, præſentem paginam ſupradictis Fratribus conceſſimus, Sigilli noſtri teſtimonio roboratam. *Datum per manus Magiſtri Thomæ, Aulæ Regiæ Cancellarii, Sibinienſis, & Veſprimienſis Præpoſiti. Anno ab Incarnationis Domini MCCXII. Venerabilibus Joanne Strigonienſi Archiepiſcopo, Reverendo Bertholdo Colocenſ. Archiepiſcopo, & Vajvoda exiſtentibus, Calano Quinqueeccl. Catapano Agrienſ. Symone Vacienſ. Deſiderio Chanad. Vilhelmo Tranſilv. Roberto Veſprim. Epiſcopis, Eccleſias Dei feliciter gubernantibus. Bank Palatino, & Kewienſi Comite, Michaele Bano exiſtente, Jula Bachienſ. & Curiali Comite, Andrea Budrugh. Myka Bihor. Nicolao Poſon. Comitibus. Regni noſtri Anno VIII.*

Ut ergo hujus confirmationis ſeries, perpetuæ ſtabilitatis robur obtineat, in argumentum majoris certitudinis literas noſtras conceſſimus, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum Anno gratiæ MCCXLIV. X. Kalend. Februar. Regni autem noſtri Anno IX.

II.

(b) Stephani? an Ladislai Regis? deeſt vox quæpiam.

Digitized by Google

II.

Bela IV. ratam habet donationem, quam fecerat Cœnobio B. M. V. de Scepus. Ordin. Ciſtercienſis. Datum Anno Domini 1260.

EX APOGRAPHO.

Bela Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ &c. Rex; Omnibus tam præſentibus, quam futuris, præſentes literas inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Ut celſitudo Regia, negotia Eccleſiarum ſuarum, quæ caſu conſumpta ſunt, vel amiſſa, ſuorum Privilegiorum teſtimonio renovet, & confirmet, pietas ſuadet, ratio poſtulat, jus requirit. Proinde ad univerſorum notitiam volumus pervenire: Quod fideles noſtri Albertus Abbas, & Conventus Monaſterii B. V. de Scepus. de Ordine Ciſtercienſi, coram nobis comparendo propoſuerunt, quod cum Monaſterium, & Clauſtrum ipſorum caſuali incendio ſit conſumptum, inter alias res ipſorum, Privilegium noſtrum ſuper collatione terræ exiſtentis circa Clauſtrum, quam quidem terram de conſenſu chariſſimi Fratris noſtri Colomanni Regis, piæ recordationis, ipſis jam dudum contuleramus, exuſtum caſualiter extitiſſet. Unde ſupplicarunt nobis, ut prædictam donationem noſtram ipſis, cum ſint in pacifica poſſeſſione earundem terrarum, iterato noſtro Privilegio dignaremur confirmare. Nos igitur ipſorum ſupplicationibus inclinati; maxime quod ſeriem donationis noſtræ revocavimus ad memoriam, eandem terram dicto Monaſterio, iterato noſtro Privilegio duximus confirmandam; cujus quidem terræ metæ, prout in literis Magiſtri Mathiæ Præpoſiti de Scepus, fidelis noſtri, qui eandem terram de mandato noſtro antea ipſi Monaſterio metaverat, & aſſignaverat, vidimus contineri, hoc ordine diſtinguuntur — — Datum per manus Magiſtri Pauli Præpoſiti Poſonienſis, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii. Anno Domini MCCLX. XIX. Kalend. Septemb. Regni autem noſtri Anno XXV.

III.

Digitized by Google

III.

Jacobus Epiſcopus Scepuſienſis Cœnobio B. M. V. de Scepus, decimas ex propriis Villis provenientes concedit ea lege, ut ſibi quot annis viginti marcas argenti dependat. Datum Anno Domini 1294.

EX APOGRAPHO.

Nos Jacobus Divina miſeratione Epiſcopus Scepuſienſis, ſignificamus univerſis, præſentium tenore memoriæ commendantes: Quod nos Religioſorum Virorum Abbatis, & Conventus Monaſterii B. V. M. de Scepus, Ordinis Ciſtercienſis, profectibus ex intimis congaudentes, pacem, & quietem ipſorum tam liberaliter, quam libenter in omnibus ſemper intuitu æternorum, pro noſtræ poſſibilitatis modulo intendimus procurare, ut quanto quietius Domino famularentur, tanto devotius pro noſtris, & noſtrorum reatibus interpellent; & dum ipſis per compaſſionis gratiam, favorem, & honorem impendimus, eorum orationibus adjuti, poſt labores hujus exilii dona Divinæ miſericordiæ per ipſos, & cum ipſis facilius aſſequamur. Propterea ut eorum Orationibus poſſimus eſſe participes, Cœnobium prædictorum Fratrum, quod omni ſolatio humano noſcitur deſtitutum, ſpecialiter amplectimur, ipſius commodum, & profectum ampliare cupientes, cum totius noſtri Capituli voluntate, & conſenſu dedimus Domino Abbati, & Conventui dicti Cœnobii decimas in ipſorum Villis —— ad nos pertinentes, plenarie in omnibus frugibus, porcellis, & anſeribus, pullis, agnellis, & apibus, & omnibus aliis minutis pacifice, & quiete perpetuo poſſidendas, ita tamen: quod præfati Dominus Abbas, & Conventus Cœnobii prælibati, in feſto B. Jacobi decem marcas argenti Cypſienſis ponderis, & in die S. Michaelis ſimiliter decem, nobis, & Succeſſoribus noſtris annuatim ſolvere tenebuntur. Cæterum jura, & exemptiones prædictorum Abbatis, & Conventus, quibus ſupra nonnullis, ex gratioſis donationibus nonnullorum ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Pontificum iidem fulciuntur, prout in quibusdam ipſorum vidimus, evidentius contineri, conſiderantesque nos, & Eccleſiam noſtram præfatam proinde in præmiſſis, nullum jus penitus nec habere, nec ſperantes habere in futurum, decimas de omnibus aliis novellis villis, jam in ſilvis locari incœptis, vel quæ deinceps ſub terminis præfatorum Abbatis, & Conventus locari poterunt, prædicti Cœnobii Abbati, & Conventui ſimiliter de voluntate, & conſenſu totius noſtri Capituli antefati,

re-

Digitized by Google

relaxamus ex integro, pacifice, & quiete poſſidendas; nullam jurisdictionem, nihil juris nobis, & Eccleſiæ noſtræ, noſtrisque Succeſſoribus in prædictis decimis, & cœnobio ſæpefato quomodolibet reſervantes: exceptis viginti marcis præfatis. Hoc ſpecialiter adjuncto, quod idem Abbas, & Conventus, eorumque Succeſſores, in omnibus villis ipſorum jam locatis, vel in futurum locandis, omnia judicia ſpiritualia judicare, & exercere valeant perpetue, atque poſſint. In cujus rei teſtimonium, firmitatemque perpetuam, præſentem paginam Sigilli noſtri capituli charactere, ac noſtri communimus. Datum in die Beatorum Martyrum Gervaſii, & Protaſii Anno Domini MCCXCIV.

IV.

Literæ Fundationis, quibus Jordanus comes Saxonum Scepus. cedit Lapidem Refugii Carthuſianis, pro ædificando cœnobio. Datum Leutſchoviæ Anno Domini 1299.

EX APOGRAPHO.

Jordanus comes Saxonum, & jurati, ac univerſi judices, cum tota communitate Scypz: Univerſis Chriſti fidelibus, præſentes literas inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Divina nos edocent eloquia, ſacra teſtantur Evangelia, ut quævis fidelis anima, ſpretis tranſitoriis, inhæreat cœleſtibus, derelinquendo vitia, miſericordiæ opera, & alia bona quælibet exercendo; præcipue tamen ſacrorum cœnobiorum, & clauſtrorum numerum ſtudioſius augmentando, in quibus laus Divina crebre colitur, & Chriſtus Dei Filius pro ſalute vivorum, & defunctorum ſalutifere immolatur. Hinc eſt, quod ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire: quod Frater Andreas ordinis Carthuſienſium, cum alio ſuo confratre allecti, vocati & citati per viros diſcretos, & devotos ſcilicet: *D. Heydenricum Plebanum de Lyutſcha, D. Verherum Plebanum de Oderin, D. Martinum Plebanum de villa Iſaac, D. Hermannum Plebanum de Lyubicza*, & cæteros univerſos noſtræ Provinciæ Plebanos, una cum eisdem Plebanis, ad noſtram accedentes præſentiam devotiſſime poſtularunt, quod ipſis locum quendam Lethon nuncupatum, ſitum in terminis noſtræ Provinciæ, qui vulgariter dicitur Lapis Refugii, ſeu ſpeculationis, ad conſtruendum, & ædificandum in eodem clauſtrum, pro honeſtate ſui ordinis conferremus. Nos itaque congregatione ſeniorum noſtrorum

univerſorum facta, deliberatione matura præhabita, conſiderantes ipſorum petitionem eſſe juſtam, & devotam; non detrimentum, ſed emolumentum ſalutare, tam corporaliter, quam ſpiritualiter inferentem, de bona voluntate, & omnium conſenſu totius noſtræ communitatis, eisdem Fratribus locum præſcriptum, cum ſuis pertinentiis videlicet: ſilvis, paſcuis, piſcationibus Belæ ſimiliter, ac Conradæ (c) agris cultis, & incultis, quæſitis, ſeu inquirendis, cum metis infra ſcriptis conceſſimus, & contulimus perpetuo poſſidendum, ut ipſi ibidem, ſicut petiverunt pro honeſtate, & utilitate ordinis Carthuſienſium, ad laudem gloriæ, & honoris Altiſſimi, & Beatiſſimæ Virginis MARIÆ Dei Genitricis, Sanctique Joannis Baptiſtæ, nec non Sacratiſſimæ Margarethæ Virginis ædificare valeant, & nos per hoc, ipſorum ſalutaribus orationum Sanctarum ſuffragiis poſſimus in perpetuum conſolari. Ne vero in poſterum per nos, vel per noſtros Succeſſores de metis, & limitibus ejusdem lapidis aliqua oriatur ambiguitas, ipſum decrevimus circumſcribere certis metis, & limitibus, & diſtinctis. Primo enim ſicut duæ aquæ: Conrada ſcilicet, & Bela, dictum Lapidem per tria ſua latera circumdant, ac circumcingunt; ad quartum vero latus verſus occidentem prout murorum ambitus ab una ſcilicet valle Belæ, usque ad vallem alteram videlicet Conradæ ejus lapidis continetur. Extra vero muros ſæpefati montis, nos de noſtra terra, prædictis tantum addidimus, quantum pro pomæriis faciendis, & ædificiis pro clauſtro conſtruendis, poſſit ſufficere abundanter. Ut autem hæc noſtra conceſſio, & collatio facta, in generali Congregatione noſtræ Provinciæ, robur obtineat perpetuæ firmitatis, præſentes dedimus literas, ſigillo noſtræ communitatis, & ſigillo Domini Jordani noſtri comitis roboratas. Datum, & actum in civitate Lyutſcha Anno Domini MCCXCIX. in die S. Michaelis. XII. indictione.

V.

Confirmatio ſuperiorum literarum, facta per Jacobum Epiſcopum Scepuſienſem. Datum apud S. Martinum Anno Domini 1299.

EX AUTOGRAPHO.

Nos Jacobus miſeratione Divina Epiſcopus Sypuſienſis, univerſis Chriſti fidelibus, præſentem paginam inſpecturis, cum paterna benedictione in Do-

(c) Fluvium Hernadum veteres latine apellabant Conradam, Germanice Chunerth; atque iſtud jam alias monui.

Digitized by Google

Domino ſalutem. Quæ fiunt in tempore, ne cum labenti tempore ſimul collabantur, & ne oblivio noverca omnium felicium actionum, hominum memoriam, ut turbo, diſſiparet; opportunum nobis videtur, ut acta, modernarum cautione ſcripturarum certiſſime confirmentur. Hinc eſt, quod nos inſtigante, ac favente clementia Divina, & ad hoc Regia ſuffulti authoritate, dilectis nobis Filiis, Fratribus ordinis Carthuſienſis, locum quendam, qui Lethon dicitur, ac Lapis Refugii, ſeu ſpeculationis, ſitum in terra ſcipiſienſi, & ad famulandum, ac inibi ad laudem Dei, ſuæque Genitricis Virginis Mariæ, & S. Joannis Baptiſtæ, nec non Sacratiſſimæ Virginis Margarethæ, & clauſtrum conſtruendum cum ſuis appenditiis — — libere contulimus, & hoc de conſenſu omnium terraneorum, jure perpetuo poſſidendum. — — Ut autem noſtra hæc donatio, facta gratia Regis mediante, ac Fratrum noſtrorum, ut ſuperius memoravimus, conſenſu accedente, inviolabilis, ſeu irrefragabilis jugiter perſeveret, has literas contulimus pendentis ſigilli munimine firmiſſime communitas. Hujus rei teſtes ſunt: *D. Hainricus Plebanus de Leutſcha, D. Verherus Plebanus de oderino, D. Martinus Plebanus de villa Iſaac, D. Hermanus Plebanus de Lubitz nec non Lutſcha* (d) *Magiſter Gothifredus terræ Protonotarius* cum omnibus aliis terræ conjuratis. Datum apud S. Martinum, in Eccleſia Cathedrali. Anno Domini MCCXCIX. XIV. Kalend. Januar.

VI.

Literæ Fr. Gentilis Apoſtolicæ ſedis legati, ad Præpoſitos Strigonienſem, Zagrabienſem, & Scepuſienſem, ut Carthuſianos defendant. Datum Zagrabiæ — —

EX APOGRAPHO.

Frater Gentilis &c. Dilectis in Chriſto Filiis — Strigonienſis, & — Zagrabienſis, ac S. Martini in Cips, Strigoniens. Diœceſis, Eccleſiarum Præpoſitis, ſalutem in Domino. Dignum eſt, ut qui non ſolum ſua, verum etiam ſemetipſos ſalubriter abnegantes, carnem ſuam cum vitiis, & concupiſcen-

(d) Lutcha, fortaſſe Lutſchivna Germanis Leuthsburg, pagus Liptovienſibus proximus.

Digitized by Google

ſcentiis crucifigunt, in clauſtris clauſtralibus ſe claudendo, gratis attollamus favoribus, & congruis præſidiis muniamus; ut eo devotius, quo quietius, pacis famulentur authori. Sane Priores in Chriſto Filii, & Conventus Domorum B. M. in Chiſa, & S. Margarithæ in Lapide Refugii, ac Paradiſi S. Joannis in Lubesne, (e) ordinis Carthuſienſium, Strigon. & Zagrab. Diœceſis, ſua nobis conqueſtione monſtrarunt, quod nonnulli Clerici, ac Laici ad eos propter Deum debitam reverentiam non habentes, ipſos in perſonis, bonis, ac juribus ſuis, contra Apoſtolicæ ſedis, & Legatorum ejus indulta, præſummunt indebite moleſtare. Verum cum ordinarii injuriatorum ipſorum, iisdem Prioribus, & Conventibus in exhibendo juſtitiam, de talibus ſe interdum reddant difficiles, & etiam negligentes, ipſisque nimis difficile, ac diſpendioſum exiſtat, pro ſingulis injuriis Apoſtolicam ſedem invocare; iidem Fratres nobis humiliter ſupplicarunt, ut providere eis in hac parte, de opportuno remedio dignaremur. Itaque diſcretioni veſtræ, qua fungimur, authoritate mandamus, quatenus vos, vel duo, vel unus veſtrum per vos, aut per alium, ſeu alios præfatis Prioribus, & Conventibus defenſionis præſidio aſſiſtentes; vocatis, qui fuerint evocandi, cum ab eis fueritis requiſiti, veritate cognita, de prædictis injuriatoribus, cujuscunque conditionis, ſtatus, ordinis, vel dignitatis exiſtant, & etiamſi Pontificali fulgeant dignitate, exhibeatis juſtitiæ complementum; contradictores eadem authoritate, per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo. Datum Zagrabiæ V. Idus Septembr.

VII.

Comes Arnoldus cum Filiis ſuis fatetur, ex cenſu villæ Sclavonicalis, ſeu Tóth falva deberi tres marcas argenti Carthuſianis de Lapide Refugii. Dat. Anno Domini 1311.

EX APOGRAPHO.

Nos Capitulum Eccleſiæ S. Martini de Scepus, harum ſerie memoriæ commendantes ſignificamus, quibus expedit univerſis: Quod conſtitutis coram nobis Religioſis viris, Fr. Petro Priore de Lapide, & Fr. Elia ordinis Car-

(e) Documentum hoc, duo Carthuſianorum ſub Corona Hungariæ cœnobia detegit, quæ Card. Pazmanus, & P. Szentiványi exmiſerunt. At ubi Chiſa? ubi item Lubesne? periti locorum definiant.

Digitized by Google

Carthuſienſ. ab una parte; & comite Arnoldo cum duobus Filiis ſuis, Elia, & Ladislao ex altera; idem comes Arnoldus cum prædictis Filiis dixerunt tali modo: Quod Joannes piæ recordationis Filius quondam comitis Detrici, & Nepos Domini comitis Arnoldi, in extrema hora mortis ſuæ, pro remedio animæ Patris ſui, Matrisque ſuæ, de cenſu villæ ſuæ Sclavonicalis, tres marcas argenti cum pondere Scypſienſi, Fratribus de Lapide, annis ſingulis perpetuo delegaſſet, tribus terminis infra ſpecificatis perſolvendas: in feſto ſcilicet B. Martini, in media Quadrageſima, & feſto S. Georgii Martyris; hoc tamen addito, quod quotiescunque, & quandocunque prædictam pecuniam ejusdem villæ poſſeſſores, dictis Fratribus non ſolvent, per cenſuram Eccleſiaſticam dare compellantur. In cujus rei teſtimonium, eisdem Fratribus noſtras conceſſimus literas, noſtro Sigillo munitas. Datum apud S. Martinum. Anno Domini MCCCXI. in die S. Eliſabethæ.

VIII.

Thomas Archiepiſcopus Strigonienſis confirmat donationem Pauli Præpoſiti Scepus. factam Carthuſianis de Lapide Refugii. Dat. Leutſchoviæ, Anno Domini 1311.

EX APOGRAPHO.

Nos Thomas miſeratione Divina Archiepiſcopus Strigonienſis, ejusdemque loci comes Perpetuus, ſignificamus, quibus expedit univerſis, præſentium per tenorem: Quod Diſcretus vir, Magiſter Paulus, Præpoſitus Eccleſiæ B. Martini de Scepes, ad noſtram accedens præſentiam, coram nobis confeſſus eſt viva voce: Quod cum ipſe pro remedio animæ ſuæ, & ſalute ſucceſſorum ſuorum, decimas ſuas — — Religioſis viris, & Deo devotis Fratribus, ordinis Carthuſienſis, de Lapide Lethen, Divini Nominis cultum per eosdem augeri deſiderans, contuliſſet, & iidem Fratres in recompenſationem ipſarum decimarum, quandam particulam terræ, continentem quadraginta jugera, emptam ab Ivano, & Ladislao filiis Nicolai, filii Tyba, juxta terram Ladislai, & filiorum Odus (f) exiſtentem; item particulam terræ emptam a

(f) Credibile eſt, nomen ab hoc ſumpſiſſe Hadusfalvam, vicum nunc admodum tenuem.

Digitized by Google

comite Urbano, & Paulo filio ejus cum curia dediſſent, & aſſignaſſent. Tandem idem Magiſter Paulus Præpoſitus, tanquam vir ſapiens, & memor ſuæ ſalutis, habito ſaniori, & deliberatiori conſilio, una cum Fratribus ſuis, & Capitulo Eccleſiæ ſuæ noſtro etiam conſenſu accedente, ipſam terram cum curia eisdem Fratribus reſignavit, & reſtituit pleno jure, perpetuo poſſidendas, tenendas, & habendas, nihil juris in eisdem ſibi in poſterum tenendum, vel habendum reſervando: obligando ſe firmiter coram nobis, excommunicationis ex nunc, ut ex tunc per nos latam ſententiam in his ſcriptis, ſi ſecus fecerit, in ſe excipiens. Quod amplius: nec ſuper ipſis decimis, nec etiam ſuper terra prædicta, & curia contra eosdem Fratres movebit quæſtionem. In cujus rei teſtimonium, perpetuamque firmitatem, ad inſtantiam ejusdem Præpoſiti, præſentes literas ſub appenſione Sigilli noſtri autentici duximus concedendas. Datum in Leuche, in feſto B. Luciæ Virginis, per manus Diſcreti viri Magiſtri Herri, Præpoſiti Vacienſis, Cancellarii noſtri. Anno Domini MCCCXI.

IX.

Cambium Henrici Præpoſiti Miechovienſis ordinis Cruciferorum S. Sepulchri Hieroſolymitani, cum Magiſtro Kakaſſ, ſeu Gallo, ratione villarum Komloſſ, & Landek. Datum Anno Domini 1313. Edidit Samuel Nakielszky in Præpoſitis Miechovienſibus.

Capitulum Eccleſiæ B. Martini de Scepus, omnibus Chriſti fidelibus, quibus præſentes oſtenduntur, ſalutem in omnium Salvatore. Quoniam memoriæ novercatur oblivio, dignum eſt, ut acta temporalia, ſcripturæ patrocinio fulciantur. Proinde ad univerſorum notitiam, harum ſerie volumus pervenire: Quod conſtituti perſonaliter in noſtri præſentia, Fr. Henricus Canonicus Hieroſolymitanus, & Præpoſitus Miechovienſis (g) de Polonia pro ſe, &

(g) Quomodo Miechoviam ordo cruciferorum inductus ſit, juverit ex Dlugoſſi Hiſt. Polon. adferre. Ita vero ad Annum 1162. ſcribit: *Magno in Deum, & meritum paſſionis Jeſu Chriſti, miles Nobilis Jaxa de Miechov, armiger Diœceſeos Cracovienſis, actus ardore, vir pro ea tempeſtate, magnarum poſſeſſionum, atque opum abundantia inſignis, in ſubſidium terræ Sanctæ perſonaliter cum familiaribus, atque armigeris ſuis profectus;*

Digitized by Google

& Fratribus ſuis ex una parte ; Kokoſſ, & Joannes Magiſtri, filii quondam comitis Rycolphi ex altera: idem Frater Henricus confeſſus eſt coram nobis, quod poſſeſſionem ſuam Komloſſ vocatam in Diſtrictu Sáros exiſtentem, Kokoſſ & Joanni prædictis in concambium dediſſet, donaſſet, & contuliſſet, ſub iisdem metis, & terminis, eodemque jure & libertate, quibus Rex Andreas, Pater quondam Belæ Regis, (h) felicis recordationis, ob remedium animæ ſuæ, Sepulchro Domini, ad terram ſanctam Hieroſolymitanam proficiſcens, cum omnibus utilitatibus ſuis, & pertinentiis, in filios filiorum ſuorum, jure hæreditatis perpetuo poſſidendam, pariter & habendam dedit, & donavit. Pro qua quidem poſſeſſione : omloſſ, Kokoſſ & Joannes præfati, poſſeſſionem ipſorum Landek vocatam, cum ſilvis, pratis, rubetis, molendinis, cæterisque utilitatibus univerſis, & pertinentiis ſuis, eidem Fr. Henrico cum Fratribus ſuis, & Succeſſoribus ejusdem dederunt, & contulerunt ſimiliter perpetuo poſſidendam, — — Tali etiam conditione mediante : quod quicunque ipſum Fr. Henricum, Fratres, vel Succeſſores ſuos, ratione prædictæ poſſeſſionis Landek inquietare, vel impedire attentaret ; idem Magiſter Kokoſſ, vel hæredes, hæredumque ſuorum Succeſſores, tenebuntur expedire propriis laboribus, & expenſis. Item idem Magiſter Kokoſſ aſſumpſit, Eccleſiam B. Nicolai in Landek, cum omnibus reditibus ſuis, & proventibus liberare, ab omni debito Domini Præpoſiti. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam, ad inſtantiam partium præſentes conceſſimus literas, Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum feria quarta proxima, poſt Dominicam Invocavit. Anno Domini MCCCXIII.

X.

---

ctus ; aliquanto tempore illi moram geſſit, & enixius, quo poterat, pro terræ Sanctæ defenſione cum ſuis militavit. In Poloniam autem reverſurus, inter alia ſuæ devotionis inſignia apud Patriarcham Sacri Sepulchri Jeroſolymitani Monachum nomine, & ejus Conventum ſub S. Auguſtini Regula Deo militantem, biſurcatam crucem rubram deferentem obtinuit, ut ſecum unus ex Canonicis ſuis Poloniam, ordinem prædictum plantaturus, mitteretur. Tres itaque villas patrimonii ſui videlicet : Miechow, Zagorzyce, & Komorow, in dotem ordini præfato conferens, in villa principali Miechow, quam nunc in civitatem, frequentia populorum, & reddituum, habentem increviſſe videmus, Eccleſiam, & primum cœnobium de ſpeciali conſenſu, & voluntate Matthæi Cracovienſis Epiſcopi conſtituit. Atque ab hoc loco, Conventuque tres Cruciferi, qui hodiedum in Scepuſio agunt, Miechovitæ appellantur.

(h) Vide Diploma Numer. L poſitum.

Digitized by Google

X.

Carolus Rex Hung. ſuperius cambium ratum habet. Datum Budæ, Anno Domini 1313.

EX APOGRAPHO.

Nos Carolus Dei gratia Rex Hungariæ &c. memoriæ commendantes ſignificamus tenore præſentium, quibus expedit univerſis: Quod accedens ad noſtram præſentiam perſonaliter, Magiſter Kokoff, filius Comitis Rycolphi dilectus noſter, & fidelis dixit, quod una cum Diſcreto viro, ordinis Cruciferorum Hieroſolymitanorum Præpoſito de Mieko, tale concambium de voluntate conventus ejusdem ordinis, inter ſe ordinaſſent: quod ipſe Magiſter Kokoff, quandam poſſeſſionem ſuam Landek vocatam, cum omnibus utilitatibus, & pertinentiis ſuis univerſis, pro poſſeſſione ipſius ordinis Komloff vocata, quam Endre quondam Rex Hungariæ clariſſimus, Prædeceſſor felicis memoriæ, dicto ordini pro remedio ſuæ animæ contulerat; ipſi Præpoſito, & Fratribus ſuis cum omnibus utilitatibus, & pertinentiis ſuis univerſis, collocaſſet perpetuo habendam, & poſſidendam; prout in literis Capituli B. Martini de Scepus, quas idem Magiſter ſuper præmiſſa commutatione dixit ſe habere, plenius continetur: Petens a nobis prædictus Magiſter Kokoff, ut ipſam ordinationem concambii, de noſtra benevolentia admitteremus, ratamque habere, & noſtris literis patentibus dignaremur confirmare. Nos igitur juſtis petitionibus, & legitimis dicti Magiſtri Kokoff, quia idem in diverſis noſtris expeditionibus, fidelitatis opera demonſtravit, annuentes, prædictæ ordinationi concambii, prouti literis capituli ſupra dicti continetur, noſtrum præbemus conſenſum favorabilem, & aſſenſum, & tenore præſentium confirmamus. In cujus rei memoriam noſtras literas patentes Magiſtro Kokoff ſæpedicto, duximus concedendas. Datum Budæ, feria quinta, proxima poſt feſtum Paſchæ Domini Anno ejusdem MCCCXIII.

XI.

Digitized by Google

XI.

Thomas Archiepiſcopus Strigoniens. confirmat fundationem Benedictinorum in Stola, eosque ſubjicit Abbati S. Benedicti de juxta Gron. Datum Strigonii, Anno Domini 1314.

EX APOGRAPHO.

Nos Thomas miſeratione Divina Archiepiſcopus Strigonienſis ejusdemque loci comes Perpetuus, ſignificamus, quibus expedit, univerſis præſentium per tenorem: Quod providi, ac honeſti viri: Eberlaus de Monte S. Georgii, comes de villa Stupany, D. Menyhardus Plebanus de villa Sionis, cum ipſorum amicis, & proximis, tanquam devoti in Chriſto Filii, ad Divinæ Religionis cultum, & augmentum anhelantes, in ipſorum poſſeſſione, in terra Scepus. ſub monte (i) Nivium, quæ Stohla B. V. nuncupatur, locum conventualem ad honorem ipſius B. V. pro cœnobio ordinis S. Benedicti diſpoſuerint & licitaverint tanquam Patroni, pro ſalute ſuarum animarum, & hæredum, ac Succeſſorum ſuorum; & volentes, ut ille locus per nos, tanquam per Superiorem illius ordinis confirmetur, & approbetur; nos ipſorum devotionem animotenus attendentes, ſicut ſalubriter per eos exſtitit ordinatum, & inſtitutum, ac ſituatum approbamus, authoritateque plenaria confirmamus, & ſub noſtram protectionem, Fratres in ipſo loco reſidentes acceptamus, & ſicut cæteros aliorum locorum conventualium ejusdem ordinis gubernamus, & conſervamus. Volentes nihilominus, ut Prior dicti loci, ſub Regulari diſciplina Abbatis S. Benedicti de juxta Gron permaneat, & cum cæteris Fratribus ibidem reſidentibus, obedientiam eidem exhibere teneatur; & ipſa Eccleſia, quæ ibidem ad honorem B. V. eſt exſtructa, ipſi Eccleſiæ S. Benedicti, tanquam Filia ſit ſubjecta, ſicut ipſi Patroni voluerunt. Si qui autem eos moleſtaverint, indignationem omnipotentis Dei, & B. V. M. Genitricis ejusdem, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverint incurſuros. In cujus rei teſtimonium, præſentes literas Sigilli noſtri munimine fecimus roborari. Datum Strigonii per manus Diſcreti viri Henrici Præpoſiti Budenſis, Cancellarii noſtri, in feſto B. Catherinæ Virginis. Anno MCCCXIV.

XII.

(i) Mons Nivium: Germanis Schneeberg, notiori vocabulo carpatus.

XII.

Tranſactio Pauli Præpoſiti Scepuſienſis, cum Henrico Præpoſito Miechovienſi, & Domino Landekinenſi. Datum Anno Domini 1315.

EX AUTOGRAPHO.

Nos Frater Joannes dictus, Abbas de Scepus, totusque ejusdem loci Conventus, ad univerſorum notitiam, tam præſentium, quam futurorum harum ſerie volumus pervenire: Quod Religioſus Vir Fr. Henricus, Canonicus Dominici ſepulchri, & Præpoſitus Miechovienſis, nec non Dominus de Landek, una cum ſuis Fratribus in Domo Landek conſtitutis, in noſtri præſentia eſt confeſſus: Quod quia Honorabilis Vir Magiſter Paulus, Præpoſitus Eccleſiæ S. Martini ex eadem, & conſenſu Capituli ejusdem Eccleſiæ, omni ſuo jure, quod in prænotata Eccleſia Landek, & Crucerdorff (k) habere noſcebatur, ob ſuæ animæ remedium, eisdem reſignaſſet; ipſi Fratres ex ſuis ad Synodum Eccleſiæ S. Martini præſcripti, annis ſingulis mittere tenebuntur. Præterea judicia ſpiritualia, & homicidalia ad prælibatam B. Martini Eccleſiam pertinentia, prælibatus Magiſter Paulus Præpoſitus cum ſuis ſucceſſoribus, in Eccleſia memorata Crucerdorff, & non in altera tenebitur per ſe, vel ſuum hominem judicare. Et ut ſæpe dicta Eccleſia S. Martini, ſui honoris robur valeat obtinere jugiter, memorati Fratres in recompenſam juris, per ſupra ſcriptum Magiſtrum Paulum Præpoſitum eisdem ſic indulti, unam marcam finni argenti, Scypſienſis ponderis, infra Octavas præmiſſi S. Martini, Eccleſiæ eidem B. Martini ſolvere annis ſingulis tenebuntur; ceſſantes tamen a Divinis, ſi non fecerint, donec hæc eadem marca fuerit perſoluta. In cujus rei teſtimonium, Sigillum noſtrum apponi fecimus huic ſcripto. Nec hoc quidem prætermittendum volumus; ut ſi quando Villas, præter præfatas duas, eosdem Fratres in poſterum habere contigerit, jam ſæpius notatus Magiſter Paulus Præpoſitus cum ſuis ſucceſſoribus, jus in eisdem pleniſſimum obtinebit. Datum XV. Kalend. Maji. Anno Domini MCCCXV.

XIII.

(k) Crucerdorff videtur eſſe Kreütz, ſeu Kereſztfalva; locus Kesmarkino in Boream ſubductus, amni Poprado aſſedit.

Digitized by Google

XIII.

Literæ fundationis Cœnobii Lechniczenſis Ordinis Carthuſianorum. Datum Anno Domini 1319.

EX APOGRAPHO.

Capitulum Eccleſiæ B. Martini de Scepes, omnibus Chriſti fidelibus, quibus præſentes oſtenduntur, ſalutem in Domino ſempiternam. Quoniam, ut dicit ſapiens, generatio præterit, & generatio advenit; dignum eſt, ut acta temporalium, ne oblivionis nubilo obfuſcentur, literarum teſtimonio perennentur. Proinde ad univerſorum notitiam volumus pervenire: Quod conſtitutis coram nobis, Magiſtro Kokoſs, Filio quondam Comitis Rycolphi ex una parte; ac Viris Religioſis Fr. Martino Priore Lapidis Refugii, & Fr. Goblino Ordinis Carthuſienſium ex altera; idem Magiſter Kokoſs, gratia ſancti Spiritus illuſtratus, ac uſus ſpiritu conſilii ſanioris, ſanus, & incolumis, vultu maturus, ac animo deliberato ob ſuam, ſuæque Conjugis ſalutem, ac Filii ſui defuncti, nec non ſuorum Progenitorum remedium animarum, prædictis Fratribus, ac Ordini Villam quandam Lechnicz nuncupatam, ſexaginta duos laneos continentem, pro fundatione Clauſtri, cum jure piſcationis ad ipſum pertinente in aqua Donajecz nominata, quæ propriis laboribus ex Regio dono, ob ſuorum merita fidelium famulatuum hucusque pacifice, ac quiete dignoſcitur poſſediſſe, cum omnibus utilitatibus ſuis habitis, & habendis, nihil ſibi juris retinendo, jure perpetuo, quiete, irrevocabiliter poſſidenda, ſe donaſſe liberaliter eſt confeſſus: ſperans hac divinæ pollicitationis ſecuritate certificatus pro his, & aliis bonis, ſe cum in Majeſtate ſua Salvator advenerit, redditurus unicuique prout geſſit in corpore, æterna præmia percepturum. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam, præſentes conceſſimus Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum feria IV. proxima ante feſtum SS. ac BB. Martyrum Gordiani, & Epimachi Anno Domini MCCCXIX.

Digitized by Google

XIV.

Confirmatio Regia ſuperiorum literarum, cum augmento fundationis. Datum in Themeswar Anno Domini 1320.

EX APOGRAPHO.

Nos Carolus Dei gratia Rex Hungariæ &c. memoriæ commendantes, tenore præſentium ſignificamus, quibus expedit univerſis: Quod Nobilis Vir, Magiſter Kokoſs Filius Rycolphi, dilectus, & fidelis noſter, tanquam providus, & prudens, non immemor ſuæ ſalutis, coram nobis perſonaliter comparens, ob remedium ſuorum Parentum animarum, & ſuæ ſalutis, ac ob devotionem B. Joannis Baptiſtæ, quam in ipſo habet, & gerit, quandam ſuam Villam Lechnicz vocatam hæreditariam, cum omnibus ſuis utilitatibus, & pertinentiis univerſis eo jure, eaque amplitudine, qua ipſe poſſedit; item dimidietatem cujusdam molendini ſui in Villa ejusdem Heynburg vocata — — & ab eadem Villa Heynburg ſingulis annis, ſingulas tres marcas, obtenta a nobis licentia, ex noſtro beneplacito, & conſenſu, Eccleſiæ ipſius S. Joannis Bapt. de Lethenkew, & Viris Religioſis ipſam Eccleſiam officiantibus, & in eadem Deo famulantibus dedit, donavit, ordinavit, contulit perpetuo poſſidendas, percipiendas, habendas, tenendas, & irrevocabiliter, ſeu immutabiliter conſervandas. In cujus ſuæ ordinationis, & donationis teſtimonium, præſentes a nobis dictæ Eccleſiæ dari poſtulavit. Datum in Temeswar, in Octavis Paſchæ Domini. Anno ejusdem MCCCXX.

XV.

Amica compoſitio inter Abbatem Schavnikienſem, & Oppidanos Popradenſes, ratione Incolarum poſſeſſionis de Altzenow. Datum Anno Domini 1326.

EX AUTOGRAPHO.

Nos Jula Comes Saxonum, Jurati, & Univerſi Judices de Cyps, memoriæ commendantes ſignificamus, quibus expedit univerſis, præſentibus proteſtan-

Digitized by Google

teſtantes: Quod cum lis, & contentio dudum orta fuiſſet inter Viros Religioſos Abbatem, & Conventum Eccleſiæ S. Mariæ de Cyps, & populum de Poppart, pro quadam particula terræ; ipſæ vero partes conſiderantes, quod pro re tam modica, non eſſet conveniens, ut rurſus inter ipſos altercatio perduraret. Viris providis, & diſcretis, ac honeſtis, pro parte D. Abbatis & Conventus, coram quibus fide dignis ſcilicet: *Viro Religioſo Fratri Guidoni, Ordinis S. Antonii* (1) *Magiſtro, & Commendatori in Drawcz, C. Nicolao Stoyan, & Menhardo Sculteto ipſorum de Kubach;* Judices vero & populus de Poppart ex alia parte, unanimi, & pari voluntate cauſam ſuam commiſerunt: *Viro diſcreto D. Echardo Plebano de Millenbach, Nobili Viro Comiti Julæ tunc temporis exiſtenti Comiti Terranorum, ac honeſto Viro Johanni Judici de Leucha,* qui tanquam Viri providi pacis, & concordiæ vinculum, inter ipſas partes ſolidare cupientes, zelo Dei ferventes, omnem diſcordiam, & ſcrupulum inimicitiæ ab ipſis partibus amovere volentes, taliter ordinarunt: Quod Jabagyones Abbatis, & Conventus de Altzenow, propter bonum pacis, & concordiæ, prædicto populo de Poppart tres fertones finni argenti; ponderis Cypſienſis, omni occaſione injuſta procul mota, ſingulis annis in feſto B. Martini Epiſcopi, & Confeſſoris ſolvere tenebuntur. Si vero in ſolutione prælibata, præfati Jobagyones Abbatis de Altzenow, die & termino præfixo deficerent, quod tunc populus prædictus de Poppart, per hominem Abbatis præſentem, & aſſiſtentem habet recipere, & impignorare per pretium prætaxatum. Et ſi (quod abſit) contingeret, quod ſæpedictus populus de Poppardt, propter defectum dictæ ſolutionis eisdem non factæ, aliquod damnum incurrerent; ipſi prædicti Abbas, & Conventus Jobagyones ipſorum ſuperius nominatos debent, & tenentur ad hoc cogere, quod ipſi de dictis tribus Fertonibus, expenſis, & damnis, ſi interceſſerint, ſecundum æſtimationem prælibatorum Virorum, Deum præ oculis habentium, ut reddant juſtitiæ complementum. Nec prætermittendum, quod ſi prædicti populi de Poppart D. Abbati, ac Jobagyonibus ſuis aliquam violentiam intulerint, in ejus jurisdictione, & per experientiam veritatis devicti fuerint, ex tunc ordinatio præſcripta irrita eſt, & inanis. In cujus rei teſtimonium, ſtabilitatemque perhenalem, ad petitionem partium, præſentem literam Sigillo noſtræ Provinciæ conceſſimus roborare. Datum feria tertia proxima ante Aſcenſionem Domini MCCCXXVI.

(1) Ordo hic in Hungaria dudum deſiit. Ex Gallia traductus videtur, ubi circa annum 1095. initia ſumpſit. Poſſidet illic etiamnum urbem, & Abbatiam S. Antonii prope Viennam in Delphinatu. Ad eum ſpectat peregrinos hoſpitio excipere, infirmos curare &c. V. Hiſt. des Ordres Religi. Tom. II. C. XVI.

XVI.

Literæ Wilhelmi Abbatis Ordinis Ciſterc. de Scepus, ac Joannis Præpoſiti Scepus. continentes Bullam Innocentii IV. Papæ in cauſa controverſa Epiſcopi, & Capituli Agrienſis, cum ſacris Curionibus ejusdem Diœceſis. Dat. Leutſchoviæ. Anno Domini 1328.

EX APOGRAPHO.

Reverendo in Chriſto Patrì (m) Ch. Epiſcopo ſanctæ Agrienſis Eccleſiæ, Fr. Wilhelmus Abbas Ordinis Ciſtercienſis Domus B. V. nec non D. Johannes Præpoſitus Eccleſiæ S. Martini in Scepus. orationum ſuarum devotionem, in Domino Jeſu Chriſto. Veſtram charitatem cupimus non latere, nos literas ſanctiſſimi Patris noſtri, D. Innocentii IV. felicis recordationis, vera ejus bulla plumbea bullatas, cum filo cannabis, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte vitiatas, recepiſſe in hæc verba:

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis, Abbati de Scepus, Ordinis Ciſtercienſis; Priori Fratrum prædicatorum de (n) Potoch; & Præpoſito Eccleſiæ S. Martini de Scepus. Strigon. & Agrienſis Diœceſis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Conquerentibus olim dilectis Filiis Rectoribus, ac perpetuis Vicariis Eccleſiarum Agrienſis Diœceſis: Quod Venerabilis Frater noſter Epiſcopus, ac Præpoſitus, Archidiaconi, Canonici Agrienſes omnes reditus, & proventus Eccleſiarum ipſarum (o) ſuis uſibus indebite applicantes, dictis Rectoribus, & Vicariis nonniſi quandam tenuem, & exilem partem de oblationibus, & obventionibus illarum pro ſuo libitu — — & quod diverſis aliis gravaminibus afficiebant eosdem. Nos tandem in hujusmodi negotio, partibus coram nobis literarum noſtrarum authoritate citatis, dilectum

(m) Anno 1328. Chanadinus de Thelegd præfuit Eccleſiæ Agrienſi.

(n) Cardinalis Pazmannus, ubi percenſet Dominicanorum Conventus, non meminit Patakinenſis.

(o) Ita quidem Innocentius ex Parochorum querelis. Cæterum Epiſcopi Cathedrale Templum, quod Tartari penitus evaſtarant, primo ſplendori reddere cupiebant. Vide P. Nicolai Schmitth Epiſcopos Agrienſes. Mirum autem videri poſſit, quod inde a temporibus Innocentii IV. qui Anno 1243. Eccleſiæ regimen ſuſcepit, literæ hæ delituerint; nec niſi poſt octoginta, & quod excurrit, annos vulgatæ ſint.

lectum Filium Martinum Ubaldum Subdiaconum, & Capellanum noſtrum dedimus Auditorem; & quia his nimis difficile eſſet ſuper præmiſſis, apud Sedem Apoſtolicam litigare; nos ipſorum laboribus, & expenſis parcere, ac ſuper his per viam compendii, ſalubriter providere volentes, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis eisdem partibus, ſi de ipſarum voluntate proceſſerit, infra tres menſes, a receptione præſentium, componatis amicabiliter inter eos. Alioquin ex tunc Epiſcopo præfato, authoritate noſtra mandetis, ut memoratis Rectoribus, & Vicariis quartam partem omnium decimarum (cum hoc de jure communi exiſtat) habere ipſis pro ſuſtentatione dimittat pacifice percipiendam in perpetuum ab iisdem; aliam vero quartam decimarum ipſarum in tuto, & competenti loco cujuslibet Parochiæ, pro fabricis, luminaribus, & aliis ornamentis dictarum Eccleſiarum, deponi fideliter faciatis. Ad hæc præfatum Epiſcopum duabus partibus oblationum, quæ a Parochialibus, vel aliis Chriſti fidelibus, ex quacunque cauſa Eccleſiarum ipſarum altaribus offerantur, exceptis pane, carnibus, & candelis, quæ omnia cum tertia parte hujusmodi oblationum in denariis, auro, & argento facta, Rectoribus, & Vicariis cedant, faciatis eſſe contentos: conſuetudine, vel præſcriptione aliqua non obſtante. Præterea nominatos Rectores, & Vicarios a præfato Epiſcopo in Cathedratico, ultra quam a jure permittitur, ac ab ipſo, & memoratis Archidiaconis impugnantibus, & aliis quibuscunque exactionibus, niſi quam inſtituta volunt Canonica, indebite aggravari, ac eosdem Rectores, & Vicarios in perceptione præmiſſorum, prout ſuperius eſt expreſſum, moleſtari ab illis, vel ab aliis, aut ab eis pro juſtitia per eundem Epiſcopum, & Archidiaconos exhibenda exigi aliquid, ſeu extorqueri ullatenus permittatis. Cæterum eosdem Rectores, & Vicarios, quos per Epiſcopum præfatum, Archidiaconos, & Canonicos ſupradictos, poſt appellationem ad Sedem Apoſtolicam interjectam Eccleſiis, vel aliis bonis ſuis conſtiterit eſſe ſpoliatos, ad ea integre, ſicut juſtum fuerit, reſtituere procuretis; nec non ſuſpenſionum, interdicti, & excommunicationum ſententias, ſi quas in eos poſt appellationem eandem per illos, aut alios inveneritis fuiſſe prolatas, denuntietis penitus fore nullas. Contradictores authoritate noſtra, poſtpoſita appellatione, compeſcendo: non obſtante, ſi eis, aut aliquibus aliis communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod ſuſpendendi, vel interdicendi, aut ea communicandi —— non poſſint, niſi de indultu hujusmodi ſibi conceſſo plena, & expreſſa, ſeu de verbo ad verbum in noſtris literis mentio habeatur. ——

Proinde veſtram monemus, nec non in Domino hortamur charitatem, quatenus ſtatim viſis præſentibus noſtris, ac juſtitiæ cauſa, ad amicabilem ſecundum tenorem ſuperioris ſcripti expreſſum, vos recipiatis cum prædictis Eccleſiarum, vel veſtræ Diœceſis Rectoribus, ac Vicariis compoſitionem, & eosdem

dem penitus pendente lite, in nullis præſummatis moleſtare. Alioquin ſi ſecus feceritis, authoritate nobis a Sede Apoſtolica conceſſa procedemus. Datum Leutchæ Anno Domini MCCCXXVIII. tertia feria poſt Dominicam diem, qua cantatur Miſericordia Domini.

XVII.

Carthuſiani Lechniczenſes cedunt decem marcis terram a Villa Eur ſeparatam, Magiſtro Rycolpho, filio Comitis Rycolphi. Datum Anno Domini 1330.

EX AUTOGRAPHO.

Capitulum Eccleſiæ B. Martini de Scepus. omnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſentes pervenerint, Salutem in omnium Salvatore. Quum omnium habere memoriam, & nullius obliviſci, divinum eſt, quam quidem humanum, & venerabile eſt ea, quæ ab hominibus ſanciuntur, quod literarum teſtimonio comprehendantur. Ad univerſorum igitur tam præſentium, quam futurorum notitiam, harum ſerie volumus pervenire: Quod accedentes ad noſtram perſonaliter præſentiam, Religioſus Vir Fr. Joannes Prior Conventus de Doneycz Ordinis Carthuſ. pro ſe, & toto Conventu Domus ejusdem, ex parte una; ab altera vero nobilis Vir, Magiſter Rycolphus filius Comitis Rycolphi, idem Fr. Johannes Prior vice, & nomine totius Conventus prædicti, vivæ vocis oraculo eſt confeſſus: quod illam terram, quam Magiſter Kokoſs recordationis felicis quondam reſervaverat, ac ſeparaverat a Villa Eur (p) vocata, ipſamque terram pro remedio animæ ſuæ legaverat prædictæ Domui, & Conventui de Doneycz perpetuo poſſidendam, præfatus Magiſter Rycolphus — pro decem marcis, a præſcriptis Fratribus, & Conventu comparavit terram ſupra memoratam, dedit, contulit, & reſignavit ſæpe dicto Magiſtro Rycolpho, in filios filiorum, ac hæredum hæredes, hæredumque ſucceſſores, jure hæreditario irrefragabiliter poſſidendam, tenendam pariter, & habendam. In cujus rei memoriam, perpetuamque firmitatem, præſentes conceſſimus Privilegiales

(p) Eur, vel Oer Hungaris, Germanis Nehrer, Slavis Sztſáska, medio fere intervallo Kesmarkinum inter, ac Belam Oppidum.

Digitized by Google

giales literas, noſtri Sigilli munimine roboratas. Datum ſexta feria proxima poſt feſtum Pentecoſtes. Anno Domini MCCCXXX.

XVIII.

Dimidium Villæ Matthæi a Nobilibus de Gargow, confertur Cœnobio de Sthol Ordinis S. Benedicti. Datum Anno Domini 1333.

EX APOGRAPHO.

Capitulum Eccleſiæ B. Martini de Scepus. Omnibus Chriſti fidelibus præſentibus, & futuris, quibus præſentes oſtenduntur, ſalutem in ſalutis omnium largitore. Ne laberentur cum tempore, quæ in tempore peraguntur, provida hominum diſcretio adinvenit, ut rerum legitime geſtarum ſeries, fidelium memoriæ literarum commendetur. Proinde ad univerſorum notitiam, harum ſerie literarum volumus pervenire: quod conſtituti in noſtri perſonaliter præſentia, Nobiles Viri videlicet: *Magiſter Petrus Caſtellanus de Scepus. & Lyblou; ac Magiſter Nicolaus, & Georgius filii Comitis Conradi de Gargow*, idem Nicolaus & Georgius, præſente Magiſtro Petro prædicto, oraculo vivæ vocis ſunt confeſſi; quod quandam poſſeſſionem ipſorum, jure hæreditario ipſos attingentem, videlicet dimidietatem Villæ Matthæi, cum omnibus utilitatibus, & pertinentiis univerſis, eo jure, eaque libertate, ac mediantibus eisdem metis, & terminis, quibus ipſi, & ipſorum Prædeceſſores eandem poſſeſſionem dignoſcuntur poſſediſſe, ob remedium animæ Patris ipſorum Comitis Conradi, quondam defuncti, Fratribus de Sthol Ordinis S. Benedicti contuliſſent, tradidiſſent, & reſignaſſent; ac tradiderunt, ac reſignaverunt coram nobis, jure perpetuo, & irrevocabiliter poſſidendam, tenendam pariter, & habendam: ita, ut ſi prædicti Fratres eandem poſſeſſionem ſucceſſu temporum vendere, vel alienare quovis modo voluerint, ex tunc prædictis Nicolao, & Georgio filiis Conradi vendere, vel obligare tenebuntur. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam, ad petitiones prædictorum Virorum diſcretorum ſuper dicta donatione præſentes conceſſimus literas, noſtri pendentis Sigilli appenſione communitas, (q) interciſas ordine alphabeti. Datum in die S. Emerici Confeſſoris. Anno Domini MCCCXXXIII.

XIX.

(q) Veteres in una membrana, plerumque gemina Inſtrumenta exarabant, quorum medio literas majuſculas A. B. C. interſerebant. Diſciſſa deinde membrana, pars altera

Digitized by Google

XIX.

Literæ Benedicti XII. Papæ ad Chanadinum Archiepiſcopum Strigonienſ. ut bona, quæ Cruciferi Landekienſes alienarant, vindicet. Datum Avenione. Anno Domini 1341.

EX APOGRAPHO.

Benedictus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Archiepiſcopo Strigonienſi, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Ad audientiam noſtram pervenit, quod tam dilecti Filii Præpoſitus, & Fratres domus de Landek, ad ſepulchrum Dominicum Jeroſolymitanum immediate ſpectantes, Ordinis S. Auguſtini, Agrienſis (r) Diœceſis, quam Prædeceſſores eorum decimas, terras, domos, vineas, jurisdictiones, poſſeſſiones, prata, paſcua, piſcinas, nemora, molendina, jura, & quædam alia bona ipſius domus, datis ſuper hoc literis, confectis inde publicis Inſtrumentis, interpoſitis juramentis, factis renuntiationibus, & pœnis adjectis, in gravem ipſius domus *læſionem*, nonnullis Clericis, & Laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum, & aliis perpetuo ad ſummam, vel ſub annuo cenſu conceſſerunt; quorum aliqui ſuper his confirmationis literas, in forma communi a Sede Apoſtolica impetraſſe dicuntur. Quia vero noſtra intereſt, ſuper hoc de opportuno remedio providere, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus; quatenus ea, quæ de bonis ipſius domus, per conceſſiones hujusmodi alienata inveneris illicite, vel diſtracta, non obſtantibus literis, inſtrumentis, juramentis, renuntiationibus, pœnis, & confirmationibus ſupradictis, ad jus, & proprietatem ejusdem domus, legitime revocare procures. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſpirituali,

altera cum dimidiatis literis apud Capitulum aſſervabatur; altera cum truncatis perinde literis ei, cujus intererat, tradebatur. Fiebat id, ne fraudi ſubinde locus eſſet. Nam ſi dimidiatæ literæ apte ſibi reſpondebant, ſincerum documentum; ſi diſcrepabant, adulterinum cenſebatur.

(r) Landek quidem in Agrienſi Diœceſi non eſt, nec unquam fuit; bene tamen Komlois, quo primum Cruciferi hi inducti ſunt. Vid. Diplom. I.

rituali, appellatione contempta, compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum Avinione VI. Kalend. Maji Pontificatus noſtri Anno VII.

XX.

Fragmentum Diplomatis Ludovici I. quo confert certas immunitates Cœnobio B. M. V. de Scepus. Ordinis Ciſtercienſis. Datum Anno Domini 1347.

EX APOGRAPHO.

Ludovicus Dei gratia Rex Hungariæ &c. Quod cum nos glorioſam, & intemeratam Virginem Mariam, quæ Regni noſtri ſpecialis exiſtit Domina, & Patrona, intendamus totis ſinceræ mentis affectibus honorare, & ut reverentiæ, quam erga ipſam Virginem glorioſam gerimus, exhibeamus expreſſius argumentum, Monaſterio ejusdem B. V. de Scepus, & Abbati ejusdem Monaſter. Ordinis Ciſterc. nunc, & pro tempore conſtituto, hanc gratiam duximus faciendam: Quod nullus Judicum, & Juſtitiariorum noſtri Regni, populos dicti Monaſterii præter Abbatem, judicare debeat, vel præſumat; ſed omnes homines habentes actionem contra populos ejusdem Monaſterii, vel etiam ſervientes impoſſeſſionatos, exequantur legitime in præſentia Abbatis Monaſterii prænominati, vel ejusdem Officialis; & ſi illi ex parte talium ſuorum Jobagyonum, vel ſervientium impoſſeſſionatorum, in reddenda juſtitia quibusdam tepidi, vel remiſſi exſtiterint, tunc non dicti ejus Jobagyones, & Servientes impoſſeſſionati; ſed idem Abbas evocetur legitime per querelatores, ad præſentiam noſtræ Regiæ Majeſtatis, rationem neglectionis, exhibitionis, juſtitiæ redditurus. — — *Datum per manus Honorabilis, & Diſcreti Viri Tatamerii, Albenſis Eccleſiæ Præpoſiti, Aulæ noſtræ Vice Cancellarii. VIII. Kalend. Novembr. Anno Domini MCCCXLVII. Regni autem noſtri Anno VI. Venerabilibus in Chriſto Patribus DD. Chanadino Strigon. Stephano Colocenſi, Nicolao Jadrens. Dominico Spalat. Archiepiſcopis; Nicolao Agrienſ. Andrea Tranſilvan. Demetrio Varad. Jacobo Zagrab. Nicolao Quinqueeccl. Petro Syrmienſ. Gregorio Cſanad. Laurentio Boſnen. Colomanno Jaurin. Michaele Vacienſ. Joanne Veſprim. Fr. Paulo Albenſi de Nandor. Nicolao electo, & confirmato Nitrienſ. Eccleſiarum Epiſcopis, Eccleſias Dei feliciter gubernantibus. Magnificis Viris Ni-*

Digitized by Google

colao Palatino, & Judice Cumanorum, Stephano Vajvoda Tranſilv. & Comite de Zolnok, Oliverio Magiſtro Tavern. noſtrorum, Comite Paulo Judice Curiæ Regiæ, Paulo Magiſtro Tavern. Dominæ Reginæ chariſſimæ conſortis noſtræ, Dominico de Machou, Nicolao totius Slavon. & Croat. Banis, Nicolao Pincernar. Iwanka Dapifer. & Dionyſio Agazonum noſtrorum Magiſtris, ac Magiſtro Nicolao dicto Trewtel Comite Poſonienſi.

XXI.

Civitas Kéſmarkienſis Eccleſiam S. Eliſabethæ in Urbe exiſtentem, cedit Ordini Cruciferorum de Landek. Datum Anno Domini 1348. Edidit Samuel Nakielſzky in Præpoſitis Miechovienſibus.

In Nomine Domini Amen. Cum omnia Entia tendi habent ad eſſe primum, & cum homo ſit rationalis creatura, & mediante ratione aſſimiletur Entibus Nobiliſſimis; porro quæ ſpectare videntur ad culmen, & fulcimenta primi Entis, quod eſt Nobiliſſimum: homo, qui eſt creatura infima, merito eadem quoque fulcimenta ſupplere tenetur, tanquam loco a minori. Nos ergo Johannes Judex, cognomento dictus Rudger, nec non quatuor Seniores, totaque univerſitas Civitatis Fori Caſeorum, Strigonienſ. Diæceſis, inſpectis, & conſideratis habitibus ſalutaribus, operumque piorum, Ordinis Dominici Sepulchri Hieroſolymitani, conſiderataque perſeverantia pietatis in Clauſtro Landek, Fratrumque inibi habitantium: Unde eisdem Fratribus, Ordinique ipſorum, ad inſtantem ſupplicationem ipſorum contulimus, dedimus, & donavimus Eccleſiam S. Eliſabeth inferiorem, in prædicta Civitate videlicet: Foro Caſeorum juxta muros ſituatam — — Quam quidem Eccleſiam inferiorem prædictam contulimus ipſis Fratribus Ordinis prædicti, & nomine ipſorum eligimus idoneum Presbyterum D. Eberhardum ad ipſam præfatam Eccleſiam inferiorem habendam, poſſidendam, & regendam, & proventus ipſi Eccleſiæ deputatos, in proprios uſus convertendos; prout ſibi, & ſuis Fratribus melius videbitur expedire, ſalvo tamen jure Eccleſiæ noſtræ Parochialis. Quam quidem libertatem collationis Eccleſiarum poſſidemus, & fungimur ex ſpeciali gratia, & amoris Privilegio Inſignium Regum noſtrorum videlicet: Ludovici Regis Hung. ac Anteceſſorum in Chriſto decumbentium, videlicet: Sereniſſimorum Regum Belæ, & Colomanni, qui Fratres Excellentiſſimæ Eliſabeth Reginæ,

Digitized by Google

ginæ, & Viduæ exſtiterunt, ceu tota Regio Hungariæ ſigillatis literis Regalibus ſignis, videt etiam probabiliter contineri; nec quisquam verbis ſubdolis, & opprobrioſis audet contraire. Cæterum, ſi ſupradictus D. Eberhardus, ſeu Fratres Ordinis prædicti contra quempiam apellaverit, ſeu apellaverint pro eo, quod adminiſtrationem Eccleſiæ inferioris ſibi, & ipſi Ordini conceſſæ, a Præpoſito Scepuſienſi habere nequibit; eandem appellationem complere, & agere eſt adſtrictus, ſine præjudicio, & fatigatu Civitatis, & Hoſpitum Urbi exiſtentium aliquali. Et tamen quæcumque poſſunt fieri cum Deo, & honore, ex libero arbitrio, ob cauſam, & reverentiam veſtrorum omnium vos ſcitote fore per nos. In cujus rei teſtimonium, præſentes literas charactere noſtræ Civitatis duximus roborandas. Datum per manus Magiſtri Nicolai, noſtri Notarii. Anno Domini MCCCXLVIII.

XXII.

Mandatum Ludovici Regis Hung. ad Cruciferos Scepuſienſes de Darocz, ne Caſſovienſe Noſocomium occupare præſummant; ſed literas, ſi quas ſuper eo habent, producant. Datum Budæ Anno Domini 1366.

EX APOGRAPHO.

Ludovicus Dei gratia Rex Hungariæ, Fidelibus ſuis Religoſis Viris, Fratribus Joanni Priori, & aliis Cruciferis Ordinis S. Antonii de Darouch ſalutem, & gratiam. Ex inſinuatione fidelium Civium noſtrorum Caſſenſium didicimus queruloſa, quod de quadam Eccleſia, & Domo hoſpitali extra murum ejusdem Civitatis habita, quam ipſi pro ſuſtentatione infirmorum, & egenorum ob remedium ſuarum, & Prædeceſſorum eorum animarum conſtituiſſent, vos minus juſte intromittere niteremini, & velletis, & pro vobis conaremini occupare: quæ tamen ad vos dignoſcerentur in nullo pertinere. Quare fidelitati veſtræ firmiter præcipiendo mandamus, quatenus de dicta Eccleſia, & Domo Hoſpitali vos intromittere nullatenus ſitis auſi; ſi vero quidquam juris in ipſa Eccleſia, & Domo Hoſpitali vos habere ſperatis, Inſtrumenta veſtra, ſi quæ in facto ejusdem habetis emanata, in termino congruenti, contra dictos Cives ſimiliter Inſtrumenta eorum in facto dicti Hoſpitalis habita portare debentes,

tes, coram nobis exhibeatis; & aliud facere nullatenus præſummatis. Datum Budæ in Dominica (s) Eſto mihi. Anno Domini MCCCLXVI.

XXIII.

Ejusdem Ludovici Regis in eadem materia literæ. Datum Varadini. Anno Domini 1375.

EX APOGRAPHO.

Nos Ludovicus Dei gratia Rex Hungariæ, Poloniæ, Dalmatiæ &c. memoriæ commendamus per præſentes; Quod licet Magiſter Tavarnicorum noſtrorum, Domum Hoſpitalem S. Spiritus Caſſoviæ conſtructam, eo quod Judex Caſſovienſis nusquam ad judicium per Cruciferorum de Scepes Magiſtrum citatus comparuerit, eidem Magiſtro Cruciferorum adjudicaverit, tamen de eo, quod Cives noſtri Caſſovienſes efficacia ſuper dicta domo haberent literalia Inſtrumenta, perhibere teſtimonium, ipſeque Magiſter Cruciferorum ipſam domum vendere, impignorare, & alienare niteretur; ideo dictam ſententiam per ipſum Magiſtrum Tavernicorum latam facto in præmiſſo, in hac parte revocamus, & annullamus, ipſamque Domum Hoſpitalem in manibus ipſorum Civium noſtrorum Caſſovienſium decrevimus habere, committentes, ut idem Magiſter Cruciferorum, vel alii quidpiam, qui jus ad dictam domum Hoſpitalem habere ſperant, nova citatione mediante juridice coram nobis, & Baronibus noſtris proſequantur, ubi nos. vel iidem Barones noſtri viſis literis ambarum partium, merum juris, & juſtitiæ exhibebimus complementum; ut dictaverit ordo juris. Datum Varadini, in feſto BB. Philippi & Jacobi Apoſtolorum. Anno Domini MCCCLXXV.

XXIV.

(s) Dominica Eſto mihi, alias Quinquageſimæ in Faſtis Eccleſiaſticis vocatur.

XXIV.

Menardus Scultetus de Villa Batizii vendit certam terram, Cœnobio B. M. V. de Sthol Ordinis S. Benedicti. Datum Anno Domini 1383.

EX AUTOGRAPHO.

Capitulum Eccleſiæ B. Martini de Scepus. Omnibus Chriſti fidelibus præſentibus pariter, & futuris præſentium notitiam habituris, ſalutem in omnium Salvatore. Cum Mundi labilis conditio ſit caduca, & rei geſtæ memoria propter brevem vitam hominum caligine oblivionis obfuſcata, nequeat in ævum perdurare, prouida circumſpectio Virorum adinvenit, ut ea quæ in tempore geruntur, ne ſimul cum tempore labantur, ſcripturæ teſtimonio ſolidentur. Proinde ad univerſorum notitiam, harum ſerie volumus pervenire: Quod Providis Viris Menardo filio Johannis Sculteto de Villa Batizii (t) de Comitatu Scepus. ac Nicolao filio ſuo pro ſe, & Caſpare ſimiliter Filio ſuo ſine literis procuratoriis, cujus onus ratione infraſcriptorum, ſi quod ſucceſſivis temporibus emergeret, in ſe aſſumpſerunt ab una; ac Religioſo Viro Fratre Carardo Priore Monaſterii B. V. de Stol Ordinis S. Benedicti pro ſe ſimiliter, & pro Confratibus ſuis de eodem, parte ab altera, coram nobis perſonaliter conſtitutis, per eosdem Menardum, & Nicolaum filium ſuum, in ſuis, ac dicti Caſparis perſonis propoſitum exſtitit miniſterio vivæ vocis, & relatum: Quod ipſi, urgentibus ipſos ad præſens pluribus neceſſitatibus, & agendis, quæ non mediocres ad ea ſopienda exquirunt pecunias, atque ſumptus, quasdam terras ipſorum arabiles & fœnilia de Scultetia ipſorum exciſas, menſuras octavæ dimidiæ virgarum in ſe juxta conſuetudinem Incolarum de eadem Batizfalva menſurare ſolitas, habentes — — cum omnibus ſuis utilitatibus, & pertinentiis, quibus ad Scultetiam prædictam pertinuiſſent, earumque libertatum prærogativis, & exemptionis titulo, quibus Prædeceſſores ſui, & ipſi poſſediſſent eas, & poſſent poſſidere, de conſenſu & voluntate proximorum, & amicorum ſuorum

(t) Villa Batizii, ſeu Batisfalva jacet ad pedem Montium Carpaticorum. Appellationem (ut ferunt) traxit a Botizio, uno ex Majoribus familiæ Mariaſianæ, qui Provinciæ Gömöriensis Comes fuiſſe legitur.

rum, & ſignanter Nicolai Literati, filii Johannis Fratris ejusdem Menardi, coram nobis perſonaliter comparentis, & venditioni earundem Virgarum terræ, benevolum conſenſum præbentis, & aſſenſum, prædicto Monaſterio B. V. & Fratribus in Deo jugiter famulantibus pro LXV. flor. monetæ, & numeri pro tempore currentis, ab eisdem Priore, & Confratribus ſuis plene habitis, & receptis vendidiſſent, & vendiderunt coram nobis ipſis, & Succeſſoribus eorum Confratribus in eodem Monaſterio degere debentibus, jure perpetuo, & irrevocabiliter, pacifice, & quiete poſſidendas, tenendas, & habendas —— In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam præſens noſtrum conceſſimus Privilegium, appenſione Sigilli noſtri roboratam. Datum in feſto B. Johannis Apoſtoli, & Evang. ante portam Latinam. Anno Dominicæ Incarnationis MCCCLXXXIII.

XXV.

Georgii Præpoſiti Scepus. literæ, quibus informat Vicarium Strigonienſ. de Varallyenſi Xenodochio B. Eliſabethæ, quod Oppidani Ordini Eremitarum S. Auguſtini tradere volebant. Datum Anno Domini 1400.

EX APOGRAPHO.

Venerabili, & Circumſpecto Viro Domino Mathæo de Vice-Dominis, Utriusque Juris Doctori, Præpoſito Eccleſiæ S. Antonii de Placentia, ac Canonico Strigonienſi, Reverendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini Johannis Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopi Strigonienſis, Locique ejusdem Comitis Perpetui, Primatis, & dictæ Sedis Apoſtolicæ Legati Nati, nec non Regni Hungariæ Supremi Cancellarii Vicario in Spiritualibus, & dictæ Legationis Cauſarum Auditori generali: Georgius Præpoſitus, & Capitulum Eccleſiæ B. Martini de Scepus, Strigonienſis Diœceſis, ſinceræ reverentiæ, & honoris continuum incrementum. Literas veſtras, veſtro minori ſigillo conſignatas, ac nobis ſonantes, & directas, nos ea, qua decuit reverentia, noveritis recepiſſe in hæc verba:

Matthæus de Vice-Dominis de Placentia, Doctor Utriusque Juris, Præpoſitus S. Antonii de eadem, & Canonicus Strigonienſ. Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini Domini Johannis Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archie-

Archiepiſcopi Strigonienſis, ejusdemque loci Comitis Perpetui, Primatis, & dictæ Sedis Apoſtolicæ Legati Nati, nec non Regni Hungariæ Supremi Cancellarii Vicarius in Spiritualibus, & dictæ Legationis Cauſarum Auditor Generalis: Venerabilibus Viris Præpoſito, & Capitulo Eccleſiæ S. Martini Scepuſienſis ſalutem. Ex parte Ordinis Fratrum Heremitarum S. Auguſtini in Regno Hungariæ conſtituti, præfato Domino Archiepiſcopo exſtitit relatum, ſicut populus prope Eccleſiam veſtram S. Martini conſtitutus, quendam locum Hoſpitalis deſolatum, vellet ipſi Ordini ex devotione concedere in Oratorium erigendum: eidem Domino noſtro ſupplicantes, quatenus prædictam populi voluntatem gratam habendo, certas indulgentias concederet; verum quia præfato Domino noſtro non conſtitit, cujusmodi locus ſit, & ubi ſit? & ad quem ſpectat ejus collatio? & ſi quos haberet, vel olim habuiſſet certos introitus? & quales? vel qualiter foret ſic ex negligentia deſolatum? nobis vivæ vocis commiſit oraculo, ut de prædictis claram, & certam a vobis reciperemus informationem. Quocirca veſtræ circumſpectioni, tenore præſentium committimus, & mandamus, quatenus poſt diligentem inquiſitionem, & ſolertem inveſtigationem nobis reſcribere, & nos informare velitis de ſingulis prædictis circumſtantiis, expreſſe declarantes, ſi in præjudicium alicujus Eccleſiæ, vel alicujus alterius cederet prædicta conceſſio, & qua intentione? & quo zelo, dictus populus ad prædicta induceretur; quidquid autem in prædictis feceritis, per veſtras literas, veſtris Sigillis ſigillatas, nobis ſignificare curetis, remiſſis in ſpecie præſentibus. Datum Budæ feria ſexta proxima poſt feſtum Pentecoſtes, ſub noſtro minori Sigillo. Anno Domini MCCCXCIX.

Poſt quarum literarum receptionem, nos Georgius Præpoſitus, & Capitulum prædicti, volentes mandatis veſtris, imo verius præfati Domini noſtri, Domini Archiepiſcopi, in eisdem literis veſtris expreſſis, & nobis injunctis, velut Obedientiæ Filii, humiliter obedire, & commiſſionem veſtram nobis factam executioni debitæ demandare, certos Presbyteros Clericos, & Laicos, videlicet Diſcretos Viros: Johannem Tentzwaldum, Hermannum dictum Smorl, & Nicolaum Kolbach Presbyteros, qui prædicti loci, ſeu Hoſpitalis olim fuerunt Rectores; nec non providos Viros: Nicolaum Knobloch, Antiquum Hilbrandum, Petrum Schreiber, Nicolaum Ros, & Stephanum Götzil apud Eccleſiam noſtram, & in prædicto Suburbio moram trahentes, pro informatione deſuper contentis in præſciptis literis veſtris, & nobis commiſſis, per nos habenda, per noſtrum certum hominem, ſcilicet per diſcretum Virum: Johannem dictum Reyczenberger de Villa Michaëlis, Presbyterum dictæ Diœceſis, ad certum competentem terminum, videlicet: tertiam diem feſti Purificationis Virginis glorioſæ, ad faciendam ſuper præmiſſis inquiſitionem, noſtri in præſentiam fecimus, & mandavimus in ipſorum propriis perſo-

Digitized by Google

nis advocari; quibus advocatis, & in cimiterio apud eandem Eccleſiam noſtram S. Martini coram nobis perſonaliter conſtitutis, eosdem, & etiam alios fide dignos Viros de Suburbio, & in vicinitate ejusdem exiſtentes, de & ſuper eo, cujusmodi ſit locus Hoſpitalis deſolati in præſcriptis literis veſtris nominati? & ubi ſit? & ad quem, ſeu ad quos ſpectat ipſius collatio? & ſi quos haberet, vel olim habuiſſet certos introitus, reditus, & proventus? & quale foret hoſpitale? & ex cujus negligentia fuiſſet deſolatum? & qua intentione, aut quo Zelo populus Suburbii inductus fuiſſet, quod Ordini Fratrum Heremitarum S. Auguſtini in Regno Hungariæ conſtituto, vellet ex devotione concedere, dictum Hoſpitale in Oratorium ipſorum Fratrum erigendum, & ſi in præjudicium alicujus Eccleſiæ, vel alicujus alterius cederet ipſa conceſſio? per modum inquiſitionis de omnibus, & ſingulis circumſtantiis ſpecialiter, & expreſſe interrogavimus, & ab eisdem, ac etiam ab aliis, a quibus licuit, & decuit, ſolerter inveſtigavimus, & inquiſivimus ſuper præmiſſis cum diligentia veritatem, & ſic per dictam noſtram diligentem inquiſitionem, & ſolertem interrogationem, & inveſtigationem, talem de præmiſſis reſcivimus, & ſcire potuimus meram, & omnimodam veritatem; imo nosmetipſi ex certa noſtra ſcientia recognoſcimus, hoc idem nobis conſtare publice, notorie, & manifeſte; & quod apud nos, & alios vicinos noſtros fuit, & eſt publicum, notorium, & manifeſtum, & quod de hoc in Monte S. Martini, & in Suburbio, & in vicinitatibus eorum prædictis apud graves, & honeſtas perſonas fuit, & eſt publica vox, & fama; quod locus ipſe eſt immediate in fine dicti Suburbii, a parte meridionali habens unam Eccleſiam, ſeu Capellam lapideam, quæ Hoſpitale B. Eliſabeth communi vocabulo apellatur, & habet habitationes aliquas ligneas, ſitas penes rivulum per ipſum Suburbium verſus illum locum defluentem; a parte vero occidentali habet copioſas frutices, ſeu virgulta ſalicum: & quod ejusdem loci, ſeu Hoſpitalis diſpoſitio, nominatio, electio, & præſentatio, a fundatione ipſius pertinuiſſet, & ſpectaſſet, ac pertineret, & ſpectaret ad Plebanum Parochialis Eccleſiæ B. M. V. de dicto Suburbio pro tempore conſtitutum, ac inſtitutio, ac confirmatio ipſius Rectoris ad Præpoſitum Eccleſiæ noſtræ prædictæ pro tempore conſtitutum, ſimiliter dignoſcitur ſpectare, & pertinere, ad ipſius Eccleſiæ Parochianos conjunctim, & non diviſim; & quod aliquos certos habuiſſet introitus, & proventus ſub nomine Hoſpitalis, ac etiam quod certos habuiſſet Presbyteros, per communem electionem Plebani, & Parochianorum de eadem electos in ipſius Hoſpitalis, & loci Rectores, & per dictum Præpoſitum confirmatos; & quod ultimus Rector prædicti loci, & Hoſpitalis propter inopiam non valens ſe ſuſtentare, ſicut illum locum ſuſcepiſſet, ita ipſum locum dimittens; ab eodem receſſiſſet, & quod poſt receſſum illius dictum Hoſpitale, quaſi per medium

An-

Annum ſuo certo caruiſſet Rectore, & ſic tempore vacationis illius loci, videntes Fratres ordinis prædicti ipſum taliter vacuum, dictum locum, ſeu Hopitale pro ſe, & eorum Ordine prædicto obtinere prætendentes, irrequiſitis Plebano, & Plebiſanis (u) ac Præpoſito ſupradictis occuparunt, quod videntes Diſcreti Viri Domini: Stephanus de Monte S. Martini, & Johannes de Suburbio, & cæteri circumadjacentes Plebani ſolenniter, & expreſſe proteſtati ſunt coram nobis Præpoſito, & Capitulo Præſcriptis, quod dicta occupatio, ſicut præfertur, per Fratres ſupradictos facta, cederet in præjudicium ipſorum Plebanorum, & etiam Eccleſiarum eorundem valde magnum: nunc autem, ut aſſerit plebs Eccleſiæ Suburbii, ex devotionis fervore, ob augmentum cultus Divini, & ob ſalutem animarum ipſorum, ad Fratres prædictos propter certas literas Domini noſtri, Domini Archiepiſcopi prædicti, dicitur eſſe inclinata, ita quod vellent, quod dicti Fratres apud dictum Hoſpitale remanerent. Fundator vero primus ipſius loci, ſeu hoſpitalis fuiſſet quondam D. Henczmannus Presbyter, Plebanus Eccleſiæ de dicto Suburbio, qui in fundamenta ipſius Hoſpitalis primum lapidem poſuiſſet, & uſque conſummationem in vectura lapidum, & allatione cimenti, & aliorum neceſſariorum conquiſitorum, in ſolvendo laboratoribus de ſua burſa propria, usque ad mortem ſuam continuaſſet, & quod ipſemet, quantum in ipſo fuiſſet, Hoſpitale B. Eliſabet apellando nominaſſet, eidem illum titulum imponendo: qui Plebanus poſt Hoſpitalis conſummationem immediate factam, aliquibus ædificiis, ſeu domibus paucis in loco prædicto, cum conſenſu prædictorum ſuorum Parochianorum quendam Capellanum ſuum proprium, Nicolaum nomine apud dictum Hoſpitale, ex permiſſione prædicti Præpoſiti in primum conſtituiſſet Rectorem. Alii etiam multi utriusque ſexus homines fide digni dixerunt, & dicunt: quod dictus locus, ſeu Hoſpitale prædictum pertineat, & pertinere debeat ad prædictos Plebanum, & Plebiſanos de Suburbio pro tempore conſtitutos conjunctim, & non diviſim, ut præfertur, qui ſemper ponere haberent, & habent in eodem, & eorum libitum ſecularem Presbyterum in Rectorem. Et præmiſſa omnia, & ſingula juxta commiſſionem nobis factam, & mandatum injunctum per diligentem inquiſitionem reperimus, & invenimus, & prout reperimus, & invenimus, ita veſtræ circumſpectioni in præſentibus noſtris Reſcriptionalibus, ſeu Relatoriis literis noſtrorum Sigillorum appenſionibus communitis referimus, & reſcribimus conſcientioſe. Datum, & actum tertio die feſti Purificationis B. M. V. upraſcripti. Anno Domini MCCCC.

(u) Plebiſani Parochiani, populus Sacro Curioni ſubjectus.

Digitized by Google

XXVI.

Teſtimonium Judicis Nobilium Comitatus Scepus. quod Curia Carthuſianorum de Lapide Refugii prope Villam Lethon ſita, nulli fuerit oneri ſubjecta. Dat. Quintofori. Anno Domini 1404.

EX APOGRAPHO.

Nos Comes Georgius, filius Johannis, Judex Nobilium de Scepus, memoriæ commendamus: Quod cum nos univerſos Nobiles Judicatui noſtro pertinentes pro quibusdam arduis negotiis inter eosdem definiendis, in unum congregari feciſſemus; tandem Reverendus in Chriſto Pater, & Dominus Dominus Ladislaus Epiſcopus Eccleſiæ Tinninienſis, Commendatorque, & Gubernator Abbatiæ Monaſterii B. V. glorioſæ in Scepus, in noſtri conſtitutus medio; nomine, & vice Religioſorum Virorum Fratrum Ordinis Carthuſienſis de Lapide Refugii, quærere curavit ſtudioſe, utrum aliquis de dicta Congregatione noſtra memoraretur, ut dicti Fratres Carthuſienſes de Curia ipſorum, prope Villam Lethon exiſtente ad taxas, ac collationes exactionales cujuscunque generis perſolvendas, nullo unquam tempore compulſi extitiſſent? ac cum eisdem in aliquo ſerviviſſent? cui cum matura deliberatione præhabita reſpondiſſent, quod nullus ipſorum, cujuscunque ætatis, id habere poſſet in memoria, quod prædicti Fratres de dicta Curia ipſorum, unquam taxam aliquam, vel collecturas exactionales exſolviſſent, vel cum eisdem in aliquo ſerviviſſent: Tandem dictus Reverendus Pater inſtitit nos admonendo, & hortando, ut ſuper ipſa faſſione, pro cautela futurorum, literas noſtras ipſi Priori, & Conventui dare dignaremur. Nos vero, & Univerſitas Nobilium penſatis multis, ac pene innumerabilibus fatigationibus, & laboribus, quos prædictus Reverendus Pater Dominus Ladislaus creberrime habuit pro noſtro commodo, & quiete, ipſius petitionibus benevole inclinati, de conſilio, & conſenſu univerſorum Nobilium, literas noſtras Privilegiales ſæpe dictis Fratribus, ac Conventui de Lapide Refugii conceſſimus, pendentis Sigilli noſtri munimine communitas. Datum in Quintoforo feria quarta prox. poſt Feſtum S. Georgii Martyris Anno Domini MCDIV.

XXVII.

Digitized by Google

XXVII.

Familia Waldorffiana dimidium villæ Richvald donat ordini Fratrum Carthuſienſium de Lechnicz. Datum Cracoviæ Anno Domini 1409.

EX APOGRAPHO.

Joannes Cuſtos, & Canonicus Eccleſiæ Cracovienſis, nec non Reverendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini Petri, Dei gratia Epiſcopi Cracovienſis Vicarius Generalis, & Capitulum ejusdem Eccleſiæ Cracovienſis, notificamus harum ſerie, quibus expedit univerſis: Quod in noſtra præſentia Religioſus vir, Dominus Paulus Waldorff Conventus Monaſterii Lechnicz ordinis Carthuſienſium, Diœceſis Strigoniens. perſonaliter conſtitutus recognovit publice, & expreſſe: Qualiter ipſe dudum, dum adhuc Secularibus negotiis fuiſſet involutus, Lucas, & Nicolaus ipſiusdem legitimi filii; Martha Rulandi dicti Traut; Adelheidis Nicolai Schwarzheuſel civium Cracovienſium uxores legitimæ, & Natæ Pauli ejusdem: Anna Dytkonis Advocati de Loſto, Anna Relicta Emerici, Agnes Schullerina, Anna Stanislai Bethborner Uxor legitima, filiæ legitimæ Annæ Sororis Pauli præattacti, mediam villam Richvald vulgariter dictam, prope præfatum Clauſtrum Lechniczenſe ſitam, quæ ad præfatum Paulum, & alias ſuper ſcriptas perſonas jure hæreditario ſpectabat, eidem Monaſterio, ipſiusque Priori, & Conventui jure hæreditario, cum omnibus utilitatibus, proventibus, obventionibus, attinentiis, & proprietatibus perpetuo habendam, tenendam, & poſſidendam dederunt, donaverunt, & teſtamentaliter legaverunt, ac omne jus, & proprietatem ipſis irrevocabiliter aſſignarunt; prout hæc omnia, & ſingula in litera, & Privilegio præfati Reverendi in Chriſto Patris Domini Petri Epiſcopi, & venerabilis capituli Cracovienſis, veris ipſiusdem Epiſcopi, & capituli ſigillis non raſis, non vitiatis, non abolitis, nec in aliqua parte ſuſpectis ſigillata, cum ſuis clauſulis plene vidimus contineri. Ne autem prædicta donatio, legatio, & Teſtamentum viribus in futurum quomodolibet fruſtraretur, providi & circumſpecti Auguſtinus, & Joannes prænotati filii Pauli legitimi, qui prætactæ donationi, legationi, & teſtationi coram præfato Domino Epiſcopo, & Capitulo Cracovienſi factæ non interfuerunt, prout hoc clare patet in litera præſcripta, coram nobis vicario, & capitulo prænotato ſani corporibus, & matura vigentes ratione, perſona-

ſonaliter conſtituti, cupientes prætacto ſalubri commercio congaudere, præfatæ donationi, legationi, ac teſtationi per præfatum Dominum Paulum ipſorum Patrem legitimum, & alias ſuperſcriptas perſonas factæ, approbantes, ratificantes, & gratificantes omne jus, proprietatem, & dominium in præfata villa Richvald, quod ipſos concernit, & ad ipſos pertinet, & pertinere poſſet quomodolibet in futurum: modo ſimili, ut prætactus Paulus ipſorum Progenitor, & alii ſupra ſcripti præſcripto Monaſterio, Priori, & Conventui ejusdem dederunt, donaverunt, legaverunt & aſſignaverunt; teſtantes perpetue, & irrevocabiliter habendam, tenendam, & poſſidendam jure hæreditario, cum plenimoda faciendi, dimittendi facultate: omni dolo, & exceptione contra præmiſſa in futuro quomodolibet fiendis renunciantes. In quorum fidem, teſtimonium, & evidentiam pleniorem præſentes literas noſtri vicariatus & ſupra ſcripti capituli Cracovienſis figillis fecimus muniri. Actum, & datum Cracoviæ die X. Menſis Maji Anno Domini MCDIX. præſentibus Honorabilibus viris Dominis Joanne Præpoſito S. Michaelis Caſtri Cracovienſis, Abraham Præpoſito, Joanne de Falkon, & Floriano Petri Canonicis, & aliis fide dignis.

XXVIII.

Sigismundus Rex terram cœnobii Schavnik Stoyanfölde dictam, confert oppido Montis S. Georgii; cœnobio vero Schavnikienſi villam Primfalva. Dat. in Themeswar. Anno Domini 1411.

EX APOGRAPHO.

Nos Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ &c. Rex memoriæ commendamus per præſentes: quod Providus, & fidelis noſter vir, Chriſtianus civis civitatis montis S. Georgii, terræ noſtræ Scepuſienſis ſuo, & Judicis, ac Juratorum, nec non totius univerſitatis ejusdem civitatis noſtræ nominibus, & perſonis noſtræ Majeſtatis veniens in conſpectum, nobis declaravit; quomodo eadem noſtra civitas propter terræ uſualis, & arabilis; nec non pratorum, de quibus fructus, & utilitas, aliaque emolumenta, victuique ipſorum neceſſaria poſſent procreari, non modicam carentiam, defectum paterentur ſatis magnum: propter quod cenſus, ſeu collecta annualis nobis ex eorum parte provenire ſolita difficulter, & cum penuria non-

nonnunquam per eosdem cives ſolveretur ſatis magna; ſupplicans nominibus, & perſonis, quibus ſupra, noſtro culmini omni precum inſtantia, quatenus eis circa præmiſſa remedio occurrere dignaremur gratioſe. Nos igitur ex innata nobis Regia liberalitate, hujusmodi eorum defectus, & egeſtatis inopiæ pie ſubvenire ſatagentes, ut habitatores, & incolæ ipſius noſtræ civitatis, Regiæ remunerationis antidoto præguſtato, ſicut fidelitate, & numero, ſic & rerum utilitate, & opulentia creſcant, & augeantur, quandam terram Monaſterii B. M. V. de Schevnyk, Stoyanfölde nuncupatam in comitatu Scepuſienſi, & vicinatu prædictæ noſtræ civitatis jacentem, & exiſtentem, quam hactenus Michael filius Hanck cum filiis ſuis, eorumque Anteceſſores pro cenſu feudali, durante beneplacito Abbatis, & conventus dicti Monaſterii habuiſſent, & tenuiſſent, ab eisdem Monaſterio, nec non Abbate & conventu, per conſequensque Michaele, & filiis ſuis auferentes, ſimul cum omnibus ſuis pertinentiis, & præſertim agris, pratis, fœnilibus, fructibus, obventionibus, cæterisque utilitatibus univerſis ſub ſuis veris metis, & antiquis limitibus, cum quibus prædicti Michael, aut ſui Anteceſſores eandem rite, & legitime tenuiſſent, & poſſediſſent, præfatæ noſtræ civitati Montis S. Georgii; & e converſo in hujus rependium poſſeſſionem, ſeu villam civitatis noſtræ Leuche, Primfalva nominatam in eodem comitatu ſitam, ſimiliter una cum ſuis univerſis utilitatibus, & pertinentiis quibusvis, quovis nominis vocabulo vocitatis, metarumque ſuarum rectarum, & antiquarum diſtinctionibus ab eadem civitate noſtra Leucha modo ſimili aufferentes, & ſeparantes, memoratis Monaſterio, & per conſequens Abbati, & conventui ejusdem pro tempore conſtitutis, mera noſtra Regia authoritate, & poteſtatis plenitudine, ſub forma, & modo concambialis permutationis dedimus, donavimus, & contulimus, ac permutavimus; imo damus, donamus, & conferimus, ac permutamus per utrasque partes, earumque Succeſſores univerſos, jure perpetuo, & irrevocabiliter poſſidendas, tenendas pariter, & habendas, absque tamen præjudicio juris alieni. Hoc per expreſſum declarato, quod præfati Judex; & Jurati, totaque univerſitas prædictæ noſtræ civitatis Montis S. Georgii, in recompenſam prædictæ poſſeſſionis Prinfalva, prædictæ civitati noſtræ Leuchæ, de dicta terra Stoyanfölde, viginti ſeptem florenos auri puri in antea, & deinceps annis ſingulis in terminis infraſcriptis, videlicet novem in medio Quadrageſimæ, & novem in feſto Nativitatis B. Joannis Baptiſtæ, & reliquos novem florenos auri in feſto B. Martini Confeſſoris, perenniter perſolvere; nec non pro decimis de eadem terra Stoyanfölde ſolvi debendis tantum, & totidem, ſicut præfati Michael Hanck, ac ſui Anteceſſores legitimi, ſoliti fuerunt ſolvere. Item præfata villa Primfalva, & ſuarum terrarum cultores, decimas rectas, & juſtas Præpoſito Eccleſiæ S. Martini de Scepus conſtituto, & conſtituendo perpetue in ævum plenarie, & abs-

absque diminutione aliquali perſolvere, & adminiſtrare debeant, atque teneantur: harum noſtrarum, quibus Sigillum noſtrum ſolitum appenſum eſt, teſtimonio literarum — — Datum in Themeswar feria quarta proxima poſt feſtum Beatorum viti, & Modeſti MM. Anno Domini MCDXI.

XXIX.

Sigismundus Rex Hung. ex Triceſima Lublovienſi aſſignat bina dolia halecum, & bina ſtamina panni Carthuſianis de Lapide Refugii. Datum Leutſchoviæ. Anno Domini 1412.

EX APOGRAPHO.

Nos Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ &c. Rex memoriæ commendamus per præſentes: quod accedens ad noſtræ Majeſtatis præſentiam Religioſus, ac devotus Frater Salomon, Prior Monaſterii B. Joannis Baptiſtæ Lapidis Refugii, ordinis Carthuſienſium, exhibuit nobis duas literas, unam videlicet Inclytæ Principis Dominæ Mariæ quondam Reginæ Hungariæ &c. conſortis noſtræ percharæ, felicis reminiſcentiæ, qua mediante ipſa ob devotionem, quam ad ipſum S. Joannem, & dictum Monaſterium ſincere geſtabat, Fratribus in eodem Deo famulantibus, pro veſtitura eorundem unam petiam panni Bohemicalis, ſeptem flor. auri valentem, annis ſingulis in feſto B. Jacobi Apoſtoli, de Triceſima in Liblaw exigi conſueta, deputavit provenire; & aliam noſtram literam ſimiliter ſuper eo emanatam, quomodo nos nihilominus præmiſſa devotione ducti, præfatis Fratribus etiam unum ſtamen panni; ſeptem flor. auri valens, in præfixo feſto B. Jacobi: item unam tunnam halecum in feſto B. Martini, omnibus annis de proventibus dictæ Triceſimæ deputavimus provenire. Supplicavit itaque præfatus Frater Salomon culmini noſtro, devota inſtantia ut prædictas literas ratas habendo, & pro uberiori portatione, vigore unius literæ noſtræ confirmare dignaremur. Nos itaque nos reminiſcentes ad devotionem dicti clauſtri, & ordinis ejusdem ſtatuendam, & animum noſtrum pro majori acceptando in cœleſtibus dono, ad hujusmodi devotionem ſalubrius excitando: prætactas literas, quarum tenoris materia ſuperius declarata, & expreſſa exiſtit, ob hoc quia non expedit totalem tenorem earundem præſentibus inſeri, ratas, gratas, & per omnia tanquam confirmatas, imo ampliatas habendo, præfatis Fratribus duo fla-

Digitized by Google

ſtamina panni præmiſſi valoris, in feſto B. Jacobi Apoſtoli, & duas Tunnas halecum in feſto B. Martini, annis ſingulis de proventibus prætactæ Triceſimæ in Liblaw exigi conſuetæ provenientes, duximus deputandas, & vigore præſentium deputamus. — — Datum Lewtzowiæ feria tertia prox. poſt Dominicam Reminiſcere. Anno Domini MCDXII. Regnorum noſtrorum Anno Hungariæ &c. XXV. Romanorum vero II.

XXX.

Sigismundus Rex Hung. bona Carthuſianorum de Lapide Refugii eximit ab omni exactione. Datum Budæ Anno Domini 1425.

EX APOGRAPHO.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ &c. Rex, fidelibus noſtris univerſis, & ſingulis Dicatoribus, & Exactoribus Lucri Cameræ noſtræ Regiæ nunc conſtitutis, & in futurum conſtituendis præſentes viſuris ſalutem, & gratiam. Cum Monaſterium B. Joannis Baptiſtæ in Lapide Refugii, univerſæque, & quælibet poſſeſſiones, & jura poſſeſſionaria tam emptitio, quam alio quovis titulo, & jure ad ipſum ſpectantia, & pertinentia per Divos Reges Hungariæ: noſtros ſcilicet Prædeceſſores, & tandem per nos juxta eorundem, & noſtra efficacia Privilegia, & Inſtrumenta vigoroſa, a ſolutione cujuslibet collectæ, & exactionis, ſignanter Lucri Cameræ noſtræ gratioſe exempti ſint, & habeantur; nosque ad honorem ejusdem Joannis Baptiſtæ, ac in ſpecialem favorem, quo Religioſis, & Devotis Fratribus Priori, & conventui ejusdem Monaſterii ordinis Carthuſienſium, animo ardenti ſumus inclinati, ſæpe fati Monaſterii poſſeſſionibus, præmiſſis libertatibus temporibus perpetuo affuturis frui volumus, & gaudere fideliter. Igitur vobis firmiſſime noſtro Regio damus ſub edicto, mandantes; quatenus deinceps perpetuis temporibus, ſuper dictis poſſeſſionibus memorati Monaſterii, pro nunc ad ipſum ſpectantibus, & quæ adhuc in poſterum ſpectabunt, dictum lucrum cameræ noſtræ, ſeu aliam ſolutionem dicare, petere, ſeu exigi facere, nullatenus præſumatis; nec ſitis auſi modo aliquali, gratiæ noſtræ ſub obtentu. Præſentes etiam perlectas reddi volumus præſentanti. Datum Budæ, die Dominico proximo poſt feſtum S. Bartolomæi Apoſtoli. Anno Domi-

Digitized by Google

ni MCDXXV. Regnorum noſtrorum Anno Hung. XXXIX. Romanorum XV. & Bohemiæ VI.

XXXI.

Ladislai Abbatis Schavnikienſis fragmentum literarum, quibus oppido Teplicza ab Huſſitis exuſto, certa tributa relaxat. Dat. Anno Domini 1436.

EX APOGRAPHO.

Nos Frater Ladislaus, Abbas Monaſterii B. M. V. de Scepus juxta Schevnyk, nomine totius conventus loci ejusdem ordinis Ciſtercienſium, Strigon. Diœceſis, tenore præſentium memoriæ commendantes ſignificamus, quibus expedit univerſis: quod nos cupientes, ac deſiderantes reſtaurationem, ac reædificationem poſſeſſionis noſtræ Teplika ſic vocatæ, conſideratis, ac conſpectis Hoſpitum, & Incolarum multis gravaminibus, nec non deſolationibus ejusdem villæ, quæ temporibus diverſorum diſturbiorum a nefandis Huſſitis, & ab aliis Exercituantibus hominibus ſpolia, ac ignis voraginem ſunt perpeſſi, Privilegiis, ac libertatibus, quibus per Deceſſores noſtros Abbates erant muniti, ſuper omnes metas ſolutiones, & ſervitia, quibus ſunt obligati, Monaſterio prætacto ſatisfacere debeant — — Datum, & actum in prælibato Monaſterio noſtro, in die Purificationis Mariæ. Anno Domini MCDXXXVI.

XXXII.

Joannes Kiſztner de Schzitnik partem villæ Stoff vendit 23. floren. cœnobio Carthuſianorum de Lapide Refugii. Datum Anno Domini 1449.

EX APOGRAPHO.

Nos Georgius Schreiber Judex civitatis Schmelnitz, nec non jurati cives, Urbanus Priſter, Caſpar Czekel, Chriſtianus Moyſes, Jekluvarn Peter, Villicus Martin, Stompoipel Bartholim, Jurus Puſer ejusdem civitatis, notum fa-

Digitized by Google

facimus tam præſentibus, quam futuris, quibus expedit, publice recognoſcentes profitendo: quod ad noſtram congregationis præſentiam veniens Diſcretus vir, Joannes Kiſzthner de Schzitnik ſanus mente, & corpore, non compulſus, nec coactus, neque per aliquem errorem doloſum ſeductus, ſed deliberato animo, ſuorumque amicorum ſalubri præhabito conſilio, coram nobis ſupra ſcriptis tunc ſedentibus in judicio, recognovit ſe vendidiſſe Religioſis, ac devotis Patribus Monaſterii dicti Stein, jacentis in terra Scepus. partem villæ dictæ Stoſz, quæ ſituata eſt prope Schmölnicz cum omni jure, prout hactenus ipſe eam poſſedit, vendidit ſupra notatis Religioſis Patribus, & eorum Succeſſoribus in viginti tribus florenis bonæ Hungaricalis monetæ, quos idem Joannes Kiſztner integre, complete recepit ſolutos. Quam quidem partem ſupra nominatæ villæ reſignavit ſæpe fatis Patribus, cum omni quiete pacifice, & libere, perpetue habendam, tenendam, poſſidendam, fruendam, vendendam, commutandam, alienandam, & ad uſus proprios convertendam; ut eis, & eorum Succeſſoribus melius videbitur ordinari. In cujus rei evidens teſtimonium, Sigillum hujus noſtræ civitatis Schmelniczienſis præſentibus eſt appenſum. Datum ipſo die Converſionis S. Pauli Apoſtoli Anno Domini MCDXLIX.

XXXIII.

Literæ Fr. Jacobi Riech ord. Prædic. ad Fr. Umbertum, quibus eundem ſibi ſubſtituit, ut Conventus per Hungariam viſitet, & Gölniczenſem corrigere adlaboret. Dat. Budæ Anno Domini 1457. Edidit Sigism. Ferrarius de Rebus Hung. Provinciæ ord. Prædic. Parte IV. Cap. IX.

In Dei filio ſibi chariſſimo Fr. Umberto, Lectori Conventus Caſſovienſis ordinis FF. Prædicatorum Provinciæ Hungaricæ Fr. Jacobus Riech de Baſilea ejusdem ordinis, ac per Provinciam prædictam Conventuum Reformatorum Vicarius Generalis ſalutem, & ſemper incedere per viam ſalutis. Propter cauſas ſpirituales non leves, neceſſe eſt me per tempus aliquod extra Provinciam Hungariæ eſſe: ne ergo propter meam abſentiam conventus reformati jam dictæ Provinciæ aliquos in conſolatione, & viſitatione defectus patiantur; cum in litera Magiſtri Reverendiſſimi mea inſtitutio in officio contineatur, cum auctoritate ſubſtituendi, tenore præſentium vos, de cujus religioſitate, & ex-

Digitized by Google

perientia in agendis plene multorum Patrum approbatione confido, meum ſubſtituo vicarium ſuper omnes Conventus Reformatos, juxta omnem authoritatem, & cunctas particulas in litera Magiſtri Reverendiſſimi meæ inſtitutioni incluſas, cujus tranſumptum ſub Sigillo autentico apud vos eſt, usque ad reditum meum ad ipſam Hungariæ Provinciam, in remiſſionem peccatorum veſtrorum comittens vobis, ut ſingulari ſagacitate vigilare velitis ſuper Conventus per Rev. Magiſtrum Leonardum reformatos, ne a vita Regulari declinent, & ſi quos invenietis, ut fertur de Conventu Gilnizenſi, ad priſtinum ſtatum vitæ Regularis reducere ſatagite: mandans authoritate Magiſtri Reverendiſſimi in virtute S. Obedientiæ Præſidibus, & Fratribus Conventuum reformatorum ſupra dictæ Provinciæ, ut vobis tanquam habenti plenariam auctoritatem Magiſtri Reverendiſſimi obediant ad effectum. Valete, & Fratrum orationibus me recommendate. Datum Budæ manu propria ſub Sigillo, quo utor XVII. die Menſis Julii Anno Domini MCCCCLVII.

XXXIV.

Hedvigis Dux Teſſinenſis, & filii ejus molam in fluvio Hernad Carthuſianorum de Lapide Refugii, eximunt ab omni exactione. Datum in Caſtro Scepus. Anno Domini. 1509.

EX APOGRAHPO.

Nos Hedvigis Duciſſa Teſchinenſis, Illuſtriſſimi quondam Domini Stephani de Zapolya, Perpetui Comitis terræ Scepus. ac Regni Hungariæ Palatini &c. Relicta; Joannes, & Georgius de prædicta Zapolya, ſimiliter Comites Perpetui dictæ terræ Scepus. filii ejusdem, memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit univerſis: Quia nos tam ob illam ſpecialem devotionem, quam ad B. Joannem Baptiſtam, Præcurſorem Chriſti gerimus, cujus deinque precibus, ſicuti in terris, ita & in cœlis pie ſperamus nos jugiter adjuvari; tum vero pro illa affectione, qua erga Religioſos, ac Devotos Fratres Carthuſienſes, propter eorum vitam, ſanctimoniam, & authoritatem afficimur; potiſſimum vero, quia nos cupientes illam diſpoſitionem, & ordinationem ſalutarem, quam alias quondam ſpectabiles, ac Magnifici Domini Emericus, & dictus Stephanus de Zapolya Palatini, Prædeceſſores ſcilicet noſtri bonæ memoriæ pro ſalute, & refrigerio animarum ſuarum, cum Re-

li-

ligioſis Fratribus Priore, & Conventu dicti Monaſterii B. Joannis Baptiſtæ, ejusdem ordinis Carthuſienſis in Lapide Refugii fundati degentibus, pro perpetuis Miſſis quolibet die celebrandis, feciſſe dignoſcuntur, amplioribus antidotum muneribus condonare, & ſtabilem efficere, quoddam Molendinum ipſorum Fratrum Carthuſienſium in fluvio Hernad — — duximus in perpetuum eximendum, & libertandum, eximimusque, & perpetuo libertamus, præſentium per vigorem. — — Datum in caſtro noſtro Scepus, die Dominico proximo ante feſtum Philippi & Jacobi Apoſtolorum. Anno Domini MDIX.

XXXV.

Joannes de Czwla Abbas Schavnikienſis, concedit facultatem valachis, in poſſeſſionem. Vikarthy conveniendi. Dat. in cœnobio Schawnik. Anno Domini 1513.

EX APOGRAPHO.

Nos Frater Joannes de Czwla, Providentia Divina Abbas Eccleſiæ B. M. V. de Scepus, ad univerſorum notitiam præſentium pariter, & futurorum harum ſerie volumus pervenire: quod quamvis nobis, & eidem Eccleſiæ noſtræ, de poſſeſſione noſtra (v) Vikarthy, pro cenſu majori annuatim ratione terragii ejusdem poſſeſſionis, viginti flor. circa feſta Martini quolibet anno de jure ſolvebantur; tamen nos ejusdem poſſeſſionis noſtræ Vikarthy ninſiam deſolationem, & deſertationem videntes, eandem poſſeſſionem denuo convenientibus ædificiis reſtaurare, & numero Jobagyonum augmentare, & decorare cupientes (x) Valachos loco Jobagyonum ad ipſam morandi gratia intromiſimus, quibus pro vero, & legitimo ſculteto ipſorum Georgium Schan deputavimus, cui etiam unam poſſeſſionem, quam ad præſens inhabitat, ſcilicet ædificandi molendinum libertatem habere, & per ipſum Succeſſoribus ſuis univerſis liberam, & a qualibet ſolutione terragii, & decimali frugum, bladorum, &

(v) Vikarthy, vel Vikartocz: Villa in Scepuſio, quæ prima Hernadum bibit.
(x) Valachorum nomine non intelliguntur hic populi Tranſilvaniæ finitimi, ſed gregum Paſtores, qui Scepuſienſibus, Liptovienſibus &c. Valaſzi audiunt.

Digitized by Google

porcellorum: ſalva portione ipſius poſſeſſionis Plebanorum exempta, perpetuo, & irrevocabiliter poſſidendam pariter, & habendam contulimus, & libertatem dedimus tali conditione: ut ipſe, ſuique Succeſſores univerſi, ad ipſam poſſeſſionem Vikarthy Valachos Jobagyones, undecunque habere poterit, commorandi cauſa, ſemper introducere, & colligere valeat, eiſdem talem gratiam & libertatem ordinavimus, ut neque magis, neque minus tenere obligentur; ſolum de armentis, & gregibus caprarum, & ovium pariter ſuarum, quæ pertinent ad Valachos, ſecundum jura, & ſervitia more Valachorum commorantium in Vikarthy, ſingulis annis dare, & ſolvere tenebuntur. Ut igitur noſtræ conceſſionis ſeries, robur obtineat perpetuæ firmitatis, patentes literas eisdem Valachis conceſſimus, Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum in Cœnobio noſtro Schavnyk, Dominica Oculi. Anno Domini MDXIII.

XXXVI.

Mandatum Ludovici II. Regis ad ſuos Præfectos, ut 500. lapides Salis, duo dolia Halecum, & duo fruſta panni Carthuſianis de lapide Refugii ſingulis annis adminiſtrent. Datum Budæ Anno Domini 1518.

EX APOGRAPHO.

Nos Ludovicus Dei gratia Rex Hungariæ, Bohemiæ &c. memoriæ commendamus, tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit univerſis: quod pro parte, & in perſonis Religioſorum Fratrum Ordinis Carthuſienſis, in Clauſtro B. Johannis Baptiſtæ de lapide Refugii degentium, exhibitæ ſunt nobis, & præſentatæ quædam literæ Sereniſſimi Principis quondam Domini Wladislai Ungariæ, Bohemiæ &c. Regis, Genitoris noſtri chariſſimi, piæ memoriæ, in pargameno privilegialiter confectæ, Sigilloque ſuo ſecreto conſignatæ, habentes in ſe confirmative tenores quarundam literarum Sereniſſimorum Principum quondam Dominorum Sigismundi, & Mathiæ ſimiliter Regum Hungariæ, confirmantes quasdam literas olim Dominæ Mariæ Reginæ, ſuper proviſione ipſis Fratribus, pro eorum ſuſtentatione perpetuis annis, de duabus Tunnellis alecum, & item de duabus petiis panni Bohemicalis, in valore 14. floren. fienda emanatas, quarum tenores hic ſufficienter pro expreſſis haberi volumus, perinde ac ſi præſentibus verbotenus eſſent inſertæ. Ob hoc nos accepta,

Digitized by Google

cepta, & admiſſa ſupplicatione dictorum Fratrum Carthuſienſium, nobis ſuperinde porrecta, ſperantes de nobis eorundem orationibus, & interceſſionibus apud Deum plurimum ſublevari, præſcriptas literas annotatæ quondam paternæ Majeſtatis, ac omnia, & ſingula in eisdem contenta; ſed & novam proviſionem, atque eleemoſynarum largitionem ſuæ Majeſtatis, ſuper deputatione ſalicum quingentorum, per Camerarios ſalium Cameræ noſtræ de Szikſzo eisdem Fratribus annuatim ſolvi debendorum, acceptamus, approbamus, eisdemque Fratribus in dicto Clauſtro B. Joannis Baptiſtæ de lapide Refugii degentibus ratificamus, & confirmamus. Quocirca vobis fidelibus noſtris Theſaurariis moderno, ac futuris; item Triceſimatoribus Triceſimæ noſtræ Caſſovienſis pro tempore conſtitutis, præſentibus ſcilicet, ac futuris mandamus, quatenus a modo deinceps in perpetuum, ſingulis annis, juxta Privilegia prædictorum Dominorum Regum, Prædeceſſorum noſtrorum, de proventibus Triceſimæ noſtræ prænotatæ, præſcriptas duas Tunnellas halecum, & petias duas panni Bohemicalis 14. flor. valentis, omni ſemper difficultate poſthabita; vobisque Camerariis, ac Vice Camerariis in dicta Camera ſalium de Szikſzo conſtitutis, & in futurum conſtituendis ſimiliter mandamus, quatenus præfatos quingentos ſales juxta deputationem, & ordinationem præfati quondam Genitoris noſtri chariſſimi, ipſis Fratribus Carthuſienſibus in dicto Clauſtro lapidis Refugii degentibus, ſingulis annis reddere noſtram ad rationem, reddique facere debeatis, & teneamini — — Datum Budæ in feſto B. Mathiæ Apoſtoli. Anno Domini MDXVIII. Regnorum noſtrorum Hungariæ, Bohemiæ &c. Anno II.

XXXVII.

Digitized by Google

XXXVII.

Urbs Leutſchovienſis promittit ſe reſtituturam poſſeſſiones Vidernik, & Teplicza; ut primum ſummam inſcriptionis a Cœnobio Schavnik. receperit. Datum Anno Domini 1530.

EX APOGRAPHO.

Nos Judex, & Jurati Cives Civitatis, Leutſchovienſis, fatemur pro nobis, & nomine totius Communitatis, ac denique noſtrorum Succeſſorum, ſecundum quod Reverendus Dominus (y) Michael Roſzen, Abbas Monaſterii B. M. V. in Schavnyk, una cum toto Conventu ibidem, duas Villas, ſeu poſſeſſiones vocatas: unam Wydernik, alteram Teplicza, cum omnibus earum juribus, utilitatibus, & attinentiis pro certa ſumma pecuniaria, ad ſuſtentationem gentium Regiæ Majeſtatis, in Scepuſio tunc temporis exiſtentium, ſcilicet ſexingentorum flor. Hungaricalium monetæ bonæ impignoravit; illas præfatas duas Villas, ſeu poſſeſſiones volumus nos, & noſtri Succeſſores præfato Domino Abbati, Conventuique, aut ejus Succeſſoribus omni tempore, poſtquam præfata ſumma pecuniaria totaliter depoſita, & ſoluta fuerit, reſtituere, & relegare, volumusque prænominatas duas Villas, ſeu poſſeſſiones in antiquis earum juribus, uſibus, & conſuetudinibus manutenere, juxta antiquam conſuetudinem hujus Provinciæ, neque ultra id, quod juſtum & licitum eſt, adſtringere, coarctare, ſeu aggravare. Ob majorem cautelam præmiſſorum, dedimus has literas noſtras, Sigillo noſtro, & totius Communitatis conſueto communiri. Datum, & actum XX. die Auguſti Anno Domini MDXXX.

XXXVIII.

(y) Ultimus hic fuit Abbas Schavnikienſis, ex ſacro Ciſtercienſium Ordine. Nam ut temporibus illis nihil erat aſperius, ita ſacris potiſſimum, fundis inhiabatur. Reliqua Cœnobii bona in rem ſuam vertit Hieronymus de Laſzko, Michaeli una Primfalva conceſſa, qua ad dies vitæ uteretur. Poſteaquam exſtinctus eſt; hæc quoque commune fatum ſubiit, & in profanum dominatum venit.

XXXVIII.

Ferdinandus Rex Hung. indulget certis conditionibus Præpoſito Miechovienſi, ut Præpoſitum de Landek nominare poſſit. Datum Viennæ. Anno Domini 1558.

EX APOGRAPHO.

Nos Ferdinandus &c. Quod quum hactenus ratione Præpoſituræ de Landek, & juris Patronatus ejusdem, certæ lites, & differentiæ inter Præpoſitum, & Conventum Miechovienſem, uti Actores ab una; & inter quondam Georgium Body, electum Epiſcopum Csanadienſem, ut in cauſam attractum, partibus ab altera: primum coram Vicario Eccleſiæ Scepus. tandem coram nobis fuerunt motæ, & controverſia, ac lite pendente, idem electus Csanadienſis e vivis deceſſerit; nos ad præcavendas ulteriores lites, & controverſias, futuræque pacis, & concordiæ reſpectu, dicto Præpoſito, & Conventui Michovienſi moderno, & futuris ex ſpeciali noſtra gratia, Regiæque poteſtatis plenitudine id gratioſe duximus annuendum, & concedendum, ut ipſi, ipſorumque Succeſſores amodo in poſterum ſemper, quandocunque ſcilicet dictam Præpoſituram Landek, legitimo Præpoſito vacare contigerit, ad eandem, & illius gubernationem perſonam idoneam, bene meritam, & ſufficientem eligere, & nominare valeant, atque poſſint; ita tamen, & ea conditione: ut ejusmodi nominatum, & electum Præpoſitum ipſius Præpoſituræ, Diœceſano Prælato, Domino ſcilicet Archiepiſcopo Strigonienſi pro tempore conſtituto, vel ejus in ſpiritualibus Vicario Foraneo, Eccleſiæ ſuæ Filialis Scepuſienſis, ad inveſtiendum, & pro confirmatione accipienda, intra terminum per Canones conſtitutum præſentare debeant: Ipſe vero electus Præpoſitus, habitum Ordinis illius Præpoſituræ ſuſcipere, & in eadem Præpoſitura reſidere, ſufficientes in Eccleſia Miniſtros tenere, bona, & res Eccleſiæ non diſſipare, aut alienare, aliaque officii ſui munia Eccleſiaſtica diligenter obire: ſingulariter vero legibus, & juribus, & approbatis conſuetudinibus Regni noſtri Hungariæ, ad inſtar aliorum fidelium noſtrorum Hungariæ parere, & obtemperare debeat, & ſit adſtrictus, alioquin Præpoſitura ipſa de facto vacare cenſeatur: imo annuimus, & concedimus harum noſtrarum vigore, & teſtimonio literarum. Datum Viennæ X. Julii Anno MDLVIII.

Digitized by Google

XXXIX.

Fragmentum literarum Capituli Scepus. quibus Franciſcus Prior Carthuſianorum de Lechnicz, & de Lapide Refugii, fatetur ſe vendidiſſe curiam in Ganſalva. Datum Anno Domini 1563.

EX APOGRAPHO.

— — Propter varias, & diverſas difficultates, deprædationes, deſtructiones, quas dictus Conventus jam a multis annis, a Rebellibus Sacræ Cæſareæ, Regiæque Majeſtatis Domini noſtri clementiſſimi, diverſis in locis, in bonis ſuis, & maxime in vinearum amiſſione, & perdifficili, ac ſumptuoſa pro aliqua parte recuperatione earundem paſſus eſt; tum vero propter recentem injuriam, qua dictus Conventus Lechnicz, a Præfecto Arcis Schorſtein, in eo affectus eſt; quod eundem Eleemoſyna illa, quæ a Sereniſſimis Regibus Poloniæ, ad prædictum Conventum ſingulis annis, ex Regno Poloniæ data eſt ſatis pie, & largiter, indigne ſpoliavit jam in alterum annum: ob quam videlicet eleemoſynæ recuperationem, idem Exponens Petricoviam usque, ad Sereniſſimum Regem Poloniæ neceſſario, non parvis cum expenſis, anno præſenti proficiſci habuit; tum vero propter multas, & varias expeditiones bellicas, & frequentes contributiones in medium Comitatus, & Univerſitatis Nobilium Sedis Scepus. pro totius Regni, & diverſis ejusdem Comitatus neceſſitatibus dari, & contribui ſolitas, præmemoratus Conventus Lechnicz ad tantam devenerit paupertatem, ut vix quotidianas expenſas ex bonis prædicti Clauſtri habeat, ideoque propter prædictam egeſtatem; imprimis vero propter præſentem profectionem Poſonium, ad felicem coronationem Sereniſſimi Principis, & Domini Domini Maximiliani II. Romanorum, Bohemiæ &c. Regis, ad quam cum expenſas præfatus Exponens neceſſarias non haberet, nec etiam alio, quo confugeret, noſſet — — Datum die VIII. Menſis Auguſti. Anno Domini MDLXIII.

Digitized by Google

XL.

Ferdinandus Rex Hung. Cœnobium, & bona Carthuſianorum Lechniczenſium cedit Præpoſito, & Capitulo Scepus. ut bello ingruente, eo ſe recipere, & Tabularium publicum transferre poſſint. Datum Poſonii Anno Domini 1563.

EX APOGRAPHO.

Nos Ferdinandus &c. Quod poſtquam nos ex certorum fidelium noſtrorum relatione intelleximus, Capitulum Eccleſiæ Scepus. nullam prorſus habere munitionem, nullumque Fortalitium, quo hoc diſturbiorum tempore, ingruente aliqua hoſtili, vel alia neceſſitate, vel Præpoſitus ipſe tuto cum Capitularibus ſuis confugere, manereque, vel literas, & Privilegia, ac alia inſtrumenta literaria fidelium Regnicolarum noſtrorum, in eodem Capitulo de more ſolito habita, ſecure reponere poſſent; ob hoc igitur nos, qui ex Officio Regio conſervationi Eccleſiarum Dei, & fidelium quoque noſtrorum publico commodo providere tenemur, fideli noſtro Reverendo Gregorio Bornemiſza electo Epiſcopo Chanadienſi, & Præpoſito dicti Capituli Scepus. & Conſiliario noſtro, præmiſſas, & rationabiles ob cauſas id clementer duximus annuendum, & concedendum; ut idem Præpoſitus Monaſterium Fratrum Ordinis Carthuſienſis Lechnicz vocatum, in Comitatu Scepus. fundatum, & habitum, quod propter diſſolutam licentiam morum certarum fugitivarum, & parum Religioſarum perſonarum, rebus, & ſupellectile eſt jam aliquoties, & maxime nuper furto ſpoliatum, & aliquoties etiam magna ex parte profanatum, & ad formam receptaculi, & reſidentiæ huc illuc vagantium, cum magna hominum, cultus Divini, cerimoniarumque Eccleſiaſticarum jactura, tam a Priore moderno, quam ab aliis redactum eſſe intelligimus, ad prædeclaratas ejusdem Præpoſiti, & Capituli Scepus. literarumque, & literalium Inſtrumentorum conſervandorum neceſſitates, ſimul cum cunctis ejus bonis temporalibus — — durante beneplacito noſtro, & usque ad pacatiora tempora, dictæ Præpoſituræ Scepus. annectere, illudque ad manus ſuas recipere, poſſidereque, ac tempore neceſſitatis in illud, una cum ſuis Capitularibus confugere, & Privilegia quoque Regnicolarum noſtrorum in eo conſervare valeat, atque poſſit, ita tamen & ea conditione, ut in poſterum Viros ibi Catholicos, perſonasque Eccleſiaſticas, quæ ſervitia, & officia divina obeant, & ſacra adminiſtrent, ſervare, illisque

& Fratri Priori, qui nunc ibidem esse dicitur, de victu, & amictu, aliisque necessitatibus providere, & in posterum Fratres quospiam fugitivos, Apostatas, & alios sacrilegos ex Polonia, vel aliunde pulsos, sicut hactenus quoque factum fuisse intelligimus, in illud admittere, recipereque, vel recipi permittere non debeat, nec teneatur; attendatque, & advigilet diligenter, ne dictum Monasterium cum dictis suis pertinentiis in manus profanas devenire, vel ab aliquibus violentis furtim, aut palam intercipi, aut alio quovis modo ab Ecclesiastico Ordine abalienari contingat; imo annuimus, & concedimus harum nostrarum vigore, & testimonio literarum. Datum Posonii XX. Novembr. Anno MDLXIII.

XLI.

Idem Ferdinandus Rex Hung. bona Carthusianorum de Lapide Refugii cedit Præposito, & Capitulo Scepusiensi: partim pro instituendis Scholis, partim pro restituendis Sacris, in Ecclesia S. Martini. Datum Posonii Anno Domini 1563.

EX APOGRAPHO.

Nos Ferdinandus &c. Quod licet annis superioribus, cum ad nonnullorum fidelium nostrorum interceſſionem, tum vero pia intentione ad id moti, bona dicti Monasterii Fratrum Carthusianorum de Lapide Refugii, tunc in manibus sæcularium personarum in Comitatu Scepus. existentia Præposito, & Capitulo Ecclesiæ Scepus. in usum scholæ ejusdem, durante beneplacito nostro, clementer contulerimus; emergentibusque postea certis quibusdam dicti Ordinis, & Monasterii Fratribus, & sese ad Claustrum Lechnicz conferentibus, eisdem bona illa sub conditione, & obligatione restaurandi Claustri ipsius injuria, ut audimus, superiorum temporum (z) destructi, denuo reddi, & remitti jusseramus, omnes propemodum vita defunctos esse, & Claustrum etiam ipsum in hunc usque diem destructum, & irreparatum existere intelligamus: volentes, &

(z) Cœnobium Lapidis Refugii jam Anno 1543. dirutum est. Id quemadmodum acciderit, ex Georgio Mollero Parte Annalect. Scepus. altera daturi sumus.

& cupientes juxta noſtram, & fidelium noſtrorum omnium Statuum, atque Ordinum prædicti Regni noſtri Hungariæ, Poſonii in Diæta annis ſuperioribus editam ordinationem, Eccleſias Dei Optimi Maximi, ſcholasque, quæ hoc periculoſo Seculo non minus perniciosis hæreſibus noviter exortis, quam aliis inteſtinorum diſſidiorum procellis afflictæ viderentur, reformare, & in priſtinum decorem reducere; ut ſcilicet in Eccleſiis Divina Officia continuentur, & in ſcholis probi, doctique homines emergant, qui olim & Reipublicæ recte conſulere, & rebus Divinis bene præeſſe poſſint, bona prædicti Monaſterii —— juxta priorem clementem deliberationem, & donationem noſtram Præpoſito, & ſuæ Eccleſiæ Montis S. Martini Scepus. usque ad reformationem, & reædificationem præfati Monaſterii Lapidis Refugii iterum utenda, & poſſidenda, dandaque, & relinquenda duximus; ita tamen, & ea conditione: ut ex præfatorum bonorum Monaſterii ejusdem utilitatibus, & annuis redditibus Præpoſitus ipſe ſcholam in ſua Eccleſia Scepuſienſi reformet, in eaque doctos Præceptores, & ſcholaſticos teneat, qui juvenes ſtudioſos, & bonæ indolis, ad ædificationem Eccleſiæ Dei ſancte, diligenter, & ſolicite erudiant. Præterea horas canonicas, reliquaque Officia Divina, quæ propter ipſorum inopiam, in quam variis ſuperiorum temporum deprædationibus, & oppreſſionibus inciderſe dicuntur, neglecta eſſent in ipſa Eccleſia S. Martini reſtituat, continuetque fideliter tempus intra præmiſſum —— Datum Poſonii die XXI. Novembris Anno Domini MDLXIII.

XLII.

Mandatum Maximiliani Cæſaris ad Stanislaum Turzo Comitem Scepus. ut Præpoſitum, & Capitulum Scepus. in bonis diruti Cœnobii de Lapide Refugii, defendat contra Carthuſianos Lechnizenſes. Datum Viennæ Anno Domini 1565.

EX APOGRAPHO.

Maximilianus II. Dei gratia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hung. &c. Rex: Fideli noſtro Magnifico Stanislao Thwrzo de Bethlemfalva, Comiti Comitatus Scepus. &c. ſalutem, & gratiam. Licet commiſeramus tibi per alias literas noſtras, ut Fratres Mona-

chos Ordinis Carthuſianorum in Monaſterio (a) Lechnicz degentes, in bonis, & poſſeſſionibus ad dirutum Clauſtrum Lapidis Refugii pertinentibus, contra fidelem noſtrum Reverendum Gregorium Bornemiſza, Epiſcopum Chanadienſem, Præpoſitum Scepus. & Conſiliarium noſtrum tueri, & defendere debeas, cum tamen poſtea intellexerimus, ac etiam ex certis literis annuentiæ condam Sacratiſſimæ Cæſareæ Majeſtatis Domini, & Genitoris noſtri chariſſimi, piæ memoriæ, ſuperinde coram nobis productis certo cognoverimus, bona, & jura univerſa poſſeſſionaria ejusdem Clauſtri diruti Lapidis Refugii, per eandem Sacram quondam Cæſaream Majeſtatem Dominum, & Genitorem noſtrum obſervandiſſimum, piæ memoriæ, ad ſcholam in Præpoſitura Scepus. exiſtentem, erudiendosque in ea bonæ ſpei, atque indolis adoleſcentes, usque ad reſtaurationem ejusdem diruti Clauſtri collata, & conceſſa eſſe; ſcholam vero ædificatam, & nunc quoque non parvum ſtudioſorum numerum in eadem interteneri, nolimusque propterea piam ejusmodi dictæ Sacræ Cæſareæ Majeſtatis paternæ collationem, & diſpoſitionem reſcindere, præſertim cum in publicis quoque Regni conſtitutionibus ordinatum ſit: bona ad Monaſteria diruta, & Eccleſias Miniſtris deſtitutas pertinentia, ad erudiendam juventutem, aliosque ejusmodi pios uſus converti debere. Fidelitati tuæ harum ſerie committimus, & mandamus firmiſſime, aliud habere nolentes: quatenus amodo in poſterum dictum Præpoſitum, & Capitulum Scepus. conſequenterque ſcholam eorum in præſcriptis bonis, poſſeſſionibus, & juribus quibuslibet poſſeſſionariis, ad dictum Clauſtrum dirutum Lapidis Refugii pertinentibus nullo modo turbare, & impedire præſummas; quin imo tam contra dictos Fratres Monachos, quam alios quoslibet violentos impeditores, non obſtante dicto priori mandato noſtro ad te dato tueri, & defendere debeas, & tenearis. Secus non facturus. Præſentibus perlectis exhibenti reſtitutis. Datum Viennæ die XXI. Auguſti Anno Domini MDLXV.

XLIII.

(a) Non diu illic reſtiterunt ſeu Lapidis Refugii, ſeu Lechniczenſes Cœnobitæ. Utrosque moderabatur Georgius ultimus Prior. Sed occupatis maximam partem latifundiis, ac Fratribus vel in tutiora diffugientibus, vel emortuis, ipſe inops & exul, toti Charuſianorum Ordini in Scepuſio finem impoſuit.

Digitized by Google

XLIII.

Stephani Fejérkövi Epiſcopi Nitrienſis, & Locumtenentis Hung. literæ, quæ continent conditiones, quibus Georgius Horváth de Palocza emit bona Cruciferorum de Landek. Datum in Caſtro Dunajecz. Anno Domini 1593.

EX APOGRAPHO.

Nos Stephanus Fejérkövi Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Eccleſiæ Nitrienſis, Locique ejusdem Perpetuus, ac Zaladienſis Supremus Comes, nec non Sacratiſſimi Principis, & D. D. Rudolphi Dei gratia electi Roman. Imp. ſemper Auguſti, ac Germaniæ, Hung. &c. Regis Conſiliarius, & per Hungariam Locumtenens, memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit univerſis: Quod generoſus, ac Egregius D. Georgius Horváth de Palotſa coram nobis perſonaliter conſtitutus, matura prius, & exacta intra ſe deliberatione præhabita, ſponte, & libere faſſus eſt, & retulit in hunc modum: Quod quia Reverendi Domini Simon Thurſzky Sanctæ Hedvigis Cracovienſis, & Blaſius Bronovienſis Bythomienſis Eccleſiarum Præpoſiti, nec non Conſiliarii; ac Felix Seceminenſis Publicus Notarius, & Veſtiarius (b) Conventus Miechovienſis, Fratrum SS. Sepulchri Dominici Hieroſolymitani, ſub Regula S. Auguſtini militantium de Polonia ſuis, ac Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini Andreæ Bathory de Somlyo miſeratione Divina S. R. E. Sancti Angeli Diaconi Cardinalis, Perpetui Adminiſtratoris Epiſcopatus Varmienſis, & Præpoſiti Generalis Miechovienſis nominibus, virtute certarum quarundam literarum eorundem Domini Cardinalis, & Præpoſiti, ac totius Conventus Miechovienſis Plenipotentialium, totales poſſeſſiones ipſorum Lendak, Hanusfalva, alias Hanuſſovcze, & Alſo Lapſa vocatas in Comitatu Scepus. exiſtentes, & habitas ſimul cum domo, & Curia Præpoſituræ Landecenſis in eadem Landek extructa, aliasque a corpore bonorum Caſtri ipſius Fatentis Dunajecz

(b) Veſtiarius non modo cuſtodem veſtium, ſed cimeliorum etiam, atque adeo Theſauri, & ſacrarum rerum aſſervatorem ſignificat.

najecz avulſas, easdem reliquis bonis incorporandas, ipſique Fatenti, ſuisque hæredibus, & poſteritatibus maſculini duntaxat ſexus, illis exiſtentibus: deficientibus vero maſculini, extunc fœminei etiam ſexus univerſis — — vendidiſſent, ac per manus perpetuo poſſidendas aſſignaſſent. Ob hoc idem fatens ſe, ſuosque hæredes, & legitimos Succeſſores bonorum præfatorum poſſeſſores conditiones infraſcriptas futuris ſemper temporibus obſervare, & adimplere obtuliſſent, & promiſiſſent: Quod videlicet idem fatens, ſuique hæredes, & Succeſſores, bonorumque præfatorum poſſeſſores, in prædictis poſſeſſionibus Eccleſias, & Religionem Catholicam intactam conſervabunt, per ſubditosque in iisdem poſſeſſionibus degentes, ſecundum uſum Romanæ Eccleſiæ, Catholicam Religionem ſancte coli facient; neque ullam unquam ſectam introduci, prædicari, & profiteri patientur, quin in ſubditos contravenientes graviter animadvertent. Item perpetuis ſemper temporibus Plebanos Polonos ex numero, & e medio Fratrum Miechvoienſium per Conventum præſentari admittent, (c) jusque Patronatus Eccleſiarum tam Landecenſis, quam vero Hanuſſovcze, & Alſó Lapſa dicto Conventui Miechovienſi intactum, & inviolatum relinquent cum omni jure, & conſuetudine viſitandi, corrigendi, emendandi, præſentandi, revocandi: nihil juris in his idem fatens pro ſe, & ſuis hæredibus Succeſſoribusque appropriando; Eccleſias tamen prætactas, earumque Plebanos, ſimulque Religionem Catholicam Romanam tueri, defendere, colere, obſervareque tenebuntur, ac prædicari permittent. Pro Loco vero Reſidentiæ Plebani in Landek idem fatens in loco convenienti domum idoneam cum ſuis attinentiis ædificabit, cui agrum integrum Jobagyonalem, ſeu Colonicalem Wylkowſzka vocatum, cum hortis, pratis, & aliis pertinentiis applicabit. Decimam integram omnis grani a Colonis, & Hortulanis Landecenſibus proventientem, decimas quoque agnorum domeſticorum, Gallorum, caſeorum, lini, caulium, raparum, & aliorum olerum ex more, & conſuetudine aliis Plebanis pendi ſolitas, per Plebanos tam Landecenſes, quam etiam in Hanusfalva, & Alſo Lapſa libere exigendas, ſimul cum liberis paſcuis pecorum, excifioneque lignorum neceſſariorum, nihil ex conſuetudine mutando, admiſiſſet. Et quod Parochiani ad fabricam Templorum, vini, ceræ, & aliarum neceſſitatum adminiſtrationem, prout hactenus, ita deinceps quoque ſint adſtricti, & obligati. Præterea quod idem poſſeſſor bona Plebanorum poſt obitum

(c) Veteres has ſtationes obtinent hodiedum Cruciferi Miechovienſes; cæteris Religiosis Ordinibus, qui olim in Scepuſio floruerunt, loco aut ſuapte recedentibus, aut vi emoti.

Digitized by Google

obitum eorundem, & pro ſe ſervare non poſſit; ſed ea tam mobilia, quam immobilia integre ad arbitrium Conventus, pro Succeſſoribus conſervare teneatur. Ultra hæc onera, quæ videlicet hactenus præſcriptorum bonorum Præpoſitus ferre debebat in genere, ſive in Sedibus Judiciariis, ſive in præſtanda militia, tempore ſcilicet generalis inſurrectionis, aut particularis expeditionis, ſive vero in aliis quibusvis obventionibus, & datiis, Cathedratico ſolummodo cenſu excepto, quem Plebani ſolvere tenebuntur, idem facere in ſe, ſuosque hæredes, Succeſſoresque aſſumpſiſſet, præmiſſasque omnes conditiones per ſe, ſuosque hæredes futuris ſemper temporibus, ſub amiſſione bonorum præfatorum nunc emptorum, obſervare velle promiſiſſet, prout promiſit, admiſit, & in ſe aſſumpſit coram nobis, harum noſtrarum vigore, & teſtimonio literarum mediante. Datum in Caſtro Dunajecz feria IV. proxima poſt feſtum SS. Pentecoſtes. Anno Domini MDXCIII.

XI.

DIPLOMATA ORIGINEM, ET INCREMENTA NONNULLARUM VILLARUM IN SCEPUSIO INDICANTIA.

Natales poſſeſſionis Toporcz ad Annum Chriſti 1256. Vid. inter Diplom. Nobilitat. Scepus. Num. XX.

Wagendrüzel Oppidum erectum ſub Ladislai Cumani tempora. Indicium rei eſt inter Diplom. Oppid. Scepus. Num. XII.

I.

Initia poſſeſſionis Jekelfalva, ad Annum Chriſti 1284.

EX APOGRAPHO.

Ladislaus Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque Rex; Omnibus Chriſti fidelibus tam præſentibus, quam futuris præſens ſcriptum inſpecturis, ſalutem in ſalutis largitore. Quia in multitudine plebis eſt gloria Principis, debet non immerito Regalis immenſitas, ex augmentatione populorum gratulari. Proinde ad univerſorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire: Quod Hekkul (a) Civis Gwylniczbania, ad noſtram accedens præſentiam, quandam ſilvam noſtram deſertam, & habitatoribus deſtitutam, in qua quondam Heremitæ morabantur, a rivo qui Teutonice Cochenſiſe (b) dicitur, uſque ad quandam viam antiquam, quæ tranſit de Jaſzo in Scepus, petiit ſibi dari, & conferri de noſtræ Serenitatis gratia ſpeciali, ut ibi populos congregaret, & habitationes hominum ordinaret. Nos itaque attendentes ipſius petitionem fore juſtam, conſiderantesque ipſam ſilvam magis eſſe utilem populoſam, quam deſertam;

(a) Author, ut ferunt, nobilis gentis Jekelfaluſſianæ.

(b) Quantum conjectura aſſequi poſſum, Cochenſiſe fortaſſe eſt ille rivus, qui per pagum Kojſo defluit, atque ad ipſam Jekelfalvam præterlabenti Hlineczio, ſeu Gölniczio fluvio commiſcetur. Sed accolas, quibus res magis explorata eſt, conſulere non licuit.

tam; eandem ſilvam dedimus, donavimus, & contulimus præfato Hekkul, & per eum ſuis hæredibus, hæredumque ſuorum Succeſſoribus, jure perpetuo; & irrevocabiliter poſſidendam, tenendam pariter, & habendam. Ut igitur hujus noſtræ collationis ſeries, per labentia temporum ſpatia apud poſteros inviolabiliter perſeveret, præſentes conceſſimus literas, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis Patris Thomæ Epiſcopi Vacienſ. Aulæ noſtræ Cancellarii, dilecti, & fidelis noſtri. Anno Domini MCCLXXXIV. V. Nonas Auguſti. Indictione XII. Regni autem noſtri anno XIII.

Primordia poſſeſſionis Rusbach, Podolinum inter & Gneſnam ſitæ, ad Annum Chriſti 1288. Vide Diplom. Oppid. Scepus. Numer. V. Origo poſſeſſionis Kolatsko. Anno Chriſti circiter 1293. V. Diplom. Præp. & Capituli Scepus. Num. X.

II.

Initia poſſeſſionis Vernard in limitibus Scepuſii ſitæ, ad Annum Chriſti 1295.

EX APOGRAPHO.

Nos Bald Comes de Scepus, memoriæ commendantes ſignificamus univerſis, quibus expedit, præſentium per tenorem: Quod conſtitutis coram nobis Comite Jordano filio Hungh, & Magiſtro Elia, ab una parte; & Vernero filio Hanns de Villa Iſaac ab altera, idem Comes Jordanus, & Magiſter Elias taliter ſunt confeſſi: Quod quandam ſilvam de hæreditate eorum, retro Solyomkew (c) exiſtentem, ad uſum ipſius Verneri ſufficientem, dediſſent ipſi Vernero exſtirpandam, ut in ipſam populos congregaret more Sculetorum aliorum, tali tamen libertate: quod ipſe Vernerus alterum medium laneum, & medietatem de uno molendino in ea Villa, quam in ipſa ſilva ædificaverit, libere poſſidebit: item de terragio, & de omni exactione in eadem Villa idem Vernerus ſextum denarium percipiet, item cauſas ultra fertonem in

---

(c) Solyomkö quærendum eſt intra montes, qui Scepuſienſium a Gömörienſi regione modo diſcriminant; nam olim & ipſum Vernardum ad Scepuſium pertinuiſſe fertur.

eadem Villa exortas Comes Jordanus, & Magiſter Elias antedicti, una cum ipſo Vernero judicabunt: de quarum judicio duæ partes ipſis Comiti Jordano, & Magiſtro Eliæ; tertia vero cedet Vernero antedicto, cauſas vero uſque fertonem in eadem Villa exortas Villicus — — ipſius Villæ eligent, de communi voluntate inter ipſos. Plebanum etiam ipſi Villani eligent idoneum in eorum Eccleſiam, pari voluntate. Item Braxatorium quilibet de Villanis poteſt facere in eadem. Item ipſi populi in ipſam Villam congregati, usque ad ſpatium quindecim annorum ab exactione terragii erunt liberi, & expediti; elapſis quindecim annis ſolvent ipſi populi de quavis lanisfactione, puri argenti Comiti Jordano, & Magiſtro Eliæ prædictis, cum ſtatera Scipiſienſi in feſto S. Martini pro terragio annuatim. Laneus autem tenet duodecim virgas, & quælibet virgarum habebit ſedecim ulnas, & unam palmam; & ſic menſurando Villam habebunt ſuos laneos, & ſimiliter poſſidebunt etiam transacta eorum libertate ſupradicta. Item exſpirante dicta eorum libertate, dictam Virgalem ſolvere debebunt, ſicut populi Nobilium aliorum. Deinde iidem Comes Jordanus, & Magiſter Elias qualemcunque gratiam facere poſſunt, facient eisdem libenter. Item per curriculum cujuslibet Anni, in feſto Eccleſiæ ipſorum, ipſi populi debent dare per ſingulos laneos, ipſis Comiti Jordano, & Magiſtro Eliæ unam gallinam, cubulum avenæ, & unum panem, & ex parte totius Villæ pecudem paſcualem, & tunellam cereviſiæ. Item ipſi populi in prædicta ſilva venare, & piſcari poſſunt, ſalvo jure Comitis Jordani, & Magiſtri Eliæ prædictorum. In cujus rei memoriam ad inſtantiam partium noſtras conceſſimus literas noſtro Sigillo munitas. Datum Menſe Septembri, Anno Domini MCCXCV.

III.

Initia poſſeſſionis Dolyan ad Annum Chriſti 1297.

EX AUTOGRAPHO.

Capitulum Eccleſiæ B. Martini de Scepus, Omnibus Chriſti fidelibus, quibus præſentes oſtenduntur, ſalutem in ſalutis largitore. Quoniam memoriæ novercatur oblivio, dignum eſt, ut temporaliter geſta, ſcripturæ teſtimonio fulciantur. Proinde ad univerſorum notitiam, tenore præſentium volumus pervenire: Quod conſtitutus coram nobis Hemmingus Comes de Kolchova, ex parte una; Ladon de Gargow ex altera, idem Hemmingus Comes filiis ſuis conſentientibus eſt confeſſus: Quod hæreditatem ſuam Claram Vallem dictam

Digitized by Google

ctam locandam, exſtirpandam, & in formam Villæ, jure Saxonum redigendam, eidem Ladon, & ſuis hæredibus contuliſſet; volens autem, ut laboris ſui fructus aliqualis appareat, præfatus Hemmingus Comes eidem Ladon ratione locationis, in eadem Villa Judicium, ſeu Villicatum cum fundo curiæ, viginti jugera cultæ, ſeu puræ terræ, cum totidem jugeribus de rubeto, perpetuo, absque ratione cenſus, vel ſervitii cujuslibet aſſeruit contuliſſe, ita videlicet; quod tantum in cauſis, & judiciis minoribus, utpote florenum non transſcendentibus, ad uſus ſuos judicandi habeat facultatem. Ut autem ad dictum locum populi facilius congregentur, omnibus ibidem congregari volentibus, talem duxit libertatis gratiam faciendam, videlicet: quod ad quamlibet curiam integram, octo jugera cultæ terræ, & de rubeto viginti duo jugera ordinaret. Volens etiam, quod a datis præſentium, usque ad trium annorum revolutionem, nullum cenſum, nullum terragium ſibi ſolvere teneantur; quibus expletis, usque ad ſubſequentium quinque annorum revolutionem, duo pondera finni argenti, in feſto Pentecoſtes de qualibet Curia, ſingulis annis eidem Hemmingo, aut ſuis hæredibus ſolvere teneantur. Expleto autem quinquennio, dicti loci populi de qualibet curia integra, ſeptem pondera finni argenti cum pondere Cypſienſium in prænotato termino Pentecoſtes, ratione terragi ſolvere teneantur. Item in feſto B. Martini de qualibet Curia unum pullum, unam tortam ſinguli, lagenam cerviſiæ tres tunnas continentem, & unum porcum, pro honoris ſui decentia de communitate, ratione deſcenſus, atque muneris præſentabunt. Aſſeruit præterea ſæpedictus Comes Hemmingus eisdem populis ſuis talem gratiam contuliſſe, ut quicunque ipſorum ſtatum ſuum mutare decreverit, juſto terragio, ſeu cenſu ſoluto, hædeditatem ſuam, ædificia, & quaslibet res ſuas vendendi, mutandi, liberam habeat facultatem. Item ſi antedictus Comes Hemmingus, ex idoneitatis ſuæ induſtria, dicam Regiam a dictis populis impetrando obtinere potuerit, eam ipſam dicam, mediam partem recipiet, eisdem reſiduum relaxando. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam, præſentes conceſſimus literas, Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum in feſto Pentecoſtes, Anno Domini MCCXCVII.

Digitized by Google

Initia poſſeſſionis Korothnok ad Annum Chriſti pariter 1297. Vid. inter Diplom. Nobil. Scepus. Numer. IX.

IV.

Primordia Villæ cujusdam ad Szalok poſitæ Anno poſt Chriſtum natum 1322.

EX AUTOGRAPHO.

Capitulum Eccleſiæ B. Martini de Scepus, Omnibus Chriſti fidelibus præſentibus pariter, & futuris, quibus præſentes oſtenduntur, ſalutem in ſalutis largitore. Quoniam memoriæ novercatur oblivio, & ea, quæ geruntur in tempore, vacillant facile; neceſſarium eſt, ut acta temporaliter, ſcripturæ patrocinio in ſtatum ſolidum redigantur. Proinde ad univerſorum notitiam, harum ſerie volumus pervenire: Quod conſtitutis coram nobis perſonaliter, Magiſtro Thoma filio Frank, (d) Caſtellano de Scepus, ex parte una; Conrado filio Hermanni Sculteto de Slauk, ex altera, prædictus Magiſter Thomas vivæ vocis oraculo eſt confeſſus: quod quandam ſilvam ſuam, juxta poſſeſſionem Slauk exiſtentem, a filiis quondam Comitis Ricolphi, videlicet: Kokos Rycolpho, & Joanne ex parte conſortis ſuæ habitam, eidem Conrado dediſſet, donaſſet, & contuliſſet, ut ibidem populos ſub jure, & libertate Saxonum congregare debeat, ſeu locare, conferendo in ejusdem poſſeſſionis terminis, duos manſos (e) liberos, & Scultetiam præfato Conrado, & ſuis hæredibus, hæredumque ſuorum Succeſſoribus perpetuo, & libere poſſidendam. Dans eidem Sculteto, & ſuis hæredibus univerſas cauſas, ſuper quacunque re motas judicandi, & birſagium ſibi ex integro recipiendi facultatem. Fures vero, & latrones, homicidas, & ſanguinis effuſiones, cum homine Magiſtri Thomæ antedicti judicabunt; de quo judicio tertium denarium recipient, duabus partibus Magiſtro Thomæ permanentibus pleno jure. Item molendina, quot-

(d) Thomas hic, fuit unus de Maioribus nobilis familiæ Semſejanæ.

(e) Manſus, alias Huba, vel Hueba: tanta fundi ruſtici amplitudo, quæ ſatis ſit uni Colono ad ibi manendum cum familia, ut illinc ſe congruere, alere, tributa ſolvere, oneraque fundo adhærentia præſtare poſſit. Manſi in vetuſtis Codicibus Traditionum occurrunt alii apſi, alii veſtiti. Hi fere exculti erant; apſi vero, quorum fundus quidem vaſtus, ac deſertus fuit, tantæ nihilominus amplitudinis, ut adhibita cultura uni colono alendo ſufficeret.

quotquot idem Scultetus propria facultate ibidem conſtruxerit, cum tota ſua utilitate annis duodecim libere poſſidebit; quibus transactis, media pars dictorum molendinorum cedet Magiſtro Thomæ prænotato, cum utilitatibus ſuis univerſis, alia medietate cum ſuis proventibus, prædicto Sculteto integre permanente. Populis vero ad ipſam terram confluentibus, & in ea commorantibus talem contuliſſet gratiam libertatis: quod per duodecim annos ab omni exactione cenſus, & aliqua muneris oblatione invita, penitus ſint exempti; transactis autem duodecim annis libertatis, ipſius poſſeſſionis incolæ, de quolibet manſo integro, juxta conſuetudinem Scepus. unum fertonem annis ſingulis, in feſto B. Martini Confeſſoris dicto Magiſtro Thomæ, ratione terragii ſolvere tenebuntur, de quo quidem terragio idem Scultetus, & ſui hæredes ſextum denarium percipient pleno jure. Præterea iidem hoſpites in Nativitate B. M. V. unam tunellam cerviſiæ, & unum porcum fertonem valentem, ex parte communitatis villæ, ſæpedicto Magiſtro Thomæ pro deſcenſu ſuo; item unum cubulum avenæ, duas tortas, & unum pullum de ſingulis laneis, ratione muneris dare tenebuntur. Contulit etiam Incolis ejusdem terræ facultatem; Eccleſiam conſtruendi liberam, & Plebanum, quemcumque voluerint, eligendi, liberas dando ei decimas, cum omni plenitudine ſui juris. Item ſi quis ex ipſis hæredum careret ſolatio, nec alios haberet amicos, & propinquos, ipſe moriturus ſuas hæreditates, cuicunque vellet, habet legandi liberam poteſtatem. Præterea in aquis piſcandi, in ſilvis venandi, braxatoria, piſtrina, tabernas, macella conſtruendi, & qualescunque alias hæreditates præter molendina hæreditates ipſorum vendendi, acceptaque licentia recedendi, plenam eisdem conceſſit licentiæ facultatem. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam præſentes conceſſimus, Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum in feſto B. Michaelis Archangeli, Anno Domini MCCCXXII.

V.

Initia Oppiduli Dobſchina in Scepuſii finibus conditi, Anno poſt Chriſtum natum 1326.

EX APOGRAPHO.

Omnibus Chriſti fidelibus, quam præſentibus, tam futuris præſens ſcriptum inſpecturis, Capitulum Eccleſiæ Agrienſis ſalutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum notitiam, tenore præſentium volumus pervenire. Quod Nicolaus

colaus dictus Kun, Ladislaus & Joannes Magiſtri, filii Comitis Benedicti, filii Detrici (f) pro ſe, & pro Petro Fratre ipſorum, ad noſtram perſonaliter accedentes præſentiam, propoſuerunt viva voce, quod quandam ſilvam ipſorum denſam, prope metas Terræ Scepus. exiſtentem, in qua ſolummodo adhuc Nicolaus filius Ladislai de eadem Terra Scepus. pro ſola ſeſſione ſua exſtirpationem feciſſet, cum ſuis utilitatibus omnibus dediſſent, & contuliſſent, & coram nobis contulerunt eidem Nicolao filio Ladislai, in libertate Teutonicorum de Corpona, in ipſam ſilvam populos congregandos, & in eandem ſilvam congregatos, & in dicta libertate ibidem reſidere volentes conſervare, prout ſeries ipſius libertatis, curſus metarum ipſius ſilvæ lucide exprimuntur: ut videlicet hoſpites, qui per procurationem ipſius Nicolai, cauſa commorandi in ipſam ſilvam congregabuntur, a die notationis præſentium infra ſedecim annos nullam collectam eisdem ſolvere teneantur; elapſis autem his ſedecim annis, unusquisque hoſpitum commorans in poſſeſſione ſua, quæ more Teutonico Laan dicitur magnum, ſedecim groſſos ipſis ſolvere tenebuntur. Item de una terra Laan, pro muneribus ſuis; in Paſcha Domini unum groſſum, & in feſto B. Michaelis Archangeli alium groſſum ſibi ſolvere tenebuntur. Decimæ vero frugum, & aliarum minutiarum ſalvæ Eccleſiæ remanebunt. Item elapſis dictis ſedecim annis, tertia pars tam collectarum, quam munerum, nec non judiciorum de ipſis hoſpitibus provenientium, eidem Nicolao, & ſuis hæredibus cederent, & ſalvo jure remanerent. Item eidem Nicolao, & ſuis hæredibus de Bana (g) omnium metallorum inibi exiſtentium, ſimiliter tertiam partem libere percipere, & poſſidere commiſiſſent, dantes eidem in qualibet Villa inibi ædificanda, duas Laanas terræ, domum Braſices (h) & molendina, absque aliquo tributo, usque ad vitam eorum conſervare, & nullus hoſpitum contra ipſorum voluntatem molendinum ibidem facere poſſet, aut in præjudicium eorum conſervare. Item Sacerdotem Parochialem, quem ipſi voluerint, liberam habeant recipiendi, & eligendi faculatem. Præterea ſi proceſſu temporis idem Nicolaus, vel ſui hæredes urgentibus aliquibus neceſſitatibus eorum, univerſa ædificia ſua in dicts ſilvis, vel villis conſtructa, de ſe alienare vellent, liberam habeant vendendii ſeu cuicunque legandi facultatem. — — Cæterum dicti Filii Comitis Benedicti, ſe ad hoc, & eundem Petrum Fratrem ipſorum, ac ſuos hæredes coram nobis obligarunt, quod ſi proceſſu temporis, aliquando dictum Nicolaum,

&

(f) Hi omnes Bubekii, vel Bebékli erant; Petrus Cſelnekiis initium dedit. Gens utraque clariſſimis muneribus olim perfuncta eſt: ſed hodie neutra ſuperat.
(g) Bana, ſeu Bánya, Latinis fodina.
(h) Legendum opinor Braxices, aut potius Braxatorii.

Digitized by Google

& hæredes ejusdem in præmiſſis, vel ratione præmiſſorum moleſtare velint aliqui, ipſi eosdem ſuis laboribus, & expenſis contra quoslibet impetitores, conſervare tenerentur. In cujus rei teſtimonium, ad inſtantiam ipſorum Filiorum Comitis Benedicti, præſentes contulimus ſigilli noſtri munimine roboratas. Præſentibus tunc *Magiſtro Petro Præpoſito, Nicolao Lectore, Martino Cantore, Joanne Cuſtode, Dominico de Ujvar, Valtero de Beregh, Laurentio de Unghvár, Petro de Zemlen, alio Petro de Zothmar, Davide de Zaboulch, Stephano de Heveſch, Joanne de Borſod Archidiaconis, & aliis multis Anno Domini MCCCXXVI. Regnante Carolo Illuſtri Rege Hungariæ, Boleslao Strigonienſi, Ladislao Colocenſi Archiepiſcopis & Domino noſtro Venerabili Patre Chanadino, Dei gratia Epiſcopo Agrienſi exiſtentibus.*

VI.

Primordia Poſſeſſionis Kunchfalva ad Annum Chriſti 1326.

EX AUTOGRAPHO.

Nos Capitulum Eccleſiæ B. Martini de Scepus, Omnibus Chriſti fidelibus præſentibus, ac futuris, quibus præſentes oſtenduntur, ſalutem in ſalutis largitore. Quoniam memoriæ novercatur oblivio, dignum eſt, ut acta temporaliter, ſcripturarum patrocinio fulciantur. Proinde ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire: Quod Magiſtro Thoma Caſtellano Scepſienſi ex una parte, & Kunchmanno Sculteto de Zlauk ex altera, coram nobis perſonaliter conſtitutis, prædictus Magiſter Thomas eſt confeſſus oraculo vivæ vocis: quod in quadam terra ſua nondum exſtirpata in Provincia Scepſienſi circa aquam Gwylnuch exiſtentem, præfatum Kunchmannum ſuum feciſſet Scultetum, eandem terram procurationi ejusdem committendo; dans eidem poteſtatem ad eandem terram populos convocandi, & in ea terra recentem fluvium, a capite ejus inchoando, ſecundum ipſius longitudinem verſus aquam Gulnuch memoratam, quousque protendi poterit, novam plantationem Kunchfalva (i) vocatam faciendi. Item dedit eidem Sculteto liberos duos manſos in

(i) Kunchfalva, hodie ut videtur Helczmanocz: locus Remethino haud multum diſtans.

in ipſa terra, & cauſas ſuper magna, vel parva re ibidem emergendas judicandi, & birſagium ex integro ſibi recipiendi facultatem: exceptis cauſis furum, latronum, homicidarum, & effuſionum ſanguinis, quas dictus Scultetus cum homine Domini ſui judicabit; de quarum quidem cauſarum birſagio, ipſe Scultetus percipiet tertium denarium; duas vero partes reſiduas ſuus Dominus erit percepturus. Item molendina, quotcunque idem Scultetus propriis expenſis ibi conſtruxerit, per ſedecim annos libertatis, cum ſua tota utilitate libere poſſidebit. Transactis autem his ſedecim annis, in ſingulis annis ſubſequentibus media pars cujuslibet molendini cum ſua utilitate cedet Magiſtro Thomæ antedicto; alia vero media pars ſimiliter cum tota ſua utilitate, ad uſum prædicto Sculteto declinabit. Populis vero ad ipſam terram cauſa commorandi confluentibus, dictus Magiſter Thomas talem contulit gratiam libertatis perpetuo duraturam: quod per ſedecim annos ab omni exactione, & aliqua invita muneris oblatione erunt penitus abſoluti; transactis vero his ſedecim annis libertatis, in ſingulis annis ſubſequentibus, præfati hoſpites de quolibet manſo integro in feſto B. Martini Confeſſoris unum fertonem pro terragio Domino eorum dare tenebuntur: de quo quidem terragio dictus Scultetus ſextum denarium erit habiturus. Item in dedicatione Eccleſiæ eorundem, duas tunellas cereviſiæ de communitate eidem dare tenebuntur. Item in Nativitate B. V. M. annis ſingulis de communitate duos bonos porcos, & de quolibet hoſpitio duos pullos, unum cubulum avenæ, & duas tortas Domino ſuo præſentabunt. Contulit etiam eisdem hoſpitibus prædictus Magiſter Thomas facultatem conſtruendi Eccleſiam liberam, & in ipſam, quemcunqne voluerint, eligendi Plebanum, & etiam recipiendi; dando eidem liberas decimas, cum omni plenitudine ſui juris. Adjiciens, quod ſi aliquis ex ipſis hoſpitibus hæredum careret ſolatio, nec alios haberet proximos, ipſe moriturus, cuicunque vellet, legare poſſet ſuas hæreditates. Item contulit eisdem in aquis piſcandi, & ſilvis venandi, conſtituendique Braxatoria, piſcinas, tabernas, macella, & quaslibet alias hæreditates, præter molendina, ſuasque vendendi hæreditates poſt acceptam licentiam, recedendi plenam poteſtatem. In cujus rei memoriam, perpetuamque firmitatem præſens noſtrum conceſſimus privilegium, noſtri pendentis Sigilli munimine roboratum. Datum ſexta feria proxima ante feſtum B. Martini Confeſſoris Anno Domini MCCCXXVI.

Originem poſſeſſionis Hobgard ad Annum Chriſti 1352. V. inter Diplom. Nobil. Scepus. Num. XIX

Vikarthy poſſeſſio deſolata novis Coloniis inſtauratur Anno Chriſti 1513. V. Diplom. Religioſ. Ord. Num. XXXIV.

O. A. M. D. G.

In-

Digitized by Google

INDEX I. CHRONOLOGICUS
DIPLOMATUM HAC PARTE CONTENTORUM.

Diplomata Seculi XII.

Anno		Pag.
1198	Emericus Rex Hung. donat Archiepiſcopo Strigonienſi decumas Tributorum Terræ Scepus. ac Poſon. item domum Regalem in Caſtro Strigonienſi	24

Seculi XIII.

1209	Andreas II. Rex donat certam terram ſupra Popradum fl. ſitam, Adolpho Præpoſito de Scepus, ejusque Sorori.	104
1212	Andreas II. Cruciferos Sepulchri Dominici Jeroſolymitani inducit in Kereſztes Komlos	389
1239	Mathias Præpoſitus Scepus. adfert pallium Archiepiſcopale Mathiæ, translato e ſede Vacienſi in Metropolim Strigonienſem.	293
1243	Bela IV. amplas immunitates largitur Nobilibus Scepus. vulgo Lanceatis.	102
1244	Bela IV. confirmat fundationem Cruciferorum Jeroſolymitanorum in Kereſztes Komlos.	389
1246	Bela IV. ratam habet donationem Patris ſui Andreæ, quam fecerat Adolpho Præpoſito de Scepus, ejusque Sorori.	103
1248	Bela IV. Præpoſito & Capitulo Scepus. confert terram Liſzka-Olozy.	303
1249	Idem Rex ratam habet donationem poſſeſſionis Almas a Patre ſuo Andrea Eccleſiæ Scepus. factam; item concedit Præpoſito locum in Caſtro Scepus. pro turri, & Palatio ædificando.	294
1250	Idem Rex Eccleſiæ S. Martini de Scepuſio confert Caſtrum Marcelli, cum duabus villis Lethon, & Heymuth.	297
1254	Idem Rex confirmat Saxonibus de villa Sumugh certam terram, quam emerant ab ejus caniferis, adjectis nonnullis gratiis.	188

1248 266

Anno Pag.
1256 Idem Rex comiti Jordano, filio comitis Arnoldi donat certam Silvam Regalem in Scepusio. 134
1258 Idem Rex confert terram quatuor aratrorum in Nadosth Geubulino, & Termanno Fratribus. 80
1260 Idem Rex ratam habet donationem suam, quam fecerat cœnobio B. M. V. de Scepus. ordinis Cistercienſis. 391
1264 Idem Rex terram Vizoka Muthmerio Præpoſito Scepus. ejusque Eccleſiæ asserit. 295
1269 Idem Rex Késmarkinenſibus aliquas immunitates concedit. 48
1270 Comes Ricolphus & Polanus Fratres ineunt compoſitionem, ac concordiam cum Hoſpitibus de villa Kazmark, seu Késmark. 106
1271 Stephanus V. Rex Saxonibus Scepuſienſibus ampliſſimas immunitates largitur. 189
1274 Dominico, & Thomæ Fratribus de Szepus confertur terra duorum aratrorum ea libertate, quam Nobiles, & Exercituantes de Scepus. habent. 107
—— Ladislaus IV. Rex concedit Parochis Scepuſienſibus liberam teſtandi facultatem, eosque ab civilibus quibusdam oneribus eximit. 262
1275 Eccleſiæ Sygrenſi a comite Joanne de Sygra exſtructæ, Muthmerius Præpoſitus Scepuſienſis dotem addit. 108
1277 Lis metalis oborta inter populos Eccleſiæ Scepuſienſis, & Saxones de villa Ruskin componitur. 296
1278 Ladislaus IV. Rex Hung. comiti Eliæ filio Jordani donat villam Gurgou, hodie Görgü. 118
—— Idem Rex comiti Ricolpho, ac Polano Fratribus confert villas Farkasfalva, & Pokai. 109
—— Idem Rex ratam habet Belæ IV. donationem Caſtri Marcelli, poſſeſſionum item Lethon & Heymuth factam Eccleſiæ S. Martini de Scepuſio. 297
1279 Eliſabetha Regina Hungariæ, & Ladislai IV. Regis Mater, confirmat ſupericrem donationem villarum Letſon, & Heymuth. 299
1280 Eccleſia Parochialis in Lewkocz ædificatur permiſſu Lodomerii Archiepiſcopi Strigonienſis, a Nobilibus ejusdem loci. 111
—— Elias comes Saxonum, & Latinorum cum cæteris Scepuſii Saxonibus, & Latinis obligat ſe ad juſtas decumas Parochis præſtandas. 264
—— Literas ſuperiores ratas habet Eliſabetha Regina, Scepuſii Domina. 274
—— Eadem Regina Guebelino de Leucha confirmat terram duorum aratrorum. 81

Digitized by Google

Anno		Pag.
1280	Ladislaus IV. Rex Hung. ex fodina Gölniczenſi centum marcas argenti in uſum pauperum, & infirmorum quotannis ſolvendas aſſignat.	192
1281	Muthmerius Præpoſitus Scepuſienſis tranſigit cum ſuo capitulo ratione villarum Lethon, & Heymuth.	301
1282	Lucas Præpoſitus Scepuſienſis ſex Canonicis auget ſuum Capitulum.	302
——	Ladislaus IV. Rex conceſſa Gölniczenſibus a Deceſſoribus Regibus Privilegia confirmat.	194
1284	Idem Rex ratam habet donationem villæ Kolchvan, a Stephano Patre ſuo collatæ Magiſtro Helbrando de Leuche.	82
——	Surgit poſſeſſio Jekel falva.	442
1288	S. Kunegundis relicta Boleslai Ducis Cracovienſis, & Sandomirienſis Henrico Sculteto donat ſilvam inter villas Podolin, & Gneznam.	195
1289	Ladislaus IV. Rex decumas Tributi Scepus. reddit Archiepiſcopatui Strigon.	25
1290	Andreas III. Rex ratam habet donationem ſilvæ Regalis juxta fluvium Lomnitza, quam contulit Ladislaus Cumanus Andreæ filio comitis Polyan.	112
——	Idem Rex poſſeſſionem Liſzka-Olozi roborat Eccleſiæ Scepus.	303
1293	Idem Rex eidem Eccleſiæ confirmat donationem ſilvæ inter fluvium Poprad, & Alpes ſemene exiſtentis.	305
1294	Jacobus Epiſcopus Scepuſienſis cænobio B. M. V. de Scepus. donat decumas ex propriis villis obvenientes.	392
1295	Poſſeſſio vernard in limitibus Scepuſii conſtruitur.	443
1297	Andreas III. Rex corroborat literas Eliæ comitis Saxonum, & Latinorum in negotio Decumarum Parochis præſtandarum, easque juſte non tribuentibus pœnas inſuper addit.	264
——	Jacobus Epiſcopus conſecrat Eccleſiam ordinis FF. Minorum Poſonii.	307
——	Poſſeſſio Dolyan exſtruitur.	444
——	Andreas III. Marco Canonico Scepuſienſi, & Fratri ejus comiti Michaeli confert terram Korythnik.	113
1298	Parochi Scepuſienſes innovant Sodalitatem olim a ſuis Deceſſoribus inſtitutam.	266
1299	Jacobus Epiſcopus Scepuſienſis dimidium decumæ Podolinenſis, & Lublovienſis cedit ſuo capitulo.	308
——	Carthuſianis donatur Lapis Refugii pro ædificando cænobio.	393
——	Hanc donationem confirmat Jacobus Epiſcopus Scepuſienſis.	394

Anno Pag.

Seculi XIV.

1300 Marco canonico Scepus. & Fratri ejus comiti Michaeli villam Korotnok erigentibus, nonnullæ gratiæ ab Rege Andrea III. conceduntur. 114
—— Svethoni Florentino, Baldi comitis Scepuſienſis Nepoti, confertur poſſeſſio Sebus in comitatu Sáros. 115
1308 Vel priori Arx Scepuſienſis, quam Wenceslaus Wenceslai Regis Bohemiæ filius occuparat, per Carolum Regem expugnatur. 34
1309 Paulus Præpoſitus Scepuſienſis confert ſuo capitulo decumam in certis ejus poſſeſſionibus. 309
—— Frater Gentilis Apoſtolicæ ſedis Legatus Carthuſianos in Hung. jubet defendi. 395
1311 Carthuſianis de Lapide Refugii ex cenſu villæ Toth falva tres marcæ argenti attribuuntur. 396
—— Iisdem certæ decimæ confirmantur, & curia Tybæ reſtituitur. 397
1312 Thomas Archiepiſcopus Strigonienſis ratas habet immunitates Parochorum Diſtrictus de Tharza. 310
—— Stephanus, & Arnoldus Fratres novo Privilegio ſtabiliuntur *in* villa Gergö. 118
—— Saxonum Scepuſienſium ditio, & libertates. 197
1313 Henricus Præpoſitus Miechovienſis villam Komlos cambit cum villa Landek. 398
—— Cambium hoc approbat Carolus Rex Hungariæ. 400
1314 Benedictini fundantur in villa Sthol, ſub Montibus Carpaticis. 401
1315 Paulus Præpoſitus Scepuſienſis tranſigit cum Henrico Præpoſito Miechovienſi, ratione Eccleſiarum Præpoſituræ de Landek. 402
1317 Stephanus, & Arnoldus Fratres, ac comes Gyula filius Hanns in avitis poſſeſſionibus firmantur. 120
1319 Carthuſiani in villa Lechniz ad fl. Dunajecz fundantur. 403
1320 Approbante Rege Carolo una cum augmento fundationis. 404
1322 Villa quædam ad pagum Szalok inchoatur. 446
—— Boleslaus Archiepiſcopus Strigonienſis Parochorum Tarczenſium immunitates, quas Thomas Deceſſor probaverat, ſuis literis affirmat. 310
1323 Henrico Præpoſito Scepuſienſi translato ad Epiſcopatum Veſprimienſem, ſufficitur a capitulo Joannes Præpoſitus Bosnenſis. 312
1325 Magiſter Ricolphus filius Ricolphi ſingulares prærogativas ab Carolo I. Hung. Rege emeretur. 122

1326

Digitized by Google

Anno Pag.
1326 Abbas Schavnikienſis cum oppidanis Popradenſibus amice tranſigit ratione Incolarum poſſeſſionis de Altzenow. 404
—— Oppidulum Dobſchina in finibus Scepuſii conditur. 447
—— Item villa Kunchfalva, hodie Helczmanocz. 449
1327 Magiſter Gallus, alias Kakaſſ impetrat ab Carolo Rege, ut ſuas fortunas Fratribus Ricolpho, & Joanni relinquere poſſit. 124
—— Joannes *fortaſſe* Præpoſitus Scepus. & Dux Oswiecimenſis Regis Bohemiæ vaſallum ſe eſſe profitetur. 314
1328 Comes Joannes, & Michael filii Marci, Stephanus item filius Marci in avitis poſſeſſionibus conſervantur. 126
—— Carolus Rex novo Diplomate univerſa Saxonum Scepuſienſium latifundia, omnesque immunitates confirmat. 196
—— Wilhelmus Abbas, & Joannes Præpoſitus Scepuſienſis vi Bullæ Innocentii IV. Papæ monent Epiſcopum, & Capitulum Agrienſe, ut cum Sacris Curionibus ejusdem Diœceſis amice tranſigant. 406
1330 Willermus Drugeth comes de Scepus, & Ujvar condit teſtamentum. 127
—— Carthuſiani Lechniczenſes cedunt decem marcis terram a villa Eur ſeparatam Magiſtro Ricolpho, filio comitis Ricolphi. 408
1331 Carolus Rex Magiſtro Petro Aurifabro Vice-Comiti, & Caſtellano Scepuſienſi confert poſſeſſionem Jemnik. 131
—— Lector Eccleſiæ Scepuſienſis perimitur. 315
1332 Carolus Rex mandat, ut Szomolnokinenſibus circumcirca terra duorum Milliarium aſſignetur. 200
1333 Dimidium villæ Mathæi a Nobilibus de Gargow confertur cænobio de Sthol ordinis S. Benedicti. 409
—— Præpoſitus Scepuſienſis cum capitulo ſuo, gravatus ſententia Præpoſiti de Domo Dei, jubetur ab Joanne Papa in integrum reponi. 316
1336 Quintoforenſes a cujusvis Judicis Tribunali eximuntur, & ſolius comitis Saxonum jurisdictioni ſubjiciuntur. 201
1338 Szomolnokienſes, & Gölniczenſes jubentur more patrio ſtatui in Schvedlér, & Remethe. 203
1341 Benedictus XII. Papa Chanadino Archiepiſcopo Strigonienſi injungit, ut bona, quæ Cruciferi Landekinenſes alienarant, vindicet. 410
1344 Szomolnokinenſes in ſuis Privilegiis & poſſeſſionibus contra Chanadinum Archiepiſcopum Strigonienſem, & Familiam Bebekianam confirmantur. 204
1345 Poſſeſſio Kathum capitulo Scepuſienſi pleno jure remittitur. 318

1346

Anno		Pag.
1346	Indulgentiæ 40. dierum conferuntur inviſentibus &c. Eccleſiam Parochialem S. Catharinæ in villa Körtvélyes.	269
1347	Ludovicus I. Rex Hung. certis immunitatibus ornat cænobium B. M. V. de Scepus. ordinis Ciſtercienſis.	411
1348	Civitas Késmarkinenſis Eccleſiam S. Eliſabethæ in Urbe exiſtentem, cedit ordini Cruciferorum de Landek.	412
——	Clemens Papa VI. jubet inquiri, num Præpoſitura Scepuſienſis in Epiſcopatum, & Ecclefia Collegiata in Cathedralem evehi poſſit?	319
1352	Stephanus Frater Ludovici I. Regis Hung. Dux Scepus. & Sáros.	26
——	Wenceslao filio Pauli de Peturmezej conferuntur quinquaginta lanei juxta fluvium Poprad.	133
1354	Eandem ſuam collationem confirmat Ludovicus I.	132
——	Idem Ludovicus I. Rex Hung. concedit liberam invectionem Salis Polonici usque ad civitatem Sárus, & Lypto.	28
1355	Ludovici I. Regis Legati, quos inter Nicolaus Præpoſitus Scepus. jurati firmant pactionem inter Carolum olim Hung. & Caſimirum Poloniæ Reges initam, ut ſi hic absque prole maſcula decederet, Caroli filii ſuccedant in Regnum Poloniæ.	323
——	Nicolaus Præpoſitus Scepus. Kryghenſibus Incolis præſcribit, quæ ſibi deinceps præſtare debeant.	324
1357	Familia Görgeiana ſtabilitur in ſilva Regali, quam ejus Majoribus olim Rex Bela IV. contulerat.	134
1358	Ludovicus I. Rex Hung. mandat Nicolao Konth Palatino, ut Wagendruzlenſes tueatur contra Bubekos.	209
——	Idem Rex Præpoſito Jaſzovienſi concedit, ut Metalla in ſuis montibus eruere poſſit, eo quod in illius fundo Szomolnokinum erectum eſſet.	210
——	Andreas comes Saxonum Scepus. intercedit apud Ludovicum I. ne certam terram Quinto forenſibus eripi patiatur,	208
1366	Cruciferi Scepuſienſes ordinis S. Antonii de Darocz inhibentur, ne Caſſovienſe Noſocomium occupare præſumant.	413
1375	In eadem materia Ludovici I. Regis literæ.	414
1383	Menardus Scultetus de villa Batizii vendit certam terram cænobio B. M. V. de Sthol ordinis S. Benedicti.	415
1385	Maria Regina Hungariæ indulget Georgio Abbati Tyhanienſi, ut dimidium poſſeſſionis ſuæ Arath cum Nicolao Præpoſito Scepuſienſi, ejusque Sororibus cambiet.	325

Digitized by Google

Anno Pag.
1388 Sigismundus Rex Almaſienſes Incolas, qui Privilegia Saxonum ſibi indulta contendebant, ſubjicit Dominio Præpoſiti Scepus. 327
1391 Idem Rex teſtatur Nobiles de Markusfalva, & de Jemnik interfuiſſe bellicæ contra Turcas expeditioni. 137
1392 Nobiles de Kromlow jubentur ſtatui in villa cognomine. 137
1399 Bonifacius Papa IX. Parochis Iglovienſibus concedit Jus Patronatus in Sacello S. Michaelis Archangeli Igloviæ fundato. 270
—— Matthæus de Vice-Dominis Canonicus, & Vicarius Strigonienſis petit informari de Varallyenſi Xenodochio B. Eliſabethæ, quod oppidani ordini Eremitarum S. Auguſtini tradere volebant. 416

Diplomata Seculi XV.

1400 Informatio de eodem Varallyenſi Xenodochio. 416
1404 Sigismundus Rex Hung. ex cenſu villæ Kolonfalva Parochis Olaſzinenſibus aſſignat unam Marcam, ſub onere Sacrificii quotidie perſolvendi. 272
—— Idem Rex Kesmarkinenſibus in 12. Annos remittit cenſum pendi ſolitum. 494
—— Teſtimonium comitatus Scepuſienſis, quod curia Carthuſianorum de Lapide Refugii prope villam Lethon ſita, nulli fuerit oneri ſubjecta. 420
1407 Leutſchovienſibus propriarum ſilvarum liber uſus conceditur. 83
1409 Familia Waldorffiana dimidium villæ Richvald donat ordini Fratrum Carthuſienſium de Lechnicz. 421
1411 Præſules & Proceres Regni Hung. pro futuro congreſſu ſibi deſignant Antiquam villam, Polonis vero Schramoviczam, promittuntque ſe daturos operam, ut lites, & diſſenſiones inter utrumque Regnum obortæ componantur. 1
—— Pax inter Hungaros & Polonos concluditur. 4
—— Terra cænobii Schavnikienſis Stoyanfölde dicta confertur oppido Montis S. Georgii; cænobio vero Schavnikienſi villa Primfalva. 422
1412 Podolinum in numerum Liberarum, Regiarumque civitatum refertur. 211
—— Sigismundus Rex Hung. ex Triceſima Lublovienſi aſſignat bina dolia halecum, & bina ſtamina panni Carthuſianis de Lapide Refugii. 424

Anno		Pag.
1412	Inter eundem Sigismundum Hungariæ, & Wladislaum Poloniæ Reges fœdus initur.	7
——	Idem Sigismundus Rex eidem Wladislao Regi Poloniæ juratus pollicetur amicitiam, & defenſionem.	12
——	Idem Sigismundus Rex eidem Wladislao pignori det XIII. oppida Scepuſienſia cum Arcibus Lublo & Podolin.	212
1417	Senatui Kesmarkinenſi civium cauſæ cognoſcendæ permittuntur.	50
1418	Eulenbachenſes a ſolutione Tributi eximuntur.	216
1419	Sigismundus Rex mandat Scepuſienſibus, ut Parochis ſuis juſtas decumas præſtent, nec ante decimationem fruges ex agris avehant.	273
1420	Nobilium de Polyanka Subditi eximuntur a jurisdictione quorumlibet Judicum.	138
1423	Sigismundus Rex Hung. innovat pacem cum Wladislao Poloniæ Rege olim Lubloviæ confectam.	14
1424	Quinto forenſibus ex cenſu remittuntur quatuor marcæ argenti minus uncia.	217
1425	Bona Carthuſianorum Lapidis Refugii eximuntur ab omni exactione.	425
——	Petro de Berzevicze Magiſtro Tavernicor. Regalium datur poſſeſſio Jamnik.	140
1433	Kesmarkinenſes Primores ab Huſſitis in captivitatem abſtracti cavent ſuis vadibus de indemnitate.	52
——	Urbis Késmarkienſis muri jubentur reparari potius, quam dirui.	53
——	Joannes Stock nominatur Præpoſitus Scepuſienſis, eique obedientia præſtanda injungitur.	330
1434	Sigismundus Imp. Privilegia Parochorum Scepus circa decumas confirmat.	273
1435	Idem Joanni Stock Præpoſito Scepus. concedit, ut Eccleſiæ ſuæ dignitates bene meritis conferre poſſit.	331
——	Idem novis literis munit Iglovienſium Privilegia, quæ Huſſitæ partim diripuerant, partim exuſſerant.	219
——	Uti & Késmarkinenſium.	55
1436	Ladislaus Abbas Schavnikienſis oppido Teplicza ab Huſſitis exuſto, certa tributa relaxat.	426
1439	Stephanus de Rozgon comes Poſonienſis ſæpius pugnat in Scepuſio cum Polonis.	141
——	Albertus Rex Hung. in ſuam protectionem recipit Joannem Stock Præpoſitum Scepus. eumque contra adverſarios jubet defendi.	332

Digitized by Google

Anno		Pag.
1439	Ab eodem Alberto Rege Ladislaus de Palocz & Stephanus Poharnok de Berzevicz oratores mittuntur ad Wladislaum Regem Poloniæ.	142
1440	Eliſabetha Alberti Imp. vidua hortatur civitates Hungariæ Superiores, ut in fide ſibi debita perſeverent.	84
——	Idem ſcribit ad Késmarkinenſes.	57
——	Eadem Eliſabetha Regina non Epiſcopo Segnienſi, quem Wadislaus Rex creavit Præpoſitum Scepus. ſed Joanni Stock obedientiam exhiberi jubet.	333
——	Wladislaus Rex Hung. & Poloniæ cives Késmarkinenſes eximit ab omni Telonio intra Regnum Poloniæ ſolvendo.	58
——	Idem Rex ſtatuit, ut oppida Scepuſienſia communem deinceps eligant comitem, qui Késmarkini ſedem figat.	222
1442	Podolino jus Emporii, ſeu depoſitorii mercium conceditur.	223
1443	Arx Scepuſienſis a Bohemis Gyskræ addictis capitur.	35
1444	Indulgentiæ 40. dierum conceduntur viſitantibus Eccleſiam S. Crucis, & S. Eliſabethæ Késmarkini.	59
1445	Querentibus ob varias injurias Præpoſito, & capitulo Scepus. jubetur ab Eugenio Papa IV. juſtitia ex æquo adminiſtrari.	334
1447	Joannes Giskra Ladislai Poſthumi Capitaneus Generalis Késmarkienſium Privilegia confirmat authoritata Regia.	60
1449	Huſſitæ in Scepuſio, & comitatu Sáros. ſuam hæreſim diffundunt.	29
——	Joannes Kiſzner de Schzitnik partem villæ [illegible]oſs vendit cænobio Carthuſianorum de Lapide Refugii.	426
——	Georgius Rector Parochialis Eccleſiæ Késmarkienſis S. Michaelis provocat ad ſedem Romanam, eo quod Joannes Stock Præpoſitus Scepus. ſibi juſtitiam adminiſtrare nollet.	63
1450	Joannes Stock Præpoſitus Scepus. dotat Altare Sanctiſſimi Corporis Chriſti in Eccleſia Vetero-Budenſi S. Petri erectum.	335
1451	Synopſis Bullæ Pontificiæ de Anno Jubilæo 1450. affixa valvis Eccleſiæ Parochialis Leutſchovienſis.	277
1453	Késmarkinenſibus mandatur, ut cum Ladislao de Hunyad contra Axamythum inſurgant.	65
1457	Fratri Umberto Ord. Prædic. committitur correctio cænobii Gölniczenſis ejusdem Ordinis.	427
1458	Stehano de Berzevicze indulgetur, ut Caſtellum Berzeviczenſe a Bohemis redemptum eousque teneat, donec illi ſatisfiat per cognatos.	143

Digitized by Google

Anno Pag.
1458 Mathias Rex Hung. confirmat Joanni Stock Præpoſito Scepus. jura, & beneficia a Deceſſoribus Regibus conceſſa. 338
—— Idem Rex mandat Sebaſtiano de Rozgon, ut eundem Joannem Stock in iisdem juribus & beneficiis conſervet. 339
1459 Pius II. Papa Præpoſitorum Scepus Privilegia, & jurisdictionem ratum habet. 366
1461 Leutſchovienſibus imperatur, ut Stephanum de Zapolya juvent in obſidendo Caſtro Murány. 85
1462 Eccleſia Parochialis in Zakocz violata, ſacris ritibus conciliatur. 278
1463 Mathias Rex Hung. Arma, & uſum ceræ rubræ concedit Kësmarkienſibus. 66
1464 Indulgentia 100. dierum conferuntur Olaſzienſi Sodalitati B. M. V. in Cœlos aſſumptæ. 279
—— Dionyſius de Széch Card. & Archiepiſcopus Strigon. confirmat Caſparem Back ab Mathia Rege nominatum Præpoſitum Scepus. 340
1465 Emericus de Zapolya vacanti Auranæ Prioratui ſuffici petitur. 144
—— Idem Emericus de Zapolya ab Mathia Rege creatur Perpetuus Comes Terræ Scepuſienſis. 145
1466 Joannes Archiepiſcopus Strigonienſis dat facultatem conſecrandi Sacellum in Curia Præpoſituræ Scepuſienſis. 342
1470 Rei cædis Jacobi de Ganfalva Canonici Scepus. inquiri jubentur. 342
1472 Emericus de Zapolya monet Kesmarkinenſes, ut ſe contra imminentem hoſtem muniant. 68
—— Sixtus Papa IV. Indulget Præpoſitis Scepuſienſibus uſum Mitræ, & baculi Paſtoralis, in omnibus Eccleſiis jurisdictioni eorum ſubjectis. 344
1474 Fœdus Pacis perpetuæ inter Mathiam Hungariæ, & Caſimirum Poloniæ Reges in Antiqua Villa. 16
1478 Collegiata Eccleſia S. Martini de Scepuſio poſtquam ampliata, & perfecta eſt, denuo conſecratur per Ladislaum de Syroka Suffraganeum Epiſopi Agrienſis. 347
1485 Epiſtola Miſcellanea Emerici de Zapolya ad Késmarkienſes. 69
1487 Publico teſtimonio indicatur Parochi Olaſzienſis Jus Patronatus tum in Eccleſia S. Mariæ Alznenſi, tum in Olaſzienſi S. Leonardi Noſodochio. 280
1491 Gregorius Gebel Caſtellanus Scepuſienſis nova ejus temporis ſignicat Kesmarkinenſibus. 70

Digitized by Google

Anno Pag.
1494 Hypolytus Eſtenſis Cardinalis Strigonienſis Georgium de Mekche confirmat in Præpoſitura Scepuſienſi. 351
—— Wladislaus II. Rex Hung. ratam habet donationem Villæ Kolinfalva, quam Sigismundus antea donaverat Eccleſiæ Olaſzinenſi. 281
1496 Georgius Lewdeſchit Cantor & Canonicus Eccleſiæ S. Martini de Scepuſio condit Tabulas ſupremæ voluntatis. 353
1497 Caſſovienſes ab Rege Wladislao II. in jus vocantur, eo quod nonnullis Civibus Leutſchovienſibus in itinere vim feciſſent. 86
1499. Stephanus de Zapolya perpetuus Comes Terræ Scepus. & Regni Hung. Palatinus Teſtamentum conficit in Papa. 148

Seculi XVI.

1505 Joanni Horvath nominato Præpoſito Scepus. conceditur, ut beneficia ſuæ Eccleſiæ, dignis perſonis conferre poſſit. 353
1507 Stanislaus de Abramovitz Késmarkienſis Sacellanus, variis injuriis affectus in integrum reponi jubetur. 70
1508 Kesmarkinenſes eximuntur a ſolutione Telonii Palocſenſis. 71
—— Lis pecuniaria inter Joannem Paroecum de Quintoforo, & Incolas de Villa Bulmány oborta componitur. 354
—— Ladislaus de Chobad Præpoſitus Scepus. Procuratoris ſui Oswaldi Stauburger dicta circa fructus Præpoſituræ revocat, & novos Procuratores conſtituit. 355
1509 Hedvigis Dux Teſſinenſis, & Filii ejus molam in fl. Hornad Carthuſianorum de Lapide Refugii, eximunt ab omni onere. 428
1510 Eadem Hedvigis Dux cum Filiis ſuis dotat Sacellum Corporis Chriſti, quod ſitum eſt ad latus Collegiatæ Eccleſiæ Scepus. 359
1511 Approbante, ſed certos literarum articulos immutante Joanne Cardinali Sedis Apoſtolicæ Legato. 364
—— Joannes Horvath de Lomnicza rurſum nominatur Præpoſitus Scepus. 363
1512. Kesmarkinenſes prohibentur, ne groſſos Polonicos acceptent. 72
—— Sigiſmundus Rex Poloniæ Oratoribus ſuis dat plenam facultatem deſpondendi ſibi Barbaram de Zapolya, cæteraque negotia, quæ eo pertinent, conficiendi. 151
—— Idem Sigiſmundus Rex Poloniæ eidem Barbaræ de Zapolya conſorti ſuæ, titulo dotis &c. certa bona in Polonia inſcribit. 152

Anno Pag.
1512 Barbara de Zapolya, Regina Poloniæ quartam, quam vocant puellarem ſibi rite a Fratribus traditam profitetur, & omne deſuper jus in eosdem transfert. 156
1513 Poſſeſſio Vikarthy novis Valachorum coloniis inſtauratur. 429
—— Concordia inter Parochum Leutſchovienſem, & Urbis ejusdem Cives, ratione Sacelli B. M. V. in monte poſiti, Parochialis Templi Sacellanorum &c. 88
—— Leo X. Papa immunitates Præpoſitas Scepus. a Pio II. conceſſas revocat. 366
1515 Item Leo X. Papa mandat Epiſcopis Vacienſi, Tranſilvano, & Cracovienſi, ut in uſu Privilegiorum a Pio II. & Sixto IV. conceſſorum, Præpoſitos Scepus. conſervare adnitantur. 369
—— Maximilianus I. Cæſar Joanni Thurzo de Bethlemfalva Epiſcopo Wratislavienſi concedit jus aureæ monetæ cudendæ. 158
1518 Ab Rege Ludovico II. Carthuſianis de Lapide Refugii quotannis 500. lapides ſalis, duo dolia halecum, & duo fruſta panni aſſignantur. 430
1522 Faſſio Joannis Henchel Archidiaconi de Thorna, ſuper ultima voluntate Chriſtophori de Zemenchen Lectoris Eccleſiæ Scepus. 372
1524 Joannes Thurzo de Bethlemfalva ditionem Wolavienſem, Stinavienſem, & Raudenſem in Sileſia, vendit Friderico II. Duci Lignicienſi. 160
1525 Ludovicus II. Rex Hung. concedit Joanni, & Chriſtophoro de Berzevicze, ut Curiam in poſſeſſione Kakas Lomnycza munire poſſint. 161
1527 Franciſcus de Batthyan ſcribit Kesmarkienſibus, ut homines ſuos in bona Kesmarkinenſia, ſibi ab Ferdinando donata immittant. 73
—— Alexius Thurzo de Bethlemfalva in Oppidis Göncz, Telkibanya &c. ſtatui jubetur. 162
1528 Hieronymus de Laſzko Palatinus Siradienſ. creatur Perpetuus Comes Terræ Scepuſienſis, & donatur Caſtris Scepus, Kesmark &c. 36
—— Ferdinandus I. Rex Hung. Késmarkinenſium Privilegia confirmanda promittit. 74
—— Ludovicus Pekry Arces Késmark & Lipto-Ujvar jubetur tradere Franciſco de Batthyan Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ Bano. 75
1530 Poſſeſſiones Vydernik, & Teplycza Leutſchovienſibus pignori dantur. 432

Anno		Pag.
1530	Caſtellanis Scepuſienſibus, & Exercituum Præfectis committitur defenſio Præpoſiti, & Parœcorum Scepuſienſium.	374
1531	Hieronymns de Laſzko hortatur Kesmarkienſes ad concordiam, & cuſtodiam Urbis &c.	75
1532		
1533	Franciſcus de Bachya ab Joanne Rege nominatus Præpoſitus Scepus. conſtituit ſuum per Scepuſium Vicarium Georgium Lewdificz.	374
——	Mathias Loboczky nomine Hieronymi de Laſzko, negat ſe ceſſurum bonis ad Arcem Scepus pertinentibus.	40
——	Idem fere facit Franciſcus Bebek de Pelsewcz nomine Fratris ſui Emerici, qui Oppida Metallica ad eandem Arcem ſpectantia occuparat.	41
1534	Warkotſchiana familia inhibetur, ne poſſeſſiones Berzeviczianas pignori locatas retineat.	164
1537	Franciſcus de Nagy köreſs nominatur Lector Eccleſiæ Scepus, ſimulque Rector Sacelli Sanctiſſimi Corporis Chriſti.	376
——	Sigiſmundus I. Rex Poloniæ confirmat Podolienſibus libertates, a Deceſſoribus Regibus conceſſas.	224
1539	Idem Sigiſmundus Rex Poloniæ rata habet omnia Privilegia XIII. Oppidanorum.	226
——	Amica Compoſitio inter Oppidanos Szomolnokienſes, & Stoſſienſes.	228
1540	Joannes de Zapolya Rex Hung. conjugi ſuæ Iſabellæ, in bonis inſcribit centum quadraginta millia flor. aureorum Hungaricorum.	165
1541	Mathias Loboczky Keſmarkinenſibus inſinuat cladem Budenſem, Conventum Eperieſinenſem, monetque, ut Urbem a Caſſovienſium inſidiis tutam præſtent.	76
1542	Eidem Mathiæ Loboczky & C. Alexio Thurzo commendatur cura, ac protectio Capituli Scepuſienſis.	377
——	Pax inter Ferdinandum Regem Hungariæ, & Iſabellam Joannis de Zapolya Viduam conficitur.	43
1543	C. Alexius Ahurzo de Bethlemfalva Judex Curiæ Regiæ condit Teſtamentum.	168
1544	Mathiæ Loboczky injungitur, ut coerceat Kesmarkinenſes, ne hi jus Depoſitorii, quod Civium Leutſchovienſium eſſet, uſurpent.	91
1545	Stanislaus Várallyi Quinque-eccleſ. Epiſcopus & Præpoſitus Scepus. Clero ſuo Scepuſienſi, Synodum indicit.	377
1546	Mathias Loboczky ſignificat Keſmarkinenſibus, ſe cum Indigenis Hungaris conſtitutum eſſe Tutorem prolium Hieronymi de Laſzko.	77

Anno Pag.

1548 Sigiſmundus Rex Poloniæ rata habet Sacrorum Curionum in XIII. Oppidis Scepus agentium Privilegia, mandatque ſuis Præfectis, ut eos in iisdem conſervent, ac tueantur. 282

—— Ferdinandus I. Rex Hung. inhibet, ne ullus Parochis XXIV. Civitatum Scepus. ſeu in faciendis Teſtamentis, ſeu recipiendis Decumis obturbare auſit. 283

—— Idem Ferdinandus Rex pro tollendis litibus inter ſubditos Regni Hungariæ, & Poloniæ obortis, Commiſſarios ad Capitulum Scepus deſtinat. 20

1549 Suos pariter Commiſſarios inſtruit Rex Poloniæ. 21

1550 Ferdinandus I. Rex innovat Arma Civitatis Leutſchovienſis. 92

—— Idem Ferdinandus Rex mandat Hungariæ Superioris Civitatibus, ut exuſtos Leutſchovienſes juvent. 93

—— Idem Privilegia Leutſchovienſium, quæ igni abſumpta erant innovanda, & a ſe confirmanda promittit. 94

—— Joannes Thurzo de Bethlemfalva Arcem Scepus. recipit ab Andrea Bathori. 46

1551 Parochi XIII. Oppidorum Scepus. inhibentur ſacram ſupellectilem dare Bellico Præfecto Poloniæ. 285

1553 Nicolaus Olahus Archiepiſcopus Strigonienſ. prohibet Parochos XIII. Oppidorum, ne Præfectis Podolienſibus, ac Lublovienſibus frumentum &c. ſubminiſtrent. 286

1555 Maximilianus Rex Bohemiæ orat Sigiſmundum Auguſtum, Regem Poloniæ, ne Parochos XIII. Oppidorum per Scepuſienſes Præfectos inſolitis exactionibus premi ſinat. 287

—— Mandatum Sigismundi Auguſti Regis Poloniæ, ad Præfectum ſuum Scepus. Joannem Bomar, de Balicz in eodem negotio. 288

—— Leutſchovienſibus promittitur auxilium contra factioſum Georgium Bebek. 96

—— Sigiſmundus Rex Poloniæ rogat Ferdinandum Regem Hung. ut transeuntes per Scepuſium Milites coerceat, neve cauſas XIII. Oppidanorum longius duci ſinat. 230

1556 Joannes Thurzo certa Inſtrumenta bellica a Leutſchovienſibus accipit, ut Arcem Scepus contra Bebekum, aliosque factioſos defendat. 97

—— Marcus Horvath Præfectus Szigethanus jubetur ſtatui in bonis Warkotſchianis. 176

by Google

Anno		Pag.
1557	Nicolaus Olahus Archiepiſcopus Strigon. rurſum prohibet Parochos XIII. Oppidorum, ne Præfectis Lublovienſibus pareant, neve a jurisdictione Eccleſiæ Strigonienſ. ſe avelli patiantur.	289
——	Ejusdem Nicolai Olahi Archiepiſcopi Strigon. literæ ad Sigiſmundum Auguſtum Regem Poloniæ in eadem materia.	290
1558	Mandatur Leutſchovienſibus, ut pro defendenda Arce Kis Varda, cum Emerico Thelekeſſy arma capiant.	98
——	Ferdinandus I. Rex Hung. indulget certis conditionibus Præpoſito Miechovienſi, ut Præpoſitum de Landek nominare poſſit.	433
1559	Idem Rex Arma gentis Berzevicziæ innovat, & auget.	178
1560	Stanislaus Thurzo Comes Scepus. res ex Præpoſitura Scepus. ablatas jubetur reſtituere.	379
——	Nicolaus Olahus Archiepiſcopus Strigon. Petrum Paulinum confirmat in Præpoſitura Scepuſienſi.	380
——	Idem Petrus Paulinus Epiſcopus Chanadienſis, & Præpoſitus Scepus. Concilium ſuo Clero indicit.	382
1561	Tutores conſtituuntur Gregorio Filio Marci Horvath Stanſith de Gradecz Præfecti Szigethani.	182
——	Ejusdem Marci Horvath gladius, & lorica petitur a C. Nicolao de Zrinio.	183
1562	Sigiſmundus Auguſtus Rex Poloniæ inhibet ſuos in Scepuſio Præfectos, ne Gnezdenſium libertatibus, ac Privilegiis obturbent.	231
1563	Idem Sigiſmundus Rex Poloniæ Oppidanis Scepuſienſibus concedit, ut metalla in Poloniam invehere, ſalem Bochnenſem extra Sandecium emere, & per Regnum libere negotiari poſſint.	233
——	Franciſcus Prior Carthuſianorum de Lechnicz, & de Lapide Refugii vendit Curiam de Ganfalva.	434
——	Cænobium, & bona Carthuſianorum Lechniczenſium ceduntur Præpoſito, & Capitulo Scepus. ut bello ingruente eo ſe recipere, & Tabularium publicum transferre poſſint.	435
——	Bona Carthuſianorum de Lapide Refugii ceduntur eidem Præpoſito, & Capitulo Scepus. partim pro inſtituendis Scholis, partim pro reſtituendis Sacris in Eccleſia S. Martini.	436
1565	Præpoſitus, & Capitulum Scepus. in bonis diruti Cænobii de Lapide Refugii jubentur defendi contra Carthuſianos Lechniczenſes.	437
1576	Hieronymus Thurzo de Bethlemfalva in Arce Scepuſia conficit Teſtamentum.	184

Anno		Pag.
1578	Parochi XIII. Oppidorum Scepuſienſium jubentur defendi contra vim Centurionum Lublovienſium.	291
——	Stephanus Báthori Rex Poloniæ XIII. Oppidorum immunitates ſuis literis ratas habet.	235
——	Idem Rex mandat, ut Nobiles Lubloviæ agentes, onera civilia ſubeant.	237
1580	Albertus a Laſzko ſpondet opem Késmarkinenſibus, cum ab Sebaſtiano Tökölyio premerentur.	78
1581	Eidem Alberto de Laſzko ab Rege Poloniæ confertur Capitaneatus Scepus.	79
1584	Comitatus Scepuſienſis rogat Gregorium Bornemiſza Præpoſitum Scepus. ne adigatur ad recipiendum Calendarium Gregorianum.	30
1587	C. Alexius Thurzo publice intercedit propter Jus Patronatus, quod ſibi arrogabat in Præpoſitura Scepus.	384
——	In eadem materia ſcribit Comitatus Scepuſienſis ad Erneſtum Archiducem Auſtriæ.	387
1589	Ab Alberto Laszky Arx Dunajeczenſis venditur Georgio Horváth de Palocſa.	185
——	Arx Lublovienſis nomine Maximiliani Archiducis intercepta per Hungaros, Polonis redditur.	238
1591	Sigismundus III. Rex Poloniæ confirmat pactionem Lublovienſium, ut ipſi, & non eorum Capitaneus pecuniam pro decumis perſolvant Præpoſito, & Capitulo Scepuſienſi.	239
1593	Georgius Horvath de Palocſa emit bona Cruciferorum de Landek.	439
1595	Leutſchovienſibus ſevere mandatur, ut veteris Kalendarii uſu abolito, ad Gregorianum ſe conforment.	99
1596	Sebaſtianus Tökölyi deſcripta pugna Kereszteſſienſi, orat Sebaſtianum Lubomirſzky, ut neceſſitate ferente XIII. Oppidanos arma ſummere contra Turcas jubeat, quod & ſe facturum recipit.	31

Digitized by Google

INDEX II. ONOMASTICUS

VOCUM OBSCURIORUM

QUAS NOTÆ SUBJECTÆ EXPLANANT.

A.

Agenda pag. 121
Amica. 77
Anguſtrium. 128
Annatæ. 356
Antibarum. 341
Appretiatus. 90
Aviſatus. 18
Aurana. 144

B.

Bakachinum. 336
Bana. 448
Bethania. 230
Birſagium. 190
Bladum. 286
Boütung. 315
Brunaticus. 353

C.

Caniferi. 188
Capecia. 274
Caſtellanus. 115
Caſtrum Marcelli. 298
Chokakew. 200
Chunerth. 318 394
Cochenſife. 442
Comes Curialis. 117
Comes Octavalis. 119
Comes Parochialis. 117
Comes Perpetuus. 147
Comes Terreſtris Terræ Scepus. 50
Conrada. 394
Credentia. Pag. 150
Crucerdorff. 402
Cumani. 303
Czegled. 35
Czorſten. 6

D.

Daman. 110
Depactor. 232
Dominica Carnis privii. 5
Dominica Circumdederunt. 201
Dominica Eſto mihi. 414
Dominica Judica. 50
Dominica Lætare. 63
Dominica Oculi. 69
Dominica Reminiſcere. 119
Drancharius. 296

E.

Endre. 125
Eulogium. 262
Eur. 408
Exercituantes. 107

F.

Fatiga. 18
Ferto. 80
Fictium. 128
Finnus, a, um. 48
Forenſis. 56 220
Fraternitates Scepuſienſes. 266 382
Funeralia. 90

G.

Gajæ. 213

Digitized by Google

Gallitia Pag. 24 135
Gentes. 167
Geſzthus. 200
Greniciæ. 61
Guerra. 6
Gunch. 129
Gyba. 52

H.

Hoſpites. 220
Huba. 446

I.

Inantea. 7
Ingenia. 66
Interciſæ literæ ordine Alphab. 409
Jobagyo. 138
Jocalia. 129
Judex Montanorum. 124

K.

Kakaſs Vide Kokoſs. 34
Kamoka. 336
Kilia. 10
Kis-Varda. 98
Kokoſs. 34 162
Kromlow. 138
Kunchfalva. 449

L.

Laneus. 133
Latini. 264
Laudum. 154
Leck vide Lewk. 111
Liſzka Olozy. 303
Lodomeria. 135
Lutcha. 395
Lythwa. 85

M.

Manſus. 446
Marca. 48
Mardurinæ. 353
Miechovia. 398
Miricia. 213
Mons Nivium. 401
Muran. 85
Mysle. 128

N.

Nesk. 218
Neugari. 303
Noſthre. 366

O.

Obſtagius. 215
Oppidorum Scepus. Nomina. 198 213
Ordo S. Antonii. 405
Ozora. 176

P.

Palocſa vide Plawecz.
Parentela. 116
Parochi XXIV. Civitat. Scepus. 283
Plawecz. 72
Podwoda. 154
Populi Regis. 107
Poſaga. 312
Poſtergatus. 52

Q.

Quartalitium. 156
Quylnych. 193

R.

Rorow. 114
Roſno. 42
Rudabanya. 175
Ruthenia. 24 135
Ruzgun. 121

S.

Sancz. 65
Sandecium vid. Sancz. ibidem
Sáros. 36 128
Scabinus. 159
Scarlatum. 336
Schoncz vide Sancz. 65
Schorſtin vide Czorſten. 6

Schra-

Digitized by Google

Schramovicze. 4
Scotus. 196
Scultetus. 159
Semene. 305
Servientes Regis. 102
Sexagena groſſor. Bohemic. 212
Sigilla Regia. 67 132
Simina. 134
Sipontus. 356
Solyomkö. 443
Sow. 299
Spiſz. 24
Steinau. 46
Stilbach vel Stelbach. 204
Strasburg. 217
Strenualia vel Strenalia. 328
Suburbium Scepuſienſe. 27
Sumugh. 188
Sygra. 108

T.

Tarczal Mons. 134
Tarnov. 39
Tavarnicus. 81
Terragium. 81
Terrani. 191
Tharkew ſeu Tarkö. 77 122
Theurkys. 175
Tonna. 130
Torale. 157
Toſtenſis Ducatus. 310
Treuga. 5
Triceſimæ Defunctorum. 353

V.

Vadium. 213
Valachi. 429
Veſtiarius. 439
Vikarthy. 429
Villa antiqua. 2
Villa Batizii 415
Villa Quirini. 266
Villicus. 48
Umbralia. 336

W.

Warkotſch. 164
Wolau. 46

Z.

Zeplak. 128
Zuppa. 155

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

igitized by Google

Errata potiora sic corrigenda.

In Monito.

Linea	2	ſemper	reipſa.
—	8	dum	tum
—	11	acceſſoribus.	acceſſionibus.

In ipſo opere.

Pag.	Linea.		
3	26	rigorem	vigorem.
7	18	Sereniſſimo	Sereniſſimum.
10	5	Tejervar	Fejérvár.
12	29	Dominica	Dominia.
15	18	inſtantiam	injuſtitiam.
21	31	Rabolechy	Rabolchy
24	7	DX	EX.
28	14	& dicto	edicto
35	ult.	Kerskemetino	Ketskemetino.
53	35	falliata	palliata.
56	18	evibus	levibus.
63	8	reborari	roborari.
71	28	Lommicza	Lomnicza.
77	18	ED	EX.
—	20	Tharczajana	Tharczajanæ.
83	34	Addhais	Adelhais.
100	12	momentum	monumentum
104	2	proinde	provide.
112	27	Lemene	Semene.
114	ult.	Roran	Rorau.
117	25	Albe	Alba.
130	2	voluntaire	voluntarie.
134	12	ex	ea
135	35	1673	1373.
144	25	Epiſtola	Epiſtolarum.
146	34	qua	quam.
—	38	Jajeza	Jajcza
154	17 & 27	Brecz	Biecz.
155	30	Inviſore	Inciſore.
165	11 & 12	Dominam Comitem	Dalmatiæ, Croatiæ
166	20 & ult.	Kyhellewar	Kykellewár.
176	24	conſuetudine	conſideratione.
178	15	Thölke	Thöke.
—	16	Korithry	Korythni.
180	3	antique	antiquo.
181	2	Fatiæ	Tatræ.
188	4 & 5	nunc jure pignoris tenent	jure pignoris tenebant
190	24	redent	cedent.
191	23	vectualibus	victualibus.
196	ult.	eſt	deeſt.
202	6	allicium	judicium.
207	16	ſtatuti	ſtatuta
209	12	hac	hæc
—	28	maxime	proxime
211	17	rigore	vigore
213	31	&	&c.
219	6	Sinismundus	Sigismundus.
221	30	Magiſtratum	Magiſtrum.

Pag.	Linea.		
225	16	Lubtovienſem	Lublovienſem.
226	2	Olesnuzky	Olesniczki.
—	15	Oppidanrarum	Oppidanorum.
227	19	Patatino	Palatino
—	25	quo	pro.
—	28	Regno	Regni.
228	5	Lomzeon.	Lomzen.
—	10	Stamislao	Stanislao.
—	21	ſtoſſienſis	ſtoſſienſes
232	27	teneiri	teneri.
239	29	pecunianæ	pecuniariæ
264	22	integre	integro.
271	2	Eccleſiæ	Eccleſia.
272	ult.	Num. XII.	Vide Num. XII.
284	28	Charkyanorum	Chakyanorum.
295	4	dnatione	donatione.
299	penul.	Gö	Kö.
303	21	intiſpecturis	inſpecturis
306	5	decedendo	deſcendendo.
307	4	Edidit P.	Edidit Clar.
312	6	ſuprafactorum Plebanum	ſuprafatorum Plebanorum.
313	7	Larcina	Latina
319	ult.	notabo.	notavi
320	8	Patri	Fratri
321	penul.	incipit	incidit
333	10	Epiſcopi	Epiſcopus.
336	14	ſenio	ferico
337	5	copore	corpore
342	2	conſervandi	conſecrandi
343	23	nos	eos
348	34	tibi	ſibi
350	8	Titulis	Filiis
353	16	predefunctus	pie defunctus
354	11	pecuniarum	pecuniariam.
360	34	decore	decoro
365	27	largitionis	legationis
—	30	exequlis	exceptis.
376	32	indigentiam	exigentiam
381	8	Evangelica	Evangelia
382	31	avutſe	avulſa eſt.
383	20	immenſi	immerti.
—	31	dame	latæ
388	7	aliud	alium.
389	12	patentibus	petentibus
390	21	incarnationis	Incarnatione
407	33	ea communicandi	excommunicandi
416	4	in Deo	in eo Deo
431	6	ſalicum	Salium.
439	23	Lendak	Landek
442	15	Gwylniczbania	de Gwylniczbanis.
445	25	hædenitatem	hæreditatem
448	29	dicts	dictis
—	30	vendendii	Vendendi
—	34	Cselnekiis	Cselnékiis

K.K. HOFBIBLIOTHEK WIEN

by Google

ÖSTERREICHISCHE
NATIONALBIBLIOTHEK

ÖNB
+Z151635308

Digitized by Google

Digitized by Google